This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
Andover-Harvard
Theological Library

THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY

Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CLV.

SYMEON THESSALONICENSIS ARCHIEPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

BR
60
.M38
t. 155

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XV. ANNUS 1430.

ΣΥΜΕΩΝ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SYMEONIS

THESSALONICENSIS ARCHIEPISCOPI

OPERA OMNIA,

IASSII IN MOLDAVIA, ANNO 1683, *GRÆCE; LATINE VERO NUNC PRIMUM EDITA,*

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORUM.

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

TRADITIO CATHOLICA,

SÆCULUM XV, ANNUS 1430.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CLV CONTINENTUR.

SYMEON THESSALONICENSIS ARCHIEPISCOPUS.

Notitia de Symeonis ætate, rebus gestis, scriptis, ex Leonis Allatii Diatriba de Symeonibus. Insunt : Symeonis Encomium auctore Eugenio Nomophylace, et Joannis Anagnostæ narratio de Thessalonica anno 1430 *ab Amurate capta.* col. 9

Notitia altera ex Fabricii Bibl. Gr. 17

SYMEONIS OPERA. *Ex editione Iassensi anni* 1683, *cujus titulus verbatim et lineatim recuditur.* 25

Dosithei, Hierosolymitani patriarchæ, Iassensis editionis curatoris, Præfatio duplex. 29

Symeonis Dialogus contra omnes hæreses. 33

De sacramentis. 175

De sacro ritu sancti unguenti. 237

De sacra liturgia. 253

De sacro templo et ejus consecratione 305

De sacris ordinationibus. 361

De pœnitentia. 469

De honesto et legitimo conjugio. 503

De sacro ritu sancti olei. 515

De sacra precatione. 535

De ordine sepulturæ. 669

Expositio de divino templo et de sacerdotibus ac diaconis episcopisque, ac de sacris stolis quibus horum quilibet induitur; necnon de divina missa, ubi singulorum quæ in illa divino ritu peraguntur, ratio redditur. Transmissa viris piis Cretensibus. 697

Expositio sacri Symboli. 751

Expositio de sacri Symboli vocibus et dictis, ex quibus Scripturæ locis collecta et adversus quos composita fuerint. 803

Articuli fidei Christianæ. 819

Responsiones ad Gabrielem Pentapolitanum. 829

De sacerdotio ad quemdam monachum. 953

(Sequebatur in editione Iassensi Marci Eugenici, metropolitæ Ephesi, Expositio ordinis liturgiæ ecclesiasticæ, quam invenies inter Ephesii scripta a nobis edita in tomo CLX.)

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

NOTITIA.

(Ex Leone Allatio in Diatriba *De Symeonibus.*)

De Symeone archiepiscopo Thessalonicensi hæc scripseram in opere meo de utriusque Ecclesiæ Consensione libro II, cap. 18, n. 13 : « Hoc eodem tempore florebat Symeon archiepiscopus Thessalonicensis. Vixit enim post Barlaamum, Acindynum, Palamam, Gregoram, Philotheum patriarcham, Nilum Thessalonicensem, Nicolaum Cabasilam, Nilum patriarcham Constantinopolitanum, Isidorum Thessalonicensem, quorum omnium ipse in Dialogo Ecclesiastico contra omnes Hæreses, et de aliis rebus ecclesiasticis meminit. Imo ipse in eodem Dialogo (1) ætatem suam prodit. Ἐξαιρέτως δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν ταύταις περὶ αὐτῆς συνεγράψαντο, πνεύματι ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐκ Θεοῦ οἱ θεηγόροι, καὶ θεοφόροι, καὶ χριστοφόροι, καὶ ἔνθεοι ὄντες ἀληθῶς, ὅτε ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Κάλλιστος, ὁ τῆς βασιλευούσης γεγονὼς Νέας Ῥώμης ἐκ Θεοῦ πατριάρχης, καὶ ὁ σύμπνους αὐτῷ καὶ συνασκητὴς ὅσιος Ἰγνάτιος, καὶ βίβλῳ οἰκείᾳ συντεθείσῃ παρ' αὐτῶν πνευματικῶς τε καὶ θεοφρόνως, καὶ λίαν ὑψηλῶς ἐφιλοσόφησαν ἐν ρ' κεφαλαίοις, τῷ ἐντελεῖ ἀριθμῷ τελείαν τὴν περὶ ταύτης γνῶσιν ἐκθέμενοι. *Potissimum vero hac nostra ætate de vita monastica conscripserunt, Spiritu tanquam qui et ipsi ex Deo cum sint, Deiloqui et Deiferi, et Christiferi, et a Deo affati vere exsistant, sanctus Pater noster Callistus, qui Regiæ urbis novæ Romæ ex Deo fuit patriarcha, et qui una cum ipso spirabat et exercitabatur confessor Ignatius, et libro peculiari ab illis composito, spiritualiter, divine, et excelse nimis philosophati sunt, centum capitibus, numero perfecto, perfectam de ea cognitionem tradentes.* Opus Callisti et Ignatii habetur in Bibliotheca Barberina sub hoc titulo (2) : Τῶν ἐν μονοτρόποις ἐλαχίστων Καλλίστου καὶ Ἰγνατίου τῶν Ξανθοπούλων μέθοδος καὶ κανὼν ἀκριβὴς, καὶ παρὰ τῶν ἁγίων ἔχων τὰς μαρτυρίας περὶ τῶν αἱρουμένων ἡσύχως βιῶναι καὶ μοναστικῶς, περί τε ἀγωγῆς, καὶ πολιτείας καὶ διαίτης αὐτῶν, καὶ περὶ τοῦ ὅσων ἡλίκων ἀγαθῶν πρόξενος ἡ ἡσυχία καθίσταται τοῖς λόγῳ μετιοῦσιν αὐτήν. Διαιρέκριται δὲ ἡ παροῦσα τοῦ λόγου πραγματεία ἐν κεφαλαίοις ρ'. *Ignatii et Callisti Xanthopulorum methodus et regula exquisita, testimoniis Patrum comprobata de iis, qui eligunt vitam quietam et monasticam, et de vitæ instituto, ac ratione prædictorum, et quorum bonorum causa quies sit, iis qui secundum rationem eam amplectuntur. Opus divisum in capita centum.* P. Ἔδει μὲν ἡμᾶς κατὰ τοὺς θείους φάναι χρησμοὺς θεοδιδάκτους τυγχάνοντας. Et cum duo sint Callisti, alter sub Joanne Cantacuzeno, alter sub Manuele Palæologo, annos post fere quadraginta sex, in dubium verti posset, de quonam iste Callisto verba faciat : sed cum Nicolai Cabasilæ meminerit, qui sub Manuele florebat, necesse est eum de secundo Callisto, qui circa annum Domini 1406 patriarchatum regebat, sermonem habere. Quare ipse circa Joannis Palæologi tempora, vel paulo ante floruit, a Symeone seniore Thessalonicense post Isidorum, cujus ipse meminit, tertius : inter enim Isidorum et ipsum tantum recensetur Gabriel. Hinc colligitur, quantum hallucinetur Possevinus in *Apparatu*, qui immani anachronismo scribit, eum vixisse ante annos sexcentos, qui nonnisi ante annos centum octoginta, Possevini tempore, vixerat. In omnibus suis scriptis in Latinos injurius est, quos sæpe carpit, eorumque ritus cum Græcis comparans, insectatur. »

Et hæc quidem de eo tunc temporis breviter scripsi, nunc cum tempus locusque postulat, alia addam : præeatque illius elogium, quod Eugenius Nomophylax (qua id facultate egerit, dicent similis sortis homines) in Synodico Dominica Orthodoxiæ in Ecclesia Thessalonicensi recitari soliito, appinxit.

Συμεὼν τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει γενομένου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, τοῦ τῆς ἐκτός τε καὶ τῆς πνευματικῆς σοφίας πλήρους ὑπερφυῶς γενομένου, κἀν τῇ ἀσκητικῇ εἴτ' οὖν ἀγγελικῇ ἀγωγῇ τε καὶ πολιτείᾳ διαπρέψαντος, καὶ ταύτην εἰς ἄκρον κατωρθωκότος, τῇ δὲ κατὰ Χριστὸν ταπεινώσει τῇ τῶν ἀρετῶν κρηπίδι κατὰ τὰς ἀψευδεῖς Δεσποτικὰς ἐπαγγελίας ἀνυψωθέντος, καὶ διὰ πράξεως ἀναβάν-

Symeonis beatæ memoriæ sanctissimi Thessalonicensis archiepiscopi, qui externæ et spiritalis sapientiæ super humanum captum repletus in ascetico, sive potius angelico instituto, et vitæ ratione excelluit, eamque cum summa virtute et laude perfectissime egit, et secundum Christum sui depressione, virtutum excellentia juxta divina promissa mentiri nescia exaltatus, per actionem in

(1) In libro *de sacra precatione*, cap. 295, p. 310 ed. Jassensis. Edit.
(2) Editum est in Φιλοκαλίᾳ τῶν ἱερῶν Νηπτικῶν. Venetiis 1782. Vide tomum nostrum CXLVII. Edit.

1420

speculationem ascendit, indeque ita annuente Deo, ut fax lucifera super candelabrum posita, et super excelsum montem ut clarissimus veritatis præco ascendens, dulcibus splendoribus suis, nempe instructionibus non propriam tantum hanc celeberrimam metropolim, sed universum etiam terrarum orbem solis instar illuminavit, et erga Deum et proximum amorem, si quis alius, ostendit, et sacris cantibus sanctorum choros, et ex propriis exornavit, quorum vitam æmulatus confecit: angelicis vero, venerandis, ac plane divinis moribus et totius statu hilari vere Deifer re et visu, et zelum fervidum Eliæ quispiam dixerit, propriis, avitisque Ecclesiæ dogmatibus, enutrivit, et diebus singulis suavi doctrinæ latice abunde irrigabat et sermonibus flexanimis ac jucundis et loquela melliflua universos, veluti Sirenum vi quadam, quæ verbis exprimi nequit. trahebat ad se, detinebatque; et antiquorum veluti signum et expressum simulacrum, et pietatis columnam, et virtutis regulam, et Christianæ vitæ typum, propriam vitam ostendere summo studio conatus est, hisque homines universos, qui aliter ac nos sentimus, de fide sentiebant, in stuporem et admirationem, et laudem et glorificationem magni rerum omnium Dei excitavit: memoria sempiterna.

A τος εἰς θεωρίαν, κἀντεῦθεν νεύσει Θεοῦ, ὡς φωσφόρου λαμπτῆρος ἐπὶ τὴν λυχνίαν τεθέντος, καὶ ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ ὡς λαμπροῦ τῆς ἀληθείας κήρυκος ἀναβεβηκότος, καὶ ταῖς γλυκείαις μαρμαρυγαῖς, δηλαδὴ ταῖς αὐτοῦ διδασκαλίαις, οὐ τὴν ἰδίαν μόνον ταύτην τὴν περιώνυμον μητρόπολιν, ἀλλ' ἤδη καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν δίκην ἡλίου καταυγάσαντος, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν, καὶ τὴν πλησίον ἀγάπην εἰς ἄκρον, ὡς οὐδεὶς σχεδὸν τῶν ἁπάντων ἐπιδειξαμένου, καὶ ᾠδαῖς ἱεραῖς τοὺς τῶν ἁγίων χορούς, καὶ οἰκοθεν καταστέψαντος, ὧν τὸν βίον ἐζήλωκε, καὶ διήνυσε· τῷ δὲ ἀγγελικῷ καὶ σεμνῷ, καὶ θεοειδεῖ τῶν ἠθῶν, καὶ τῇ ἱλαρᾷ καταστάσει ὅλου τῷ ὄντι θεοφόρου, καὶ ὄντος, καὶ φαινομένου, καὶ ζῆλον ἐνθερμον Ἡλιού τις ἂρ' εἴποι τρέφοντος ὑπὲρ τῶν B εὐσεβῶν, καὶ πατρικῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων, καὶ καθεκάστην ἀφθόνως τῷ γλυκεῖ διδασκαλίας ἀρδεύοντος νάματι, καὶ τῷ τῶν λόγων ἐπαγωγῷ καὶ τερπνῷ, καὶ τῇ μελιῤῥύτῳ φθογγῇ πάντας ὥσπερ ἀῤῥήπῳ τινὶ Σειρήνων δυνάμει πρὸς ἑαυτὸν ἑλκοντος, καὶ παρακατέχοντος, καὶ τῶν παλαιῶν ὥσπερ ἐκμαγεῖόν τι, ἢ ἐπισφράγισμα, καὶ στήλην εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς κανόνα, καὶ Χριστιανικῆς πολιτείας τύπον τὸν ἑαυτοῦ βίον ἀναδεῖξαι φιλονεικήσαντος, ἐκ τούτων τε τοὺς ἀνθρώπους ἅπαντας, καὶ τοὺς ἄλλως, ἢ ὡς ἡμεῖς φρονοῦμεν περὶ τὴν πίστιν δοξάζοντας εἰς ἔκπληξιν, καὶ θαῦμα, καὶ ὕμνον, καὶ δοξολογίαν τοῦ μεγάλου Θεοῦ τῶν ὅλων κινήσαντος, αἰωνία ἡ μνήμη.

Annon bene lavit suum Æthiopem Eugenicus? Ex scriptis Symeonis, mentita et falsa esse, quæ ille de doctrina et eloquentia tradit, manifesto evincitur. Quis nobis in aliis eum vera dicere asseverabit? Fides suspecta est.

Et ut Thessalonicensium episcoporum series habeatur, exponenda sunt, quæ ex eodem Thessalonicensi Synodico exscripsimus, quæ sunt:

Isidori, beatæ recordationis sanctissimi archiepiscopi Thessalonicensis, qui instar splendidi sideris gregem suum hunc illustravit suis quotidianis doctrinis et admonitionibus, et æque atque bonus et primus pastor Christus, modis omnibus ovilis curam gessit et longas peregrinationes sustinuit, et quidquid divinum et saluti conducibile videbatur, et sermonibus edocuit, et operibus demonstravit, et vere iis qui ante eum et virtute, et doctrina conspicui fuere, rebus omnibus exæquatus est; perpetua memoria. Gabrielis beatæ memoriæ sanctissimi archiepiscopi Thessalonicensis, qui ab infantia ipsa Deo addictus fuit, et in monastico vitæ instituto primum locum occupavit, indeque veluti virtutis præmium curationem hujus urbis consecutus, multis operibus, et ad Deum precibus eam conservavit, et præ aliis, quibus spiritualibus donis enituit, mansuetudine et charitate condecoratus est, et paternum affectum semper erga spiritales filios commonstravit: perpetua memoria. Symeonis beatæ recordationis, etc., Gregorii beatæ recordationis archiepiscopi Thessalonicensis, qui et ante pontificatum inter primos ejusdem atque ille ordinis numera-

C Ἰσιδώρου τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει γενομένου ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, τοῦ δίκην ἀστέρος λαμπροῦ τὴν ποίμνην αὐτοῦ ταύτην καταφωτίσαντος ταῖς καθ' ἡμέραν ἱεραῖς αὐτοῦ διδασκαλίαις, καὶ εἰσηγήσεσι· καὶ κατὰ τὸν καλὸν καὶ πρῶτον ποιμένα Χριστὸν τοῦ ποιμνίου πάντα τρόπον πεφροντικότος, καὶ μακρὰς ὁδοιπορίας ὑπενεγκόντος, καὶ πᾶν εἴ τι θεῖον, καὶ πρὸς σωτηρίαν ἐνάγον καὶ λόγοις διδάξαντος, καὶ ἔργοις ἐνδειξαμένου, καὶ τῷ ὄντι τοῖς ἐπ' ἀρετῇ καὶ σοφίᾳ πρὸ αὐτοῦ διαλάμψασιν ἐξισωθέντος τοῖς ὅλοις, αἰωνία ἡ μνήμη. Γαβριὴλ τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει γενομένου ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, τοῦ σχεδὸν ἐκ βρέφους τῷ Θεῷ ἀνατεθειμένου, κἀν τῇ μοναδικῇ πολιτείᾳ τὰ πρῶτα σχόντος, κἀντεῦθεν ὡς ἀρετῆς D ἔπαθλον τὴν προστασίαν τῆς πόλεως ταύτης ἀναδεξαμένου, πολλοῖς τε ἔργοις, καὶ ταῖς πρὸς τὸ θεῖον δεήσεσι ταύτην τηρήσαντος, καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις, οἷς ἔσχε πνευματικοῖς χαρίσμασι, πραότητι καὶ ἀγάπῃ κεκοσμημένου, καὶ τὴν πατρικὴν εὔνοιαν ἀεὶ πρὸς τὰ πνευματικὰ τέκνα ἐνδεικνυμένου, αἰωνία ἡ μνήμη. Συμεὼν τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει, καὶ τὰ ἑξῆς. Habes supra. Tum sequitur: Γρηγορίου, τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει γενομένου ἀρχιεπισκόπου

Θεσσαλονίκης, τοῦ καὶ πρὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐν τοῖς πρώτοις μὲν τῶν ὁμοταγῶν ἐνταῦθα τελοῦντος, τὸ δὲ ἐμπιστευθὲν αὐτῷ πρότερον τοῦ Χριστοῦ ποίμνιον καλῶς ποιμάναντος καὶ φυλάξαντος, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως ταύτης εἰς τὸν ἱερὸν αὐτῆς θρόνον μετατεθέντος, καὶ μηδενὸς τῶν εἰς σύστασιν ταύτης ἠμελημένα, οἷς ἐδύνατο τρόποις, βαθμοῖς τε ἱεροῖς τὸν κλῆρον τοῦτον σχεδὸν πάντα τετιμηκότος καὶ αὖθις, καὶ κοινῇ, καὶ ἰδίᾳ πᾶσι πρὸς τὰς ἐπερχομένας ἀνάγκας καὶ βοηθοῦντος καὶ συνεργοῦντος ἀόκνως, καὶ τὸ ἀφιέναι πᾶσιν ἔργοις αὐτοῦ κατὰ τὸν θεῖον νόμον δεικνύντος, αἰωνία ἡ μνήμη. Νίφωνος τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου, τοῦ θειοτάτου, τοῦ μητροπολίτου Θεσσαλονίκης, ὑπερτίμου καὶ ἐξάρχου πάσης Θετταλίας, πολλὰ ἔτη.

A tus, prius sibi concreditum ovile recte pavit et conservavit, post vero hujus urbis excidium, in sacrum illius thronum evocatus, nihil quod ad illum stabiliendum faceret, modo quo poterat, prætermisit, gradibusque sacris clerum hunc fere universum decoravit, rursumque publice et privatim in necessitatibus erumpentibus auxilia opemque ferebat diligenter, omnibus condonandum suis actionibus, ut divina lex præcipit edocebat: sempiterna memoria. Niphonis sanctissimi nostri Domini Metaphrastæ Thessalonicensis, Hypertimi atque Exarchi universæ Thessaliæ, multi anni.

Quæ de Niphone hic dicuntur erant postrema in illo codice et alia manu exarata, ut hinc colligatur eo ipso tempore Niphonis scripta fuisse, et præcipue cum multos annos precatur, non æternam memoriam, quod pro mortuis acclamatur, commemorat. In elogio Gabrielis in margine adnotatum erat Συμεών, *Symeon*, vel *Symeonis :* et si non fallit conjectura, Symeon iste, de quo verba facimus, illius auctor fuit, quemadmodum Symeonis elogium Eugenicus dictitavit. Vixit itaque Symeon ante captam ab Amurate Thessalonicam, et ante excidium illius urbis sex menses fato functus est : illi post captam successit Gregorius. Capta autem est Thessalonica ab Amurate anno ab orbe condito 6938, Christi 1430. Joannes Anagnosta oculatus rerum testis Narratione de postremo excidio Thessalonicensi : Ἐννάτην ἦγε καὶ εἰκοστὴν ὁ Μάρτιος τότε· ἔτος δὲ τριακοστὸν ὄγδοον πρὸς τῷ ἑξακισχιλιοστῷ ἐννακοστῷ ἐνειστήκει : *Diem aperiebat mensis Martius nonum et vicesimum anni sex millesimi nongentesimi tricesimi octavi.* Hinc videas, quantum fallatur *Historiæ politicæ* auctor apud Martinum Crusium et cum eo Leunclavius, Jacobus Pontanus Notis in protovestiarium et alii, qui Thessalonicæ oppugnationem ad annum Christi 1431 referunt. Alii majori anachronismo ad 32, primum Amuratis adventum cum urbem oppressit, cum secundo confundentes; post enim annos duos in eamdem rediit, et quidquid post expugnatam urbem beneficus Christianis concessit, hoc secundo maligne admodum pervertit et in pessimum statum res commutavit. Fuit Symeon animo virili, præsentique, qui nec præmiis oblatis ab Amurathe Thessalonicensibus, nec minis in eam sententiam duci potuit, ut Græci ejectis Latinis in deditionem Amuratis concederent, ideoque a malevolis acrius accusatus. Rem pluribus prosequitur idem Anagnosta, cujus, cum rarus sit nec omnibus obvius, verba licet prolixiora hic apponam.

Οὕτως οὖν ἡμῖν ἔχουσιν, ὅσαι τε ὧραι μυρία τὰ χαλεπὰ φέρουσι, καὶ τὴν σωτηρίαν ἀπαγορεύουσι, κακὸν ἐξαίφνης ἐπῆλθεν ἕτερον. Τὸ δ' ἦν ἡ τοῦ καλοῦ ποίμνης, καὶ κατὰ τὸν πρῶτον ποιμένα τὴν ψυχὴν ἐφ' ἑκάστης ἀφειδῶς ὑπὲρ τοῦ ποιμνίου τιθέντος, κατὰ θεῖον βούλημα τελευτή· ἐν καλῷ μὲν ἐκείνῳ γεγενημένη, βλάβος δ' ἡμῖν ἐπενεγκοῦσα πολὺ, τῶν ἐκείνου λιτῶν πρὸς Θεὸν στερηθεῖσιν, αἷς ἐσωζόμεθα. Ὅτι δὲ κατὰ θείαν αὕτη βούλησιν ἦν, ἄκουε τοῦ φανέντος τῷ μακαρίῳ περιόντι κατ' ὄναρ ἐκείνῳ. Ἔδοξε πρὸ τοῦ τὴν πόλιν τῷ πολέμῳ ληφθῆναι οἶκόν τινα λαμπρὸν εἰσιέναι καὶ παμμεγέθη, περισκοπεῖν τε αὐτὸν κατὰ μέρος, καὶ θαυμάζειν αὐτοῦ τό τε κάλλος καὶ μέγεθος. Ἐν τούτῳ δ' ὄντι φωνὴν ἔξωθεν ἐνεχθῆναι, λέγουσαν, « Ὁ μὲν οἶκος οὗτος, οὗ τὰ καθ' ἕκαστον, ὦ δέσποτα, ὡς λίαν λαμπρὰ καὶ ὡραῖα θαυμάζεις περιαθρῶν, πίπτει τὸ τάχος· καὶ ἵνα μή σε καλύψῃ πεσὼν, ἔξιθι τούτου ταχέως. » Οὕτως εἶχεν ἡ ὄψις· καὶ εἰς ἔργον ἦκεν οὐκ εἰς μακράν· ἐκεῖνος μὲν γὰρ, ἵνα ἀναφανῇ δίκαιος, καὶ τῶν πολλῶν τῆς ἀρετῆς ἐκείνου καμάτων λάβῃ τὰς ἀντιδόσεις, εἰκότως οὕτω, καὶ πρὸ τῆς κοινῆς συμφορᾶς, πρὸς ὃν ἐπόθει Κύριον ἐξεδήμησεν. Οὐ γὰρ δίκαιον τοῦτο παρὰ Θεοῦ κέκριτο, τοιούτων ἵνα κακῶν πεῖραν σχῇ, καὶ κοινωνήσῃ τῶν

B Cum itaque res nostræ ita se haberent, et singula momenta innumeras prope noxas inferrent, deque salute desperaremus, malum aliud repente irrupit, et validiorem adamante animum disjiciens, boni scilicet pastoris, et æque ac primus pastor quotidie profuse animam ponentis, divino consilio obitus, illi quidem fortunate succedens, nobis vero damna eaque ingentia importans, qui illius ad Deum precibus, quibus saluti nostræ providebatur, privamur. Et divino consilio illum contigisse conjicies ex illis quæ illi adhuc superstiti inter somniandum evenerant. Visus est sibi, antequam urbs bello concideret, domum præclaram et maximam ingresso, singulas illius partes inspicere, et decora, et magnitudinem magnopere demirari. His intentum vocem deforis advenientem inaudisse. « Domus hæc, cujus partes singulas illustres atque venustas considerans admiraris, actutum concidet, et ne te sua ruina opprimat, quam cito foras eripe te. » Visum hoc effectu non multo post comprobatum est. Ille etenim, ut justus appareret, et virtutis suæ multorum laborum præmia referret, sic, uti par erat et ante commune infortunium ad Deum, quem tantopere concupiverat migravit. Neque enim justum apud Deum reputa-

batur, similium malorum cum participem fieri. Vita siquidem illius non erat aliis similis, et semitæ diversæ, ut cum Salomone loquar. Nos vero improbitate plane repleti, in cogitationibus cordis nostri pessimi ambulantes, ut Jeremias inquit, et perinde atque antiquus Israel, murmurantes, u nobis allubescit, rebus non succedentibus jure merito mala, et solida calamitate mactamur, et tali viro orbamur, qui solus afflictissimis hisce temporibus et in tantis rerum discriminibus solatium remanserat. Omnes siquidem eum, uti vitalem in nobis facultatem reputabamus, illius mortem tantummodo ducebamus adversus nos justissimæ Numinis punitionis exordium. Hoc eos redarguit apertissime, qui indigna dicta in eum ingerunt et infamia onerant, quod proditionem non suaserit, et quod eos propriis consiliis altius quidpiam meditantes in se, represserit. Opinor equidem ego, cum vellet Deus, ut omnibus innotesceret, quis vir ille sacer esset et quorum dignus, qui vero nos et quibus pœnis obnoxii, quibus miseriis juste excruciandi, id propter res utriusque, in rem utrique disposuisse. Itaque tam diro malo, obitu nempe illius adnexo et omnibus in civitate viris, mulieribus, pueris, Latinis, Judæis quoque ipsis miserandum in modum sermones conferentibus, et reliqua omnia, quæ eos tum affligebant, e memoria deponentibus, pastoris tantum privationem in mentem revocantibus et sæpe sæpius proferentibus, asserentibusque, ut jam innui, et non temere credentibus, indicium illud esse et divinæ punitionis et subsecuti excidii, etc... Sed cum huc pervenerim, paucis compellabo hujus, alteriusve insimulatores. Ubinam eratis vos, cum hæc Murates offerret? Nonne in urbe, et vestris ea auribus usurpastis? Qua igitur ratione cogitatis usi non estis? Quare de quibus alios incusatis, quod non fecerint, vos ipsi occasione premente et nullo impediente non perfecistis? Tum enim nullus pastor erat. Namque ante sex menses inter vivos esse desierat: neque diræ erant, nec alia, quæ vos recensetis et per digitos exacte numeratis. Quid igitur vobis impedimento fuit? aut cujus opus eventus? Nullius, quilibet respondebit, pie rem computans, quam nostræ improbitatis, quæ ab iracundia liberum Deum in iracundiam movit et ad nostri punitionem, qui incorrecte labimur, excitavit, ut ad nosmetipsos redeuntes in posterum sapiamus. Quod si quis ante acta tempora commemorans iterum nobis opponat, et Pastori causam appingat, qui dedere se volentibus, etiam sententia dicta contradixit, insanientis cogitationes suscipit. Primum enim non addecet pontificem rerum militarium jura, et hunc quidem tyrannorum more principatu pellere, illum contra in possessionem immittere, et mutationum et cædium, necnon damnorum, quæ dum rerum status immutatur, eveniunt, auctorem esse. Neque enim ipse in tyrannicum, sed in sacerdotale et mitis

ἴσων ἡμῖν· ἀνόμοιος γὰρ ἦν τοῖς ἄλλοις ὁ βίος ἐκείνου, καὶ ἐξηλλαγμέναι αἱ τρίβοι, τὸ Σολομῶντος εἰπεῖν· ἡμεῖς δὲ κακίας γέμοντες ὅλως καὶ ὀπίσω τῶν ἐνθυμημάτων τῆς καρδίας ἡμῶν τῆς πονηρᾶς. Τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Ἱερεμίου, πορευόμενοι· καὶ κατὰ τὸν πάλαι γογγυσταὶ τυγχάνοντες Ἰσραὴλ, κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐπιθυμίαν ἀπολαύειν ὅπως οὐκ ἔχομεν τῶν πραγμάτων, δικαίως οὕτω πεπράγαμεν δυστυχέστατα, καὶ τούτου τάνδρὸς ἐστερήμεθα, μόνου περιλειφθέντος ἐν τοιούτοις καιροῖς καὶ τοσούτοις ἀναιροῖς παραμύθιον. Πάντες γὰρ ὥσπερ τινὰ δύναμιν ζωτικὴν ἐν ἡμῖν ἐνομίζομεν τοῦτον, καὶ τὴν τελευτὴν ἐκείνου μηδὲν ἄλλο νομίζειν εἴχομεν, ἢ τῆς ἐφ' ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ δικαιοτάτης παιδείας οἷον προοίμιον. Τοῦτο τῶν κατειπεῖν ἠρημένων ἐκείνου σαφέστατος ἔλεγχος, καὶ τοὺς ἀδικίαν κατ' ἐκείνου λαλοῦντας, ὅτι μὴ προδοσίαν ἐσκέψαντο, μηδὲ τῶν σφίσι δοκούντων συνιέντας βαθύτερον ἐνδίκως ἐπιστομίζει· οἶμαι γὰρ ἐγὼ, δεῖξαι βουληθεὶς ὁ Θεὸς, οἷος μὲν ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ, καὶ τίνων ἄξιος ἦν, οἷοι δ' ἡμεῖς, καὶ τίνας εἰσπραχθῆναι δίκας δίκαιοι ἦμεν, διὰ τοῦτο τὰ καθ' ἑκάτερον μέρος οὕτως ὠκονόμησε συμφερόντως. Τούτου οὖν τοῦ δεινοῦ, τῆς τελευτῆς ἐκείνου φημὶ, προστεθειμένου τοῖς ἄλλοις, καὶ πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει ἀνδρῶν, γυναικῶν, παίδων, Λατίνων τε καὶ αὐτῶν Ἰουδαίων ἐλεεινῶς πρὸς ἀλλήλους διομιλούντων, καὶ τὰ μὲν ἄλλ' ὅσα τούτους ἐπίεζε δηλονότι τῇ λήθῃ παραπεμπόντων, τὴν τοῦ ποιμένος δὲ στέρησιν ἐπὶ νοῦν λαμβανόντων, καὶ συνεχῶς προφερόντων, τῆς τοῦ Θεοῦ τε παιδείας, ὡς προὔφην, καὶ τῆς γεγενημένης ἀλώσεως, καὶ λεγόντων σημεῖον τοῦτο, καὶ πιστευόντων... Et infra: Ἀλλ' ἐνταῦθα μικρὸν ἐρήσομαι τοὺς κατηγοροῦντας τοῦ δεῖνος, καὶ τῆς δεῖνος. Ποῦ ποθ' ὑμεῖς ἦτε, ὅθ' ὁ Μουράτης τὰ τοιαῦτα ὑπέσχετο; Οὐκ ἐν τῇ πόλει καὶ αὐτήκοοι τῶν κηρυττομένων; Πῶς οὖν οὐκ ἐχρήσασθε τῷ λογισμῷ; Πῶς δ διανοεῖσθε οὐκ εἰς πέρας ἠγάγετε; Πῶς δ τῶν ἄλλων κατηγορεῖτε μὴ πεπραχότων, ὑμεῖς οὐκ ἐπράξατε, καιροῦ καλοῦντος, καὶ τῶν ἀπειργόντων οὐκ ὄντων; τότε γὰρ ποιμὴν οὐκ ἦν· μῆνας γὰρ εἶχεν ἓξ γενόμενος ἐξ ἀνθρώπων· οὐδὲ ἀραὶ, οὐδ' ὅσ' ἕτερ' ἀπαριθμεῖτε. Τί λοιπὸν τὸ κωλῦσαν ἡμᾶς ἦν, ἢ τίνος ἔργον, ὅσα συμβέβηκεν; Οὐδενὸς πᾶς τις ἂν εἴποι λογιζόμενος εὐσεβῶς, ἢ τῆς ἡμῶν ἁμαρτίας; ἑκάστου τὸν ἀόργητον εἰς ὀργὴν καθ' ἡμῶν κινησάσης, παιδείαν ἡμῖν ἐπενεγκεῖν, πταίουσιν ἀδιόρθωτα, ἵνα γοῦν ἑαυτῶν γενόμενοι καὶ τοῦ λοιποῦ σωφρονίσωμεν. Εἰ δέ τις τῶν πρὶν ἀπομνημονεύων χρόνων, καὶ πάλιν ἡμῖν ἀντιλέγῃ, καὶ τῷ ποιμένι τὴν αἰτίαν ἐπάγῃ, τοῖς προδεδόσθαι ἐθέλουσι μὴ τὰ ἴσα φρονήσαντι, καὶ βουλευσαμένῳ, μεμηνότος οἶμαι, κέκτηται λογισμούς. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐ τοῦ σχήματος τοῦ ἀρχιερέως στρατηγικῶν πραγμάτων ἀντιλαμβάνεσθαι, καὶ τὸν μὲν τυραννικῶς ἐξωθεῖν τῆς ἀρχῆς, τὸν δὲ ἀντεισάγειν, καὶ πραγμάτων, καὶ φόνου, καὶ ζημιῶν, τούτων δὴ τῶν ἐν ταῖς ἐναλλαγαῖς τῶν ἀρχῶν συμβαινόντων, αἴτιον δείκνυσθαι. Οὐ γὰρ ἐπὶ θρόνον αὐτὸν καθίζουσι τυραννικὸν, ἀλλ' ἐπὶ θρόνον ἱερατικὸν, καὶ Δεσπότου

πραέος, καὶ εἰρήνην διδάξαντος, καὶ δεῖ τοῦτον ἐκ παντὸς τρόπου μιμεῖσθαι, καὶ λόγοις καὶ πράγμασιν. Ἔπειτα τί ἐστιν ὅπερ εἴργαστο; ὅτι τοῖς τοῦ Θεοῦ νόμοις ἐμμένειν παρῄνει, καὶ τὴν εὐσέβειαν συνεβούλευε μὴ προέσθαι; ὅτι μὴ κατεξανίστασθαι τῶν ἀρχόντων, ἀλλὰ τούτους, ὡς ἐκ Θεοῦ προβληθέντας, ἐδίδασκε στέργειν; Καὶ τί γε ἄλλο προσῆκεν ἐκείνῳ ψυχὰς ἀνθρώπων πρὸς Θεοῦ πιστευθέντι; Ὅμως ἐκεῖνος καὶ οὕτως ἔχων ἐφ' ἑκάστου σχεδὸν ἔτους ἠξίου τὴν πόλιν ἀπολιπεῖν καὶ πρὸς τὴν ἐνεγκαμένην γενέσθαι· ἴσως ἵν' ἡμεῖς ὑπὲρ ἑαυτῶν φρονήσωμεν· ἀλλ' οὐδ' οὕτως ἠνέχεσθε. Οὕτω γνώμης τινὲς τετυχήκεσαν πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τὸ τρεπτὸν κεκτημένης, καὶ συμμεταβαλλομένης τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς πράγμασιν.

A Domini, et qui pacem deprædicavit, cujus vestigiis insistere modis omnibus et dicta factaque sequi debet, solium promovetur. Deinceps quid ille molitus est? An quod in legibus divinis perdurare adhortabatur? Non a principibus desciscendum, quos veluti a Deo promotos exosculandum esse docebat? Et tamen in aliud incumbendum erat, cui mortalium animæ per Deum erant concreditæ. Nihilominus ille hoc modo dispositus fere singulis annis ab urbe recedere volebat et in patriam reverti, forte ut nos nostra accuraremus. Sed neque hac ratione passi estis. Ita mente nonnulli prædiți sunt, quæ cum quolibet mutationem subiente sese immutat et variat.

Iis Symeonis certissima tempora teneo. Capta est Thessalonica anno Domini 1430, Martii die nona et vicesima, Symeon e vivis excesserat ante sex menses, ergo præterito Septembri, qui primus anni Græcorum supputatione numeratur. Ergo sub Joanne Manuelis filio Manuele ipso, necnon Joanne Cantacuzeno vitam egit.

NOTITIA ALTERA.

(Fabric. *Biblioth. Gr.* ed. Harles., tom. XI, p. 528.)

Simeon, Thessalonicensis archiepiscopus (*a*), sexto mense ante captam a Murate a. C. 1430, 29 Martii, Thessalonicam (*b*) defunctus, varia scripsit, quibus et ritus et dogmata Ecclesiæ Græcæ illustravit insigniter, et oppugnavit Latinos. Itaque Nic. Comnenus, Græcus licet, Latinorum propugnator acerrimus, p. 215 Prænot. mystag., Simeonem *inter Photianos non Photianæ plane ignorantiæ participem virum* appellat, *et ni desipuisset in dogmatibus, nemini recentiorum theologorum imparem.* (*Fabr.*) Conf. Henr. Wharton et Rob. Gerius ad Cavei *Hist. litter. S. S. Eccl.* tom. II, p. 113 seq.; uterque citat quosdam codd.; prior autem scripsit, Sim. Thessal. claruisse a. 1410 et obiisse a. 1429, mense Sept., sex mensibus ante Thessalonicam ab Amurate iterum expugnatam: posterior autem prodit, eum claruisse a. 1418, et vita decessisse paulo ante captam suam metropolin, a. 1430. — Oudin. *Comment. de SS. Eccl.* tom. III, p. 2242 seq. ad a. 1410, qui multus est de ætate, potissimum de scriptis horumque codd. et ex aliis præcipue Lambecio et Goaro multa exscripsit. — Hamberger *Zuverlæss. Nachr.* tom. IV, p. 682 seq., ad a. mortis 1429, et Saxius in *Onom. litt.* part. II, p. 390 seq. qui, eum mortuum esse a. 1430, adjecit. (*Harl.*)

1. Præcipuum ejus opus est *De fide, ritibus et mysteriis ecclesiasticis*, quod integrum Græce lucem vidit Jassii in Moldavia a. 1683 fol., curante Dositheo, patriarcha Hierosolymitano, et merito laudatur ab H. Whartono in Auctario historiæ dogmaticæ Usserii de Scripturis et sacris vernaculis p. 440; et Rich. Simone in *Bibl. Selecta*, tom. I, cap. 29, pag. 237 seq. (*Fabr.*) Fabricius noster infra in vol. XIV, p. 49 seq. vet. ed. Simeonis Thessalonic. Opus ecclesiasticum, quod beneficio Maurocordati, Hungaro Walachiæ principis, acceperat, curatius et uberius descripsit, et capitum ejus elenchum et quædam specimina dedit. Auspiciis, ait, et sumptu Joannis ducis, labore Joannis Molibdi, Heracleensis, excusum, Græce lucem vidit Jassii in Moldavia a. 1683 fol. opus Simeonis hoc titulo: Συμεὼν τοῦ μακαρίου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης κατὰ αἱρέσεων, *et cætera quæ in fronte operis infra leguntur.*

(*a*) Eugenius Nomophylax in Synodico, Dominica orthodoxiæ in ecclesia Thessalonicensi recitari solito, apud Allatium, *De Simeonibus* (*supra*), ubi celebrantur Thessalonicæ archiepiscopi Isidorus, Gabriel, Simeon, Gregorius et Niphon. Etiam senioris Simeonis Thessalonicensis meminit Allatius, *De consensu utriusque Ecclesiæ*, p. 863. Is est, qui Isidorum in archiepiscopatu Thessalonicensi antecessit.

(*b*) Joannes Anagnosta, in Narratione de capta Thessalonica, in Allatii *Symmictis*, p. 346 et 334.

Præmittitur volumini præfatio duplex Dosithei, patriarchæ Hierosol., in quarum posteriore (1) Simeon Thessalonicensis celebratur.

In prima præfatione, data Adrianopoli et' directa ad Joannem Ducam, Dositheus laudat hujusce curam ac benignitatem in promovenda Simeonis editione, publico bono demonstratam (2).

Hujus operis partes sunt : Ἑρμηνεία περί τε τοῦ θείου ναοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἱερῶν τε πέρι καὶ διακόνων καὶ ἀρχιερέων τε καὶ ὧν ἕκαστος τούτων στολῶν ἱερῶν περιβάλλεται. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς θείας μυσταγωγίας λόγον ἑκάστῳ διδοῦσα τῶν ἐν αὐτῷ τελουμένων θείως καὶ τοῖς ἐν Κρήτῃ ζητήσασι ἀποταλεῖσα, *de templo et missa*, quod Græce et Latine edidit Jacobus Goar, in *Euchologio*, pag. 212; 252 (3). Latine et minus sincerum Jacobus Pontanus, S. I. Ingolstad. 1603, 4, pag. 425 seq., in Append. Opp. Sym. Junioris theol. recusum in *Supplemento Bibliothecæ Patrum*, Morelliano Paris. 1039, fol. tom. I, pag. 865; et in Lugdunensi *Bibl. Patrum*, tom. XXII, pag. 767. (*Fabr.*) Item in Colon. *Bibl. Patr.* 1618, fol. vol. XII, part. I, p. 741. — MS. *Vindob.* in cod. Cæs. CLXVI, n. II, et in cod. 272, V. Lambec. IV, p. 390 seq. et V, p, 457 seq. Koll. — Ibid. in cod. 270, plura sunt Simeonis Thessal. scripta, n. 1 : *Dialogus ecclesiasticus et de sola vera fide, simul etiam de septem Ecclesiæ sacramentis, et de templo, rebusque et hominibus ad illud pertinentibus :* tum secundum Fabricii ordinem n. 2, 3-6 : *Precationes sacræ sex*(*a*), n. 7 codicis, et n. 8 cod. *Accurata dijudicatio legitimarum et illegitimarum nuptiarum, excerpta ex libro juridico Theodori Balsamonis;* de quibus copiose agit Lambec. V, pag. 451 seq. Kollar. — Ibid. p. 470, in cod. 282, Excerpta ex Simeonis Thessal. *monitis de vita ascetica, s. monastica.* Monac. in codd. Bavar. 58 et 286. *Expositio de divino templo*, etc. V. Hardt. in *Aretini Beytrægen*, etc. a. 1804, part. I, p. 34, etc. s. Cat. mss. Gr. Bavar. pag. 43 et 44. — in cod. Harlei. 5630, opera quædam, quorum tamen tituli non indicantur in catal. mss. bibl. Harlei. Oxon. in codd. Barocc. 75, *De templo*, etc.; 107. *Expositio liturgiæ;* inc. Ἐξ ἀγάπης θείας. Et plura sim. scripta in cod. 294, nempe sec. ordinem Fabricii n. I, 4, 5 ac 6, et *Epistola adhortatoria ad viam salutis*, etc. — *Explanatio liturgiæ* s. *missæ* est quoque Vindobon. in cod. Cæs. XIII, n. 6, et incipit : Προσήγετο δῶρα τῷ Θεῷ. V. Kollar. *Supplem. ad Lambec.* I, p. 129 seq., qui observat opus in hoc cod. esse multo copiosius, quam illud quod vulgavit Goar in *Euchologio* suo, pag. 212, et luce publica dignum. — *Taurin.* in cod. 65, in quo etiam est Sim. Thessal. *Dialogus contra hæreses*, etc. V. Cat. codd. Gr. Taurin. pag. 161 seq. — Paris. in Bibl. publ. codd. 1267 et 1281, *Expositio liturgiæ*, et in duobus posterioribus sunt quoque *Responsiones ad interrogata Gabrielis*, etc. Ibid. in cod. 1282, exstant varia Sym. Thessal. opera, quæ omnia lucem vidisse Iassii a. 1683, dicuntur, in Cat. mss. bibl. Reg. II, p. 274. — Sec. Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 478, bibl. Venet. in bibl. Grimana et pag. 623 B. in cod. Scorial. *De mysteriis Ecclesiæ.* — pag. 504 *A.* in bibl. Ambros. *Mediol. de sacramentis Ecclesiæ; de templo Dei*, etc., *De oratione; Responsiones ad interrogata sacerdotis cujusdam de rebus theologicis.* (*Harl.*)

Ἐκκλησιαστικὸς διάλογος κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων καὶ περὶ τῆς μόνης πίστεως τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῶν ἱερῶν τελετῶν τε καὶ μυστηρίων πάντων τῆς Ἐκκλησίας, οὐδὲν αὐτοῦ ἴδιον κεκτημένος, ἀλλ' ἐκ τῶν ἁγίων Γραφῶν καὶ τῶν Πατέρων ἐρανισθεὶς αὐτῷ καὶ συντεθεὶς κατὰ δύναμιν, ἀπολογίαν διδοὺς ἑκάστῳ τῶν κατὰ καιροὺς ἠρωτηκότων. *Dialogus adversus omnes hæreses*, in quo inter alia laudat clarum sua ætate Callistum Xanthopulum, qui a. 1395 fuit patriarcha CPolitanus, et Latinos hæreticis ascribit. Varia ex illo dialogo producit passim Allatius in suis scriptis, ut libro *De Simeonibus*, p, 185; *De ætate ordinum*, pag. 42 seq.; *De libris ecclesiasticis*, p. 7; *De purgatorio*, p. 100,

(*a*) Desunt in editione Iassensi. Earum titulos et initia Lambecius ita exscribit : « Septimo, et quidem a fol. 466, pag. 2, usque ad fol. 477 pag. 2 : *Ejusdem Symeonis archiepiscopi Thessalonicensis Precationes sacræ sex*, quarum prima *contra hostium Gentilium incursionem* inscribitur atque incipit his verbis : Τοῦ αὐτοῦ εὐχὴ κατ' ἐθνικῶν πολεμίων ἐν παντὶ καιρῷ ἀναγκαία τῆς αὐτῶν ἐπιθέσεως. Πάτερ, Υἱὲ, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, ὁ μόνος ἐν Τριάδι Θεὸς, ὁ ἀγαθὸς, ὁ ἐλεήμων, etc. Secunda in Encæniis templi beatissimæ Virginis Deiparæ τῆς Ἀχειροποιήτου sive non manufactæ : Εὐχὴ ἐπὶ τοῖς ἐγκαινίοις τοῦ θείου ναοῦ τῆς παναγίας Θεοτόκου, τῆς ἀχειροποιήτου. Λέγεται δὲ καὶ πρὸ τῶν πυλῶν τοῦ ναοῦ τῆς Θεοτόκου, ἡνίκα μετὰ λιτανείας εἰσέρχεται ὁ ἀρχιερεὺς, ὑπαλλάσσων μικρὸν τὰ περὶ τῶν ἐγκαινίων ῥήματα. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, etc. Tertia ad beatissimam Virginem Deiparam in solemni supplicatione. Εὐχὴ εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον ἐν λιτῇ γενομένη, Ἁγιωτέρα τῶν ἀγγέλων, ἐνδοξοτέρα τῶν ἀρχαγγέλων, etc. Quarta ad beatissimam Virginem Deiparam cujuslibet necessitatis causa : Εὐχὴ εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον ἐπὶ πάσῃ αἰτήσει. Κεχαριτωμένη, εὐλογημένη, ὑπὲρ πᾶσαν τετιμημένη κτίσιν, etc. Quinta tempore terræ motus, siccitatis et famis et quarumcunque aliarum calamitatum : Τοῦ αὐτοῦ ἑτέρα εὐχὴ ἐπὶ σεισμῷ, καὶ αὐχμῷ, καὶ λοιμῷ, καὶ πάσῃ ἄλλῃ κακώσει. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, παντοκράτορ ὁ Θεὸς τῶν ἀγγέλων, ὁ βασιλεὺς τῶν ἁγίων, ὁ κτίστης τοῦ σύμπαντος, etc. Sexta ad Spiritum sanctum in festo Pentecostes : Εὐχὴ εἰς τὴν Πεντηκοστὴν, εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, Ἀγαθὲ καὶ ἀγαθότητος πηγὴ, ἅγιε καὶ ἁγιασμοῦ χορηγέ.

(1) *priore* Fabric., male. Edit.
(2) Duplicem Præfationem vide infra in fronte Operum Simeonis. Id.
(3) At hujus operis textus tertia parte auctior est in editione Iassensi. Id.

110, etc. Exstat mss. in Bibl. Cæsarea, Vaticana aliisque. (*Fabr.*) Add. modo memoratis codd. inter mss. codd. Paris. bibl. publ. a Sevino ex Oriente allatos, cod. 17, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 1031 *C.* et Mart. Crusium in *Turco-Græcia*, supra, in vol. VIII, pag. 96, sub fin. (*Harl.*)

De septem Ecclesiæ Sacramentis, quem librum Fridericus Metius Latinitate donavit, teste Possevino, sed non edita est ejus interpretatio : dialogum *De pœnitentia* Græce et Latine vulgavit Joannes Morinus in opere *De sacramento pœnitentiæ*, Paris. 1651 fol. et recuso Bruxell. 1685 et Venet. 1702 fol. p. 471-476, nec non περὶ τῶν χειροτονιῶν libellum *De ordinatione* in opere de sacris ordinationis ritibus Paris. 1655 fol. Bruxell. 1686 fol. Utraque ex Morini versione leguntur etiam in *Bibliotheca Patrum* edit. Lugd. tom. XXII, pag. 792 et 793. [Quosdam codd. jam paulo ante laudavi. Add. in cod. bibl. Escorial. *De Ecclesiæ sacramentis* capita 14 teste Pluero in *Itinerar. per Hispan.* pag. 190. — *Vindobon.* in cod. Cæsar. 13, n. 4, sunt quoque capita 14 Conf. Kollar. in Supplem. ad Lambec. qui pluribus, vel ex disertis nostri cod. verbis in fine contra Fabric. nostrum docet, illud syntagma nihil aliud esse, nisi partem magnam operis Sim. Thessal. ante memorati, s. *Dialogi eccles. contra hæreses :* quod etiam colligi potest ex ordine capitum in ed. Dosithei. Ex eo etiam cognoscimus, quæ, ab Allatio memorata, et a Fabricio pro ineditis habita, in illa editione lucem viderint. (*Harl.*)] — Laudant Simeonis de sacramentis Jeremias patriarcha CPol. in Responsionibus ad theologos Wirtenbergenses, Franciscus Turrianus ad *Constitutt. apostol.* Petrus Arcudius in *Concordia*, pag. 6, 7, 19, et passim; Gabrielem quoque Severum Philadelphiensem plura ab eo mutuatum notans, pag. 10. Similiter Allatius in pluribus scriptorum suorum locis, ut *De consensu*, pag. 1139 seq., 1256, 1259, 1276, etc., de ætate ordinum, pag. 42 seq., 136 seq.

Cætera hujus Simeonis adhuc quod sciam inedita (1), ab eodem Allatio memorantur n. 193 seq. libro *De Simeonibus*.

2. Ἀπόκρισις πρὸς τὰς ἐρωτήσεις τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Πενταπόλεως κῦρ Γαβριήλ. *Responsiones ad interrogata sanctissimi metropolitæ Pentapolitani Gabrielis.* P. Ἔδει μὲν τὰς τοιαύτας τῶν ἐρωτήσεων ὑψηλοτέρας, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς. Responsiones sunt numero 85 (*a*). Legebantur in Palatina, et nunc in Vaticana, [et *Mosquensi*, cod. 389. V. Matthæi notit. etc., p. 248. (Harl.) Continent multa theologica, moralia et ecclesiastica, et essent maxime utiles, si ederentur.

3. Ejusdem : Περὶ ἱερωσύνης πρός τινα τῶν εὐλαβῶν μοναχῶν ἱερᾶς διακονίας ἠξιωμένων, ἔτι καὶ τοῦ ἀρχιερέως εἰς τὸν τοῦ πρεσβυτέρου τελοῦντος τότε βαθμόν. *De sacerdotio ad quemdam pium monachum sacro ministerio insignitum, adhuc præsule in presbyteri ordine existente.* P. Ἐν Χριστῷ μοι ἀγαπητὲ καὶ γνησιώτατε ἀδελφὲ τὴν ὀφειλὴν τῆς ἀγάπης. (*Fabr.*) ms. in cod. Baroc. 294, n. 13. In bibl. Bodlei. inter adversaria Ger. Langbaeni, ex Sym. Thessal. responsis de fine sæculi, et ex ejusd. quæstionibus de typicis Sabæ et Damasceni. V. Cat. mss. Angl. etc. I, p. 268. (*Harl.*)

4. Τοῦ αὐτοῦ Ἑρμηνεία συνοπτικὴ κατὰ δύναμιν εἰς τὸ τῆς ὀρθοδόξου καὶ ἀμωμήτου ἡμῶν πίστεως τῶν Χριστιανῶν θεῖον καὶ ἱερὸν Σύμβολον. *Expositio compendiosa, uti potuit, in orthodoxæ et inculpatæ nostræ fidei Christianorum sacrosanctum Symbolum.* P. Περὶ τοῦ ἱερωτάτου Συμβόλου τῆς ἀληθοῦς καὶ μόνης τῶν Χριστιανῶν ἡμῶν πίστεως. Mosquæ in cod. synod. 81, 8. V. Matthæi Notit. codd. Gr. Mosq. p. 61, et p. 321, in cod. 39, in quo etiam sunt sequens opus, et *De articulis fidei.* (*Harl.*)]

5. Τοῦ αὐτοῦ Ἔκθεσις ἀναγκαιοτάτη περὶ τῶν τοῦ ἱεροῦ Συμβόλου ῥήσεων, ὅθεν συνελέγησαν, καὶ κατὰ τίνων αὗται συγκείμεναί εἰσι. *Expositio perquam necessaria sententiarum sacri Symboli, unde collectæ sunt, et adversus quos dictatæ.* P. Καλὸν ἐκθέσθαι, καὶ ὅθεν τὸ ἱερώτατον παρὰ τῶν θείων Πατέρων συνετέθη Σύμβολον. (*Fabr.*) Mosquæ in cod. synod. 279, 8. V. Matthæi l. c. p. 180. (*Harl.*)

6. Περιεκτικά, ὡς δυνατὸν, τῆς μόνης τῶν Χριστιανῶν ἡμῶν πίστεως κεφάλαια δώδεκα, ἅπερ τινὲς ἄρθρα καλοῦσι τῆς πίστεως, σαφέστερον συντεθέντα παρὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης Συμεών, καὶ ὅτι ταῦτα περιέχει τὸ θεῖον Σύμβολον, καὶ περὶ τῶν περιεκτικῶν ἀρετῶν. *Continentia, ut fieri potuit, solam Christianorum fidem capita duodecim, quæ nonnulli articulos fidei nuncupant, clarius elucidata ab archiepiscopo Thessalonicensi Symeone; eaque comprehendere sacrum Symbolum, et de comprehensivis virtutibus.* P. Ἡ ἀληθὴς καὶ μόνη τῶν Χριστιανῶν ἡμῶν πίστις ὑπὲρ νοῦν οὖσα καὶ λόγον. (*Fabr.*) Mosquæ in cod. Synod. 279 8. V. Matthæi l. c. p. 180. (*Harl.*)

(*a*) Nonnulla ex his profert Allatius, lib. *De purgatorio*, pag. 31, 140, 214, et *Contra Hottinger.* pag. 8. Exstant etiam mss. in bibl. Bodleiana, codice Barocc. 94, e quibus locus adducitur ab Humfredo Hody in libro anglice edito : *The case of sees vacant*, pag. 86. (*Fabr.*) Item in cod. Barocc. 85. — Vindobon. in cod. 13, n. 5, sunt tantum responsa decem. v. Kollar. Supplem. pag. 128 seq. Integra sunt in cod. 170, n. 2. V. Lambec. 5, supra, ubi jam aliorum codd. mentio facta est, memoratum. (*Harl.*)

(1) Sequentia opuscula, sub num. 2, 3, 4, 5, 6, 7 memorata, jam ab annis plus centum edita prostabant cum Harlesius Fabricii *Bibliothecam* retractabat, de quo monere debuisset. Edit.

7. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ὧν καινοτομοῦσι Λατῖνοι (1). *De iis, circa quæ Latini innovant.* P. Πρῶτον μὲν τὸ περὶ τὴν πίστιν ἀποσφαλῆναι, καὶ προσθήκην θεῖναι τῷ ἱερωτάτῳ Συμβόλῳ.

8. Ejusdem plura referuntur ad leges et canones pertinentia a Manuele Malaxa in Nomocanone.

9. Canones etiam et hymnos in sanctos composuisse, ex Eugenio colligo : Καὶ ᾠδαῖς ἱεραῖς τοὺς τῶν ἁγίων χοροὺς, καὶ οἴκοθεν καταστέψαντος, ὧν τὸν βίον ἐζήλωσε, καὶ διήνυσε. *Et sacris cantibus sanctorum choros, et ex propriis exornavit, quorum vitam æmulatus confecit.* Horum tamen ipse nihil vidi. Hactenus Allatius. (*Fabr.*) V. cod. Vindob. citat. n. 7 et 8. (*Harl.*)

[In cat. codd. Gr. Nanian. p. 151, n. 7. cod, 74, citantur Simeonis Thessalon. Oratio, quæ tamen auctorem habet Simeonem Mamant. (2) et supra numeratur n. 25 ; et p. 152. Opus ejusd. Sim. Mam. — Sim. Thessal. Oratio *in Assumptionem Mariæ*, Paris. in bibl. publ. Cod. 987, n. 7. (*Harl.*)]

10. Simeonis Thessalonicensis *Chronicon* ms. in Philippico imp. laudat Cangius in *Glossario Græco*, p. 1606, nisi calami errore Thessalonicensem posuit, atque intellexit Chronicon Simeonis Logothetæ quod frequentissime citat alibi, ut in diss. De hebdomo, pag. 128, 129, 153, 154 ; et notis ad Zonaram p. 28, 55, 70, et 79 ; et in Appendice ad Glossar. p. 4, 5, 6, 7, 22, 23, 36, 45, 56, 57, 58, 59, 72, 74, 75, 83, 84, 86, 90, 92, 100, 101, 103, 106, 110, 113, 114, 115, etc. De hoc dixi vol. VI, p. 352 et 158. [s. vol. VII, p. 471 sq. et p. 683 sq. ed. nov.], ubi etiam de Historia chronica adhuc itidem inedita Simeonis Sethi lingua Græcorum vulgari, ab origine mundi ad imperium usque Constantini Ducæ, de qua paulo ante de Simeone Setho, n. 7.

(1) Est caput vicesimum libri *Contra hæreses*. Edit.
(2) Seu Juniorem, jam a nobis recusum tom. CXX. Edit

ΣΥΜΕΩΝ

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΚΑΤΑ ΑΙΡΕΣΕΩΝ

ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΜΟΝΗΣ ΟΡΘΗΣ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΗΜΩΝ ΠΙΣΤΕΩΣ, ΤΩΝ ΤΕ ΙΕΡΩΝ ΤΕΛΕΤΩΝ ΚΑΙ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΔΙΑΛΟΓΟΣ,

ΠΕΡΙ ΤΕ ΤΟΥ ΘΕΙΟΥ ΝΑΟΥ

ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΩ ΑΡΧΙΕΡΕΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΙΕΡΕΩΝ

ΚΑΙ ΔΙΑΚΟΝΩΝ,

Καὶ τῶν ὧν ἕκαστος τούτων στολῶν, ἱερῶν περιβάλλεται,

ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΜΥΣΤΑΓΩΓΙΑΣ

ΕΙΣ ΤΕ ΤΟ ΤΗΣ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΠΙΣΤΕΩΣ ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΕΡΜΗΝΕΙΑ,

Καὶ τῶν τούτου ῥήσεων ἔκθεσις ὅθεν τε συνελέγησαν, καὶ κατὰ τίνων συγκείμεναί εἰσιν,

Ἔτι δὲ Περιεκτικὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως κεφάλαια, ἤτοι ἄρθρα δώδεκα,

Καὶ ὅτι ταῦτα περιέχει τὸ ἱερὸν Σύμβολον. Καὶ περὶ τῶν περιεκτικῶν ἀρετῶν,

Ἀποκρίσεις τε πρός τινας ἐρωτήσεις ἀρχιερέως ἠρωτηκότος αὐτόν,

ΚΑΙ ΤΕΛΕΥΤΑΙΟΝ ΠΕΡΙ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ,

ΜΕΘ' ΩΝ

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΥ ΜΑΡΚΟΥ ΕΥΓΕΝΙΚΟΥ

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΕΦΕΣΟΥ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΑΚΟΛΟΥΘΙΑΣ (1).

Τυπωθέντα διὰ δαπάνης τοῦ εὐσεβεστάτου ἐνδοξοτάτου ἐκλαμπροτάτου τε καὶ γαληνοτάτου ἡγεμόνος κυρίου κυρίου Ἰωάννου Δούκα βοεβόδα πάσης Μολδοβλαχίας, Τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου αὐθέντου καὶ ἀρχηγοῦ πάσης Ὀκραΐνης,

Ἐπιμελείᾳ καὶ διορθώσει τοῦ λογιωτάτου νοταρίου τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας κυρίου Ἰωάννου Μολίβδου τοῦ ἐξ Ἡρακλείας,

Ἐν τῇ σεβασμίᾳ πατριαρχικῇ καὶ αὐθεντικῇ μονῇ τῶν πρωτοπορυφαίων Ἀποστόλων, τῇ καλουμένῃ Τζετατζούλα,

Ἐν ἔτει σωτηρίῳ ΑΧΠΓ', κατὰ μῆνα Ὀκτώβριον.

ΕΝ ΓΙΑΣΙῼ ΤΗΣ ΜΟΛΔΟΒΙΑΣ (2).

---

τὸν θεῖον Λέοντα πάππαν ἔχουσα, καὶ τοὺς αὐτοῦ τοποτηρητὰς, Διόσκορον δὲ Ἀλεξανδρείας καὶ Εὐτυχῆ πρεσβύτερον καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς καθαιροῦσα.

A vum quidem Leonem papam adjuvantem habens vicemque ejus præstantes, Dioscorum vero Alexandrinum et Eutychen presbyterum eorumque asseclas subvertens.

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

Περὶ τῆς πέμπτης συνόδου.

Καὶ ἡ πέμπτη δὲ τῶν ἑκατὸν ἑξήκοντα ἁγίων Πατέρων, ἧς Ἀγαπητὸς πάππας ἔξαρχος ἐν τῇ Κωνσταντίνου, κατὰ τοῦ Ὠριγένους καὶ Διδύμου τε καὶ Εὐαγρίου, παλαιῶν τινων τὴν κακίαν, περί τε ἀναστάσεως νεκρῶν καὶ πλείστων ἄλλων ζητήσεων ἀθροισθεῖσα, τὰ ὅμοια ταῖς πρὸ αὐτῆς περὶ τοῦ ἱεροῦ Συμβόλου νενομοθέτηκεν.

CAPUT XXVIII.

De synodo quinta.

At quintum concilium ad quod centum et septuaginta Patres sancti convenerunt, cui præfuit Agapetus papa in civitate Constantini, contra Origenem, Didymum et Evagrium, viros malitia veteres, necnon resurrectionis mortuorum causa pluriumque aliorum capitum similia de sancto Symbolo statuit ac concilia prius convocata.

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

Περὶ τῆς ἕκτης τε καὶ ἑβδόμης συνόδου.

Ἡ ἕκτη δὲ τῶν ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε, καὶ ἑβδόμη τῶν τριακοσίων ἑξήκοντα, ὧν ἡ μὲν ἐν τῇ Νέᾳ Ῥώμῃ τῇ Κωνσταντίνου κατά τε Ὁνωρίου τῆς παλαιᾶς Ῥώμης καὶ Σεργίου καὶ Πύῤῥου τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ λοιπῶν ἄλλων Μονοθελητῶν, ἡ δὲ, ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον, κατὰ τῶν δυσσεβῶν εἰκονομαχούντων, ἀριδηλότερόν τε καὶ μετὰ πολλοῦ ζήλου τὰ περὶ τοῦ θείου Συμβόλου ἐξέθετο. Καὶ ἡ μὲν ἕκτη λέξεσιν αὐταῖς καὶ τὸ τῆς πρώτης συνόδου ἐκτίθησι Σύμβολον καὶ τὸ τῆς δευτέρας, καὶ μηδὲν τούτῳ προσθεῖναι διακελεύεται· ἡ δέ γε ἑβδόμη, ἓν ἔχουσα τὸ τῆς πρώτης τε καὶ δευτέρας, ὅπερ δὴ καὶ ἐπ' ἐκκλησίας κηρύττομεν, λέξεσιν αὐταῖς αὐτὸ γράφει. Καὶ τοὺς προσθήσοντας ἐν τούτῳ ἢ ἀφελόντας, ἱερωμένους μὲν καθαιρέσει καὶ κληρικοὺς, λαϊκοὺς δὲ καθυποβάλλει τῷ ἀναθέματι. Οὕτω τὸ σεπτὸν τοῦτο συνεκροτήθη πάντοθεν Σύμβολον, καὶ ὑπὸ τῶν Πατέρων ἐπισφραγισθὲν, ἐκηρύχθη, καὶ ταῖς θαύμασιν ἐκείνων καὶ λόγοις ἐβεβαιώθη, καὶ τοῖς συγγράμμασι καὶ τῷ τέλει. Τοῦτο γὰρ καὶ βαπτιζόμενοι, ὡς εἰρήκαμεν, ἐπ' ἐκκλησίας καθωμολόγησαν, καὶ τὴν ἱερωσύνην δεχόμενοι, προεκήρυξαν, καὶ τελευτῶντες ὡς ἐφόδιον ὡμολόγουν, καὶ Θεῷ δῶρον παρεῖχον ἐπιτελεύτιον, ὧν καὶ τὰ λείψανα, καὶ τὰ μέχρι τοῦ νῦν δι' αὐτῶν ἰάματά τε καὶ θαύματα τὸ θεῖον τοῦτο Σύμβολον ἐπιμαρτυροῦσι, δι' οὗ καὶ τὴν εἰρήνην ἡ Ἐκκλησία ἐκέκτητο, καὶ τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ ἡνωμένα ἀλλήλοις ἦσαν, καὶ Χριστὸς ἡ εἰρήνη ἡμῶν ὡς κεφαλὴ ἦν τοῖς μέλεσιν αὐτοῦ ἡνωμένος καθόλου καὶ εὐφραινόμενος ἐν αὐτοῖς. Τὸ δὲ φιλοπρωτεύειν, καὶ τῶν ἀδελφῶν ὑπεραίρεσθαι καὶ ὑπερφρονεῖν, καὶ οὐκ ἐπὶ τὴν καθέδραν τοῦ Πέτρου, ἀλλ' ἐπὶ τῶν νεφελῶν καὶ ὑπεράνω δοκεῖν καθέζεσθαι, καὶ ἡ ἰσοθεΐα, ὡς καὶ τὸ ἀποθνήσκειν τοῖς ἀνθρώποις πρότερον, καὶ νῦν τὸ ἀποθνήσκειν πολλοὺς πολλῷ χαλεπώτερον ἀπειργάσατο· καὶ τὸ κινδυνεύειν καταπεσεῖν τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ Χριστοῦ διασπασθῆναι τὰ μέλη, καὶ ἔχθραν τεθεῖναι ἀναμέσον τῶν τῆς εἰρήνης υἱῶν, οὓς ἐν ἀγάπῃ θεὸς ἡ ἀγάπη συνήγαγε, μὴ φεισάμενος τοῦ ἀγαπητοῦ, βαβαὶ τῆς δαιμονικῆς ἐπηρείας! καὶ συλλογισμοὶ ἐπὶ τούτοις τῶν ἀθέων Ἑλλήνων, οἱ τὴν πολυθεΐαν πάλαι ἢ μᾶλλον ἀθεΐαν εἰπεῖν συγκροτήσαντες, καὶ διαβολαὶ ῥητῶν γραφικῶν, καὶ παρερμη-

CAPUT XXIX.

De synodo sexta et septima.

Sextum concilium, cui centum et sexaginta quinque Patres, et septimum, cui trecenti et sexaginta adfuerunt, illud quidem novæ Romæ a Constantino ædificatæ adversus Honorium veteris Romæ episcopum atque Sergium et Pyrrhum Constantinopolitanum cæterosque alios Monotheletas, hoc vero iterum Nicææ adversus impios imaginum eversores convocatum fuit, palam multo studio ea quæ ad divinum Symbolum spectant declaraverunt. Sextum quidem primi et secundi concilii Symbolum firmavit, et ne quid adderetur prohibuit. Septimum autem unum primi secundique concilii Symbolum habens quod in ecclesia prædicamus, hoc suis scripsit litteris, eique audentes quidquam addere vel ab eo detrahere sacerdotes quidem et clericos a dignitate dejicit, laicos vero anathemati subjicit. Itaque augustum illud Symbolum undique fuit conclamatum et a Patribus obsignatum, necnon ab eisdem prædicatum atque miraculis eorum et verbis scriptisque ac morte firmatum. Istud enim, sicut diximus, et baptizati in ecclesia confessi sunt, et sacerdotio initiati prædicaverunt, et morientes ut viaticum habuerunt, Deoque ultimum munus obtulerunt; quorum reliquiæ et sanationes atque miracula per eas impleta divinum illud Symbolum testantur, quo pacem Ecclesia consecuta est, et membra Christi sibi invicem conjuncta sunt, Christusque pax nostra factus est; nam arcte ut caput membris suis adunatus in ipsis delectabatur. Primatum autem amare, fratribus superbia et contumacia insultare, nequaquam super cathedram Petri, sed super nubes vel etiam sublimius considere videri, Deo sese assimilare, perinde ac olim mortem in mundum induxit, ita et nunc multos morte multo graviore affecit; inde Ecclesia exitio periclitata est, Christi membra dilacerata sunt, inimicitia inducta est inter filios pacis quos in charitate Deus qui charitas est congregavit, suam effundens charitatem. Heu! quanta a dæmone pernicies! et argumenta de hac materia Græcis atheis digna, qui multos olim deos seu potius nullum colebant, et Scripturæ vocum depravationes, et sermonum Patrum falsæ interpretationes, solummodo ut superbiam tuerentur! O homo, omnes uno animo

clamaverunt Patres, non semel tantum vel bis aut ter, sed et pluries, sicut nosti, quam agendi rationem testatus est Deus, tu autem divinum sancti Patris Verbum pravando frustraris, vi cogens ut non de illo capite bene, vero de alio prolatum fuerit, illudque aliena cogitatione adigis ut secundum tuam errantem opinionem cogitet et cogitetur! Ergo temetipsum seducis. Et si protuleris Cyrillum aut Basilium, vel vere magnum Athanasium et Augustinum, et Ambrosium, ego etiam tibi ipse ante te profero, vel etiam multo plures, quoniam in ipsis ego potius confidenter gloriabor, et argumenta tua Græcis digna quibus gloriaris ex mente repudio; ego vero in honorem causæ meæ alios adhuc qui ante dictos Patres vixerunt proponam, nempe Dionysium, et cum ipso Jerotheum, necnon signorum opificem Gregorium, Justinum philosophum et martyrem, ejusque antecessores et coætaneos, insuper Gregorium et Gregorium, Joannem ore aureum, Maximum et Joannem philosophos, universumque cum ipsis Patrum chorum. Tu quidem stabis contentione disputans et argumentis insolescens; ego autem dicam te Scripturas et Patres falsa explicatione corrumpere et aspernari, Græcorumque non Patrum esse discipulum. Attamen, si vellem, ego quoque habeo argumenta tuis præstantia quibus dejiciantur sophisticæ tuæ ratiunculæ, illa autem rejicio, et demonstrationes ex Patribus eorumque sermonibus componam. Tu quidem Aristotelem et Platonem vel etiam quemdam ex novis tuis doctoribus repones; sed ego tibi piscatores opponam eorumque prædicationis sinceritatem, et veram sapientiam quam tu stultitiam judicas, vel etiam simpliciter pietatis mysterium quod Paulus magnum esse recte prædicat, et sapientiam tuam stultam faciam, et dicam: « Deum nemo vidit unquam; mane in eis quæ didicisti et considera, sciens a quo didicisti; stultas quæstiones devita; præcipio tibi coram Christo Jesu, serva bonam confessionem; et fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est; si quis evangelizaverit vobis præter id quod accepistis, anathema sit. » Et tu quidem ita reverteris vacuus, ego vero gloriabor in gloria Patrum meorum, non enim evacuata fuit crux Christi, etsi ejus prædicatio quibusdam stultitia videatur. Unde accepimus quod accepimus? A Spiritu. Et quicunque Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei, quarum sententiarum fines protrahere non oportet. Vide igitur ne stultus ilas filius, qui natus es ex Patribus qui te in Spiritu genuerunt, neque videaris generatio prava atque perversa eorum qui minime quæ Domini sunt, sed quæ sua sunt quærunt, qui non in ædificationem, sed in destructionem ambulant. Sed quid tibi vult multa hæc contentio? Deum noscere? Nosce sicut didicisti. Eum sicuti est cognoscere? Sed nunquam istud discere poteris; est enim incomprehensibilis, et non tibi tantum, sed et angelis, quod tibi ostendit doctor lingua aureus; si istum eique simi-

νεῖαι πατρικῶν λόγων, 46 ἵνα μόνον τὸ τῆς ὑπερηφανίας ἐπεκδικήσωσιν. Ἄνθρωπε, πάντες ὁμοῦ συνεφώνησαν οἱ Πατέρες, καὶ οὐ μίαν ἢ δὶς μόνον ἢ τρὶς, ἀλλὰ καὶ ἑπτάκις, ὡς οἶσθα. Καὶ τὸ παρ' αὐτῶν Θεὸς μεμαρτύρηκε. Σὺ δὲ κλέπτεις ῥητόν τι θεῖον κακουργῶν ἁγίου Πατρὸς, ἀναγκαίως ὑπὲρ ἑτέρου ζητήματος, καὶ οὐχ ὑπὲρ τούτου αὐτῷ ῥηθέντος, καὶ καθ' ἑτέραν ἔννοιαν, καὶ τοῦτο βιάζῃ νοεῖν καὶ νοεῖσθαι κατὰ τὴν πεπλανημένην δόξαν τὴν σήν; Φρεναπατᾷς οὖν ἑαυτόν. Καὶ εἰ προφέρεις Κύριλλον ἢ Βασίλειον, ἢ Ἀθανάσιον τὸν ἀληθῶς μέγαν, καὶ Αὐγουστῖνόν τε καὶ Ἀμβρόσιον· καὶ αὐτός σοι γὰρ τούτους πρὸ σοῦ προφέρω, καὶ ἔτι τοὺς πλείονας, ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τούτοις μᾶλλον θαῤῥῶν ἐγὼ καυχῶμαι. Καὶ τὰ Ἑλληνικά σου σοφίσματα οἷς αὐτὸς ἐγκαυχᾷ, ἀποστρέφομαι ἐκ ψυχῆς. Προσθήσω δὲ ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ τοὺς πρὸ τῶν εἰρημένων ἄλλους ἁγίους, Διονύσιόν φημι, καὶ Ἱερόθεον σὺν αὐτῷ, καὶ τὸν Θαυματουργὸν Πατέρα Γρηγόριον, καὶ τὸν φιλόσοφον Ἰουστῖνον καὶ μάρτυρα, καὶ τοὺς πρὸ τούτου καὶ σὺν τούτῳ· ἔτι τε Γρηγόριον καὶ Γρηγόριον, Ἰωάννην τε τὸν χρυσοῦν, καὶ Μάξιμον καὶ Ἰωάννην τοὺς φιλοσόφους, καὶ σὺν αὐτοῖς πάντα τὸν τῶν Πατέρων χορόν. Καὶ σὺ μὲν στήσῃ φιλονεικῶν, καὶ συλλογισμοῖς φρυαττόμενος· ἐγωγε δὲ ὡς παρερμηνεύεις καὶ διαβάλλεις ἐρῶ τὰς Γραφὰς καὶ τοὺς Πατέρας, καὶ ὡς τῶν Ἑλλήνων καὶ οὐ τῶν Πατέρων μαθητὴς εἶ. Καίτοι γε εἰ βουλοίμην, καὶ συλλογισμοὺς ὑπὲρ τοὺς σοὺς κατὰ τῶν σῶν λογισμῶν τῶν σοφιστικῶν κέκτημαι. Ἀποῤῥίπτω δὲ τούτους, ὡς μὴ διὰ τῆς θύρας εἰσερχομένους, καὶ τὰς ἀποδείξεις ἐκ τῶν Πατέρων καὶ τῶν ἐκείνων σοι λόγων ποιήσομαι. Καὶ σὺ μὲν ἀντιφήσεις τὰ Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος·, ἔτι δὲ καὶ τῶν νέων σου διδασκάλων· ἐγὼ δέ σοι τοὺς ἁλιεῖς ἀντιθήσω, καὶ τὸ ἁπλοῦν αὐτῶν τοῦ κηρύγματος, καὶ τὴν ὄντως σοφίαν, δοκοῦσιν δέ σοι μωρίαν. Καὶ ἔτι τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον ἐν ἁπλότητι, ὅπερ ὁ Παῦλος μέγα εἶναι ὁμολογουμένως μαρτυρεῖ. Καὶ τὴν σοφίαν σου μωρανῶ. Καὶ, « Τὸν Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, » προσθήσω. Καὶ, « Μένε ἐν οἷς ἔμαθες καὶ ἐπιστώθης, εἰδὼς παρὰ τίνος ἔμαθες. » Καὶ τὸ, « Τὰς μωρὰς ζητήσεις παραιτοῦ. » Καὶ παραγγέλλω σοι ἐνώπιον Ἰησοῦ Χριστοῦ, φύλαξον τὴν καλὴν ὁμολογίαν. Καὶ θεμέλιον ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον. Καὶ εἴ τις εὐαγγελίζεται ὑμῖν παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ οὕτω σὺ μὲν ἀπελεύσῃ κενὸς, ἐγὼ δὲ δοξασθήσομαι ἐν τῇ τῶν Πατέρων μου δόξῃ. Οὐ γὰρ μὴ κενωθῇ ποτε ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ, εἰ καὶ μωρία δόξει τισὶ τὸ κήρυγμα. Πόθεν δὲ παρελάβομεν ὃ παρελάβομεν; Ἀπὸ τῶν τοῦ Πνεύματος. Καὶ, « Ὅσοι Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Θεοῦ. » Καὶ οὐ δεῖ μεταίρειν τούτων τὰ ὅρια. Ὅρα τοίνυν μὴ μωμητὸν γένῃ τέκνον, κατὰ τῶν γεγεννηκότων ἐν Πνεύματι γεγονὼς, καὶ γενεὰ σκολιὰ καὶ διεστραμμένη ὀφθῇς, καὶ τῶν μὴ ζητούντων τὰ τοῦ Κυρίου, ἀλλὰ τὰ ἑαυτῶν, καὶ τῶν οὐκ εἰς οἰκοδομὴν περιπατούντων, ἀλλ' εἰς καθαίρεσιν. Ἀλλὰ τί σοι βούλεται τὸ πολὺ τῆς φιλονεικίας; Θεὸν εἰδέναι;

Γνῶθι ὡς ἔμαθες. Ἀλλ' ὡς ἔστιν; Οὐ μὴ δυνηθῇς μαθεῖν. Καὶ γὰρ ἀκατάληπτος· καὶ οὐ σοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀγγέλοις. Καὶ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν περὶ τούτου διδάσκει σε, εἴ γε καὶ μέλει σοι τούτου καὶ τῶν ὁμοίων αὐτῷ, καὶ μὴ καὶ ὑπὲρ τούτους δοκεῖς παρὰ σεαυτῷ φρονεῖν. Ἀλλὰ τίς Θεοῦ οἶδε φύσιν, ἢ ἐξηγόρευσε; Πείσθητε λοιπὸν τοῖς τοῦ Θεοῦ φίλοις, οἷς αὐτὸς ἐωράθη ὅσον δυνατὸν ἦν, ὡς καὶ Μωϋσῇ πρότερον, οἷς ἀπεκαλύφθη, ὡς καὶ τῷ Πέτρῳ, οἷς ἐμφανὴς γέγονεν, ὡς τῷ Παύλῳ καὶ τοῖς ὁμοίοις Παύλῳ. Καὶ πείσθητι τούτῳ τῷ Παύλῳ ὡς εἰς οὐρανοὺς ἀνελθόντι ὑπὲρ σὲ (θαῤῥῶ λέγειν), καὶ τῶν ἀποῤῥήτων ἀκούσαντι κρεῖττόν σου καὶ κηρύσσοντι, « Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν **47** καὶ ὑπείκετε. » Ἡγούμενος δὲ τῶν ψυχῶν ἡμῶν οὗτός τε καὶ οἱ τῆς εὐσεβείας Πατέρες, οἱ ὁμοῦ πάντες τὸ τῆς πίστεως ἐξέθεντο Σύμβολον, καὶ οἱ τοῦτο καθωμολόγουν, καὶ οἱ ὁμοῦ ἐπεσφράγιζον. Εἰ δ' οὖν, αὐτῶν παρακούων, καὶ αὐτοὺς ἀθετῶν, Χριστὸν ἀθετεῖς, ὁ Χριστὸς ἔφη, Χριστοῦ παρακούεις, καὶ τῶν Πενταπολιτῶν ἐκεῖσε χεῖρον κατακριθήσῃ. Ἀνεκτότερον γὰρ ἔσται Σοδόμοις ἢ Γομόῤῥοις, φησὶν, ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ τοῖς μὴ δεξαμένοις τὸ κήρυγμα. Κήρυγμα δὲ Χριστοῦ, ὡς τὸ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν Πατέρων. Καὶ εἰ ὁ σκανδαλίζων ἕνα τῶν μικρῶν ἀδελφῶν, ἔνοχος κατακρίματος τηλικούτου, ὁ τοσούτους σκανδαλίζων καὶ διασπῶν ὁποίου; Γένοιτο δὲ ταπεινωθέντα σε τῇ μιμήσει τοῦ εἰρηνικοῦ τε καὶ πράου ἐπανελθεῖν καὶ ἑνωθῆναι τοῖς κατὰ Θεὸν ἀδελφοῖς, καὶ ἐν γενέσθαι μετὰ Χριστοῦ καὶ αὐτῶν, καὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ θεραπόντων, ἡμῶν δὲ Πατέρων, τὰ παρ' ἐκείνων ἐκτεθὲν, ὡς ἐξέθεντο, ἀνομολογήσαντα Σύμβολον ὀρθοδόξως, ἵνα καὶ ὧδε κἀκεῖ ἓν ὦμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὡς ὁ Χριστὸς ηὔξατο.

les in numero putaveris, noli saltem in mente tua cogitare te illis majora cognoscere. Sed quis naturam Dei vidit vel patefecit? Cæterum crede amicis Dei quibus ipse quantum fieri poterat apparuit, ut prius Moysi, quibus revelatus est, ut Petro, quibus manifestus factus est, ut Paulo et Paulo similibus; crede huic Paulo qui licet in cœlum altius quam tu (confidenter dico) ascenderit, et ineffabilia magis quam tu audiverit: « Obedite, inquit, præpositis vestris et subjacete eis. » Præpositus animarum nostrarum ille est omnesque pietatis Patres, qui omnes simul fidei Symbolum constituerunt, qui illud confessi sunt, qui illud simul obsignaverunt. Igitur si istos aspernans, istosque rejiciens, Christum aspernaris, ut ait Christus, Christumque rejicis, pejus Pentapolitanis judicium habebis; nam tolerabilius erit terræ Sodomorum et Gomorrhæorum, inquit, in die judicii quam eis qui non receperunt prædicationem, nempe prædicationem Christi, cum ab Apostolis et Patribus facta fuerit. Et si quis scandalizaverit unum ex pusillis fratribus reus erit tantæ damnationis, quantæ qui tot scandalizaverit et in prava distraxerit. Utinam temetipsum humilians ad exemplum pacifici mansuetique Salvatoris, redux convenias ad eos qui secundum Deum fratres sunt, et unum fias cum Christo et illis Christique famulis Patribus nostris, definitum ab eis quale declaraverunt Symbolum recta fide confessus, ut hic et illic unum simus in Christo Jesu, prout deprecatus est Christus.

Κληρικός. Χάρις τῷ Θεῷ, δέσποτα. Ἱκανῶς γὰρ τὰ περὶ τῆς Λατινικῆς καινοτομίας ἐμάθομεν, καὶ ὡς οὐ κατὰ πίστιν αὕτη σφάλλεται μόνον, ἐπεὶ κατὰ τοῦ ἱεροῦ κινεῖται Συμβόλου τῆς πίστεως, ἀλλὰ καὶ κατὰ πάντων σχεδὸν τῶν ἐθῶν τε καὶ παραδόσεων τῆς ἱερᾶς Ἐκκλησίας. Λοιπὸν προσεκτέον ἔσται ἡμῖν τὸ περὶ τῆς κοινωνίας αὐτῶν, καὶ τὸ περὶ τῆς λεγομένης ἑνώσεως δέον καλῶς ἐξετάσαι.

Clericus. Deo gratias, domine. Nam satis ea quæ a Latinis novata sunt didicimus, et novimus eos non solummodo secundum fidem nutare, cum sacrum fidei Symbolum violaverint, sed etiam ferme secundum omnes sanctæ Ecclesiæ consuetudines et traditiones. Superest ut de eorum communione instruamur, et diligenter oportet de dicta adunatione inquirere.

Ἀρχιερεύς. Δέον, ἀδελφὲ, ἐπεὶ οὔδ' ἁπλῶς τοῖς πρὸ ἡμῶν ἡ διάστασις γέγονεν. Οἶδας γὰρ, ὡς καὶ ὁ τῆς ἑνώσεως δηλοῖ Τόμος, ὅπως χάριν δευτέρου καὶ τρίτου γάμου, ἔτι δὲ καὶ τετάρτου, οἷον σχίσμα γεγένηται καὶ ἐπὶ πολλοῖς, ὡς μανθάνομεν, ἔτεσι, καὶ περὶ ζητημάτων δέ τινων ἄλλων μικρῶν δοκούντων πολὺς ζῆλος ἐγεγόνει τινῶν. Εἰ οὖν περὶ τῆς κατὰ τὴν πολιτείαν τῶν εὐσεβῶν ἡμῶν εὐταξίας πολὺς ὁ λόγος πολλάκις γέγονεν, ὅτι καὶ βίος παρ' ἡμῖν ὡς καὶ ἡ πίστις κηρύττεται, πολλῷ δὴ μᾶλλον ἔσται περὶ τῆς πίστεως.

Pontifex. Hoc sane, frater, est necessarium, cum non semel prioribus nostris facta sit disjunctio; scis enim, prout aperit liber unionis, quoniam occasione secundi et tertii vel etiam quarti conjugii quoddam schisma per multos, ut discimus, annos ortum est, et circa alias quasdam quæstiones quæ leves videntur, nonnulli magnum exprompsere studium. Igitur si propter disciplinam piamque conversationem nostram multa pluries data est opera, quoniam agendi regula sicut et credendi apud nos prædicatur, quanto magis de fide curandum est.

Κληρικός. Οὕτως ἡ ἀλήθεια ἔχει, Πάτερ. Πλὴν ἔτι δεόμεθα, δίδαξον ἡμᾶς εἰ ἀνεφύη καὶ ἄλλο τι κατὰ τῆς ὀρθοδόξου ζιζάνιον πίστεως μετὰ τοῦτο δὴ τὸ Λατίνων.

Clericus. Ita, Pater, sese habet veritas. Sed adhuc deprecamur, doce nos an post zizaniam a Latinis seminatam alia etiam contra sinceram sanctamque fidem creverit.

CAPUT XXX.

Contra Barlaamum et Acindynum horumque similes divinam sacrosanctæ Trinitatis gratiam impie reprobantes.

Pontifex. Etiam, frater, variæ ortæ sunt hæreses quæ velut mali carbones rore divinæ gratiæ fuerunt exstinctæ. Ultimum vero incendium idololatrica Nabuchodonosor fornace damnosius ab impiis Barlaam et Acindyno fuit conflatum, qui, dum more Græcorum (1) opinarentur, eorum errores exsuscitaverunt, et falsam sapientiam, quam melius stultitiam appellaveris, renovaverunt.

Clericus. De hac hæresi, domine, disserentem libenter audiemus. Quænam sit et quomodo inceperit discere desideramus.

Pontifex. Quænam sit et quomodo inceperit, nos quidem dicere non oportet; sacra vero annalium monumenta qui legere voluerit quæ orthodoxa Christi erexit Ecclesia, omnia prorsus agnoscet, primum quidem illa quæ contra impium illum Barlaam Calabrum statuta sunt; deinde vero quæ contra periclitatum in eadem ac Barlaam materia valdeque periculosum Acindynum; tertio autem quæ contra tertium et pluries (quoniam pluries per eum aliosque similes varios hæresiarchas tumultus passa est Ecclesia Christi), pluries, inquam, nimisque secundum animam emortuum necnon impietatis pondere gravique somno oppressum Gregoram apparata sunt; hic noscet quam diversa, quam dolosa, quam simul impia et damnosa fuerit hæresis ista, quis fuerit (ejus) machinator, quinam ex ea creverint rami non steriles tantum terramque pietatis exinanientes, sed et spinosi nimisque asperi necnon molesti et Ecclesiæ plantationem dilacerantes.

CAPUT XXXI.

De S. Gregorio Thessalonicensi Thaumaturgo.

Qui tamen voluerit rem planius cognoscere, melius discet ex scriptis illius qui velut sol alius in terra in illo tempore ortus est, capax qui verbo et exemplo obscuram impietatis noctem fugaret. Iste est Gregorius sapientissimus qui postea Thessalonicæ præfuit Ecclesiæ, lumen magnum in lucenti candelabro positum, lux pietatis magna jam ante pontificatum conspicua. Qui a juventute Deo adhærens, patria quidem urbe regina relicta, relictis etiam genere, et institutione, et sapientia aulaque imperatoria, Deum quærens in eremo, primum quidem genus Deo devovens, obedientia autem vitæque integritate ad contemplationis apicem pertingens et intercessu purissimæ Deiparæ quam in multa dilectione habebat et ab ea quam ut se illuminaret precabatur collustratus, acceptis inde futuri sæculi pignoribus vi istius illuminationis, modo quidem quasi beatum hoc munus tentaret eximie disputabat, modo autem ad alia conversus una cum angelis in quorum societatem veniebat lumen

(1) Id est gentilium.

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

Κατὰ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου, καὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῖς, τῆς ἁγίας Τριάδος τὴν θείαν χάριν δυσσεβῶς ἀθετούντων.

Ἀρχιερεύς. Ναὶ, ἀδελφὲ, καὶ διάφορα, περὶ ὧν οὐ χρὴ λέγειν, κατασβεσθέντων ὡς πονηρῶν ἀνθράκων τῷ τοῦ Θεοῦ τῆς χάριτος ὑετῷ. Τελευταία δέ τις πυρκαϊὰ, καὶ τῆς εἰδωλικῆς ἐκείνης τοῦ Ναβουχοδονόσορ καμίνου χαλεπωτέρα, ἡ τοῦ Βαρλαάμ τε καὶ Ἀκινδύνου δυσσέβεια, ὡς ἑλληνόφρων οὖσα, καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων ἀναρριπίζουσα, καὶ τὰ τῆς Ἑλληνικῆς ἀσόφου σοφίας, μωρίας δὲ μᾶλλον εἰπεῖν, ὑπανάπτουσα.

Κληρικός. Ἤκουσται ἡμῖν περὶ ταύτης, δέσποτα. Τίς δὲ αὕτη καὶ ὅπως ἤρξατο, ἐπιζητοῦμεν μαθεῖν.

Ἀρχιερεύς. Τίς μὲν αὕτη, καὶ ὅθεν ἤρξατο, οὐ χρὴ λέγειν ἡμᾶς· τοῖς ἱεροῖς δὲ Τόμοις ἐντυχὼν ὁ βουλόμενος, οὓς ἡ τοῦ Χριστοῦ ὀρθόδοξος ἀνεστήλωσεν Ἐκκλησία, εἴσεται ἀκριβῶς πάντα, πρότερον μὲν τῷ ἐκτεθέντι κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς ἐκείνου Βαρλαὰμ τοῦ Καλαβροῦ, δεύτερον δὲ τῷ κατὰ τοῦ κινδυνεύσαντος ἐν ὁμοίοις τῷ Βαρλαὰμ πολυκινδύνου Ἀκινδύνου· τρίτῳ δέ γε κατὰ τοῦ τρίτον καὶ πολλάκις (ἐπεὶ καὶ πολλάκις παρ' αὐτοῦ τε καὶ διαφόρων ἄλλων αἱρετιζόντων ὁμοίως ἔσχε τὰς ταραχὰς ἡ Ἐκκλησία Χριστοῦ), φημὶ δὲ τοῦ λίαν νενεκρωμένου τὴν ψυχὴν καὶ κάρῳ δυσσεβείας καὶ ὕπνῳ βαρεῖ κατεχομένου Γρηγορᾶ συντεθέντι. Καὶ γνώσεται οἷον τὸ τῆς αἱρέσεως ταύτης ποικίλον τε καὶ δολερὸν, καὶ ἅμα τὸ ἄθεον καὶ ἐπιβλαβὲς, καὶ τίς ὁ ταύτης προστάτης, καὶ τίνες οἱ ἐξ ἐκείνου φυέντες, οὐχ ἅκαρποι μόνον καὶ καταργοῦντες τὴν γῆν τῆς εὐσεβείας βλαστοὶ, ἀλλὰ καὶ ἀκανθώδεις καὶ λίαν τραχεῖς, παραλυποῦντες καὶ διασπῶντες τὰ τῆς Ἐκκλησίας γεννήματα.

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Περὶ τοῦ ἱεροῦ Γρηγορίου Θεσσαλονίκης τοῦ Θαυματουργοῦ.

Ὁ δέ γε ἀκριβέστερον βουλόμενος ἐκμαθεῖν γνώσεται μᾶλλον ἀφ' ὧν ἐκεῖνος συνεγράψατο, ὃς οἷάπερ ἄλλος τις ἥλιος τῇ οἰκουμένῃ ἀνέτειλε τῷ τότε καιρῷ ἱκανὸς ἀποσοβῆσαι λόγῳ τε καὶ τῷ βίῳ πᾶσαν σκοτόμαιναν ἀθεΐας. Γρηγόριος οὗτος ἦν ὁ σοφώτατος, ὁ τῆς Θεσσαλονικέων ὕστερον προστὰς Ἐκκλησίας, καὶ φῶς μέγα ἐπὶ λαμπρὰν λυχνίαν τεθεὶς, μέγας τε φωστὴρ εὐσεβείας καὶ πρὸ τῆς ἀρχιερωσύνης δειχθείς. Ὃς ἀνατεθεὶς ἀπὸ νεότητος τῷ Θεῷ, καὶ τὴν πατρίδα μὲν καταλείψας τὴν βασιλεύουσαν, γένος τε καὶ ἀναγωγὴν, καὶ σοφίαν καὶ βασιλικὰς αὐλὰς, ἐν ἐρήμοις τε ζητήσας τὸν Κύριον, καὶ τὸ γένος μὲν πρότερον ἀφιερώσας Θεῷ, δι' ὑποταγῆς δὲ καὶ καθάρσεως βίου πρὸς θεωρίας ὕψος ἐληλακὼς, καὶ μεσιτείᾳ τῆς Πανάγνου καὶ Θεομήτορος πρὸς ἣν τὸν πολὺν ἔσχε πόθον, καὶ παρ' ἧς ἐξῄτει φωτισθῆναι καταυγασθεὶς, καὶ τοὺς ἀῤῥαβῶνας τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἐντεῦθεν ἀπολαβὼν, ὑπὲρ οὗ δὴ φωτισμοῦ, καὶ ἐνταῦθα μὲν ὡς πεῖραν ἔχων τοῦ μακαρίου ἐκείνου πάθους, λαμπρῶς ἠγωνίσατο, ἐκεῖσε δὲ μετα-

στὰς, καθαρώτερον μετέχει σὺν τοῖς ἀγγέλοις τῆς A ἀθανάτου κοινωνῶν αὐτοῖς καὶ μὴ παυομένης φωτοχυσίας. Οὗτος οὖν, ἀξίως αὐτοῦ τῆς θεωρίας τε καὶ λαμπρότητος καὶ ἔγνω καὶ συνεγράψατο· καὶ ἐκ τῶν αὐτῷ καλῶς λίαν πεπονημένων γνώσεται πᾶς ὁ ζητῶν. Ἔτι δὲ καὶ παρὰ τῶν συμπονησάντων αὐτῷ πλείστων μὲν καὶ ἄλλων, ἐξαιρέτως δὲ τοῦ πεφιλημένου Θεῷ Φιλοθέου, τοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεώς φημι λαμπροῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν σοφωτάτου Νείλου, τῆς αὐτῆς αὐτῷ ἀρχιερατεύσαντος Ἐκκλησίας. Καὶ ἔτι ἑτέρου Νείλου θειοτάτου ἀνδρὸς, τοῦ τῆς Θεσσαλονικέων τὴν προεδρίαν μὲν εἰληφότος, μὴ πρὸς αὐτὴν δὲ φθάσαντος ἐλθεῖν, κατὰ δὲ τῆς τῶν Λατίνων καινοτομίας λαμπρὰ καὶ ἀληθῆ λίαν καὶ ἰσχυρὰ συγγραψαμένου, καὶ κατὰ τῆς δυστήνου ταυτησὶ τοῦ Βαρλαάμ τε καὶ Ἀκινδύνου αἱ- B ρέσεως. Ὧν δὴ Πατέρων αἱ θειόταται συγγραφαὶ, καὶ ἔτι τοῦ μακαρίτου ἐκείνου Καβάσιλα, τοῦ τὴν καλὴν νίκην ἐπ' εὐσεβείᾳ καὶ ἀγνότητι βίου συστησαμένου, Νικολάου κατὰ τὴν κλῆσιν, καὶ Θεοφάνους δὲ τοῦ Νικαίας ἄλλου σοφοῦ καὶ ὁμολογητοῦ νέου, καὶ Ἰσιδώρου Θεσσαλονίκης, οὐδὲν ἀπολειπομένου τοῦ σοφοῦ τὰ θεῖα Πηλουσιώτου ἐκείνου καὶ ὁμωνύμου, τὰ περὶ τῆς εἰρημένης αἱρέσεως ἀκριβῶς παριστῶσιν. Ἐκ τῶν τούτοις τοίνυν πεπονημένων ἔσται καταμαθεῖν ἃ ζητεῖ, πίστει τὰ τούτων ἀνεγνωκὼς, καὶ τῆς Βαρλααμίτιδος αἱρέσεως ἐπιγνώσεται τὸ ὀλέθριον, τῆς πολυκινδύνου τε ληρωδίας καὶ κινδυνώδους βλασφημίας τοῦ Ἀκινδύνου τὸ βλαβερόν. Ὁ μὲν γὰρ Βαρλαὰμ, ὡς ἐν ὀλίγῳ φάναι, πλάναις **49** Ἑλληνικαῖς κατεχόμενος, καὶ μηδὲν περαιτέρω C εἶναι τῶν ἐν αἰσθήσει οἰόμενος, φωτισμὸν μὲν Θεοῦ καὶ γνῶσιν μόνην καὶ σοφίαν ἡγεῖτο ὁ ἄθλιος τὴν περὶ τὰ ὁρώμενα καὶ ποιήματα κατανόησιν. Καὶ τὸ εἰδέναι τοὺς δρόμους ἡλίου τε καὶ σελήνης καὶ σχηματισμοὺς καὶ δυνάμεις, ἃς ἡ τῶν ἔξω σοφῶν μωρὰ διδάσκει περιεργία, γνῶσιν καὶ φωτισμὸν ἡγεῖτο καὶ ἔλεγε. Καὶ ἀριθμῶν δὲ τὰς ἀναλογίας, καὶ γεωμετρίας τὸ πολύσχημον καὶ ποικίλον, καὶ μουσικῆς τὴν ἁρμονίαν καὶ φθόγγους, καὶ τὴν σοφιστικὴν ἀλογίαν, ἣν δὴ καὶ λογικὴν ψευδωνύμως καλοῦσιν Ἕλληνες, γνῶσιν θείαν καὶ φωτισμὸν δυσσεβῶς κατωνόμαζε· καὶ τὸν μὴ εἰδότα τὴν τῶν τοιούτων μύησιν, μηδὲ τὴν ἐπιστήμην τῶν ἔξωθεν μαθημάτων, ἄλογον ἐκάλει καὶ σκοτεινόν· ἐξαιρέτως δὲ τὴν D περὶ τὰ ἄστρα κίνησιν τὴν ἀνόητον περιεργίαν καὶ κατανόησιν, ὃ καὶ θεολογίαν φασὶν οἱ τὰ κτίσματα θεοποιούμενοι Ἕλληνες, καὶ τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα τὴν τιμὴν ἀπονέμοντες. Ἐν τούτοις οὖν ἔλεγεν ἐκεῖνος ὁ λίαν ἄσοφος τήν τε θεολογίαν εἶναι καὶ τὴν σοφίαν, καὶ τὴν κατάληψιν αὐτῶν ἔντευξιν εἶναι Θεοῦ καὶ ὄντως φωτισμὸν, ὁ ἐσκοτισμένος καὶ κτίσμα ὢν ἑκουσίως πονηρόν. Καὶ θεωρίαν ἀληθεστάτην ὠνόμαζε τὴν καὶ δυνατὴν τῷ βουλομένῳ σκέψασθαι, καὶ ἀκαθαρτοτάτῳ τῶν ἀνθρώπων νοΐ. Ὃς δὴ νοῦς ἀνθρώπινος καὶ τιμιώτερος ὁρᾶται, καὶ ὑψηλότερος τῆς τούτων κινήσεως, ὡς ταῦτα κατειληφὼς, καὶ δυνάμενος θεωρεῖν· μᾶλλον δὲ κύριος καὶ θεωρὸς τῆς ὁρωμένης κτίσεως γεγονώς. Ἐπεὶ καὶ δι' αὐτὸν ἡ

immortale et nunquam deficiens participabat. Hic ergo digne pro sua contemplatione et illustratione pereruditus scripsit, cujus operibus admodum perspicuis omnis qui quærit cognoscet, necnon ex multis aliis qui cum eo laboraverunt, præsertim vero ex operibus Philothei Deo dilecti, clari scilicet Constantinopolis patriarchæ, Nili post eum sapientissimi qui eamdem pontifex rexit Ecclesiam, alterius quoque Nili qui Thessalonicensium primatiam accepit quam tamen declinare tentavit, qui contra Latinorum novitates eximia nimisque vera et vehementia conscripsit, atque adversus exitiosam istam Barlaam et Acindyni hæresim, quorum Patrum beatique etiam illius Cabassilæ Nicolai nomine qui bonam victoriam pietate sua vitæque munditia retulit, et Theophanis alius Nicææ philosophi novique confessoris, atque Thessalonicensis Isidori qui doctrina theologica nequaquam sapienti suo Pelusiotæ homonymo cedebat, quorum, inquam, scripta divinissima dictæ hæreseos gesta prorsus referunt. Igitur ex operibus istorum discenda sunt quæ sciscitatur vir studiosus, quibus confidenter perlectis et quam exitiosa fuerit Barlaam hæresis, quamque damnosæ Acindyni periculosissimæ ineptiæ plenæque discriminis blasphemiæ agnoscet. Etenim Barlaam quidem, ut paucis expediam, erroribus Græcorum imbutus, et æstimans nihil esse præter ea quæ sub sensus cadunt, ducebat ille nequam solam Dei illuminationem et scientiam atque sapientiam circa ea quæ facta sunt et conspiciuntur versari ; insuper scire cursum solis et lunæ formas atque affectiones quas fatua docet sapientium profanorum observatio, scientiam et illuminationem ille ducebat ac dicebat ; necnon numerorum convenientias, variaque et multiformia geometriæ theoremata, musicæ harmoniam atque tonos, sophisticamque stultitiam quam falso logicæ vocabulo Græci appellant, divinam scientiam et illuminationem impie nominabat ; virumque horum initia nescientem, neque profanarum notitiam habentem doctrinarum insanum vocabat et obcæcatum, præcipue si ignoraret stolidam scientiam et doctrinam quæ circa motus astrorum versatur, quod theologiam cient Græci qui creaturas inter numina ascribunt, creaturæque honorem Creatori debitum attribuunt ; in his igitur quæ diximus vir ille insipiens nimis theologiam et sapientiam ponebat ; horumque comprehensionem donum esse Dei veramque illustrationem dicebat ille obcæcatus homo Deique creatura libenter perversa, et veram contemplationem vocabat eam qua gaudere potest quicunque voluerit, mens etiam hominum immundissima, quæ mens humana pretiosior videtur et sideribus quæ moventur sublimior, cum ista comprehendat et intueri possit, imo cum homo dominus et speculator visibilis creationis factus fuerit, quoniam ejus gratia ipsa facta est creatio et propter eum corruptioni submissa, prout docet Paulus dicens : « Vani-

tati enim creatura subjecta est, non volens, sed propter eum qui subjecit eam in spe. » Stultus autem Barlaam mentem in disciplinis quæ ad artem pertinent rudem mentem irrationalem et tenebrosam vocabat ille nequissimus, nesciens homo vanus quoniam ista quidem propter nos ut corpori provideatur præsentique vitæ nostræ prosint facta sunt, alia vero sunt a Deo nobis præparata ante constitutionem, prout ipse olim dixit : « Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. » Bona autem illius regni, ait Paulus, talia sunt ut « nec oculus hæc viderit nec auris audiverit nec in cor hominis ascenderit quæ præparavit Deus diligentibus se. » Ideo docet Dominus : « Cœlum et terra transibunt ; » prohibetque Paulus ne de his quæ videntur solliciti simus ; nam quæ videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna sunt. Et : « Cœli sicut liber complicabuntur; » dixitque Petrus : «Cœli quidem magno stridore transibunt, elementa vero calore solventur ; terra autem et quæ in ipsa sunt opera exurentur. » At his omnibus dissolvendis, quales nos esse oportet ? Profecto in sancta conversatione operibusque pietatis exspectantes Domini nostri Jesu Christi adventum, de quo nos esse solliciti oportet. Quænam enim utilitas ex contemplatione creaturarum ? Quantum inde torpet anima ! Quantum inde conteritur ! nisi etiam inde crescat præsumptio, impiaque superbi tenebrarum spiritus opinio mentibus insanis inseratur. Quod non ipsæ faciunt creaturæ cum bonæ sint utpote a bono creaturæ conditæ, sed sollicita earum consideratio, quam contemplatum apostatam dicunt quidam (sublimiore enim contemplatione dignus non fuit ille ab initio gloriabundus et insolentissimus qui tamen summo angelorum ordini præerat), dum intueretur superbivisse, seque jactitasse thronum suum super nubes et astra positurum, similemque fore Altissimo, qui Altissimum non cognoscebat. Hunc mens omnis semper contemplari debet velut mentem æternam Patrem cum Verbo et Spiritu, et eum appetere, atque ad eum creaturarum factorem continua propensione tendere, et eum in silentio adorare quemadmodum angeli; Deique opera quænam sint intuitus homo debet secundum angelos agere, nempe eum hymnis et laudibus celebrare. Ait enim : « Quando facta sunt astra, laudabant me voce magna omnes angeli mei hymnisque ornabant. » Viden'? humilitati sunt, et statim ad contemplationem et glorificationem Dei mentem erexerunt, quoniam ipse omnium Dominus ; neque propter eum, sed propter nos, ut nostra regantur corpora visibilia condidit, invisibilia autem ut animis nostris proficiant. Quæ igitur utilitas si de his corruptibilibus solliciti simus quæ studentibus non prosunt, nisi quis illa solummodo inspiciat ut Deo gratias et laudes tribuat, ut solent sancti, et David istud testatur in multis psalmis opera Dei prædicando. Ille autem immundus hæc omnino oblitus Græcorum ineptias

κτίσις αὕτη γεγένηται, καὶ δι' αὐτὸν ὑπέκυψε τῇ φθορᾷ, καθά που καὶ Παῦλος περὶ τούτου φησὶ, « Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, » λέγων, « οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι ». Ὁ δέ γε ἀσύνετος Βαρλαὰμ νοῦν τὸν μὴ περὶ τῶν μαθημάτων τῶν ἐντέχνων εἰδότα νοῦν ἄλογον ὁ δεῖλαιος ἀπεκάλει καὶ σκοτεινὸν, μὴ εἰδὼς ὁ μάταιος, ὡς ταῦτα μὲν δι' ἡμᾶς, καὶ ἵνα τὰ τοῦ σώματος διοικῆται, καὶ εἰς χρῆσιν ὧσι τῆς παρούσης ἡμῶν ζωῆς, ἕτερα δ' εἰσὶ τὰ πρὸ καταβολῆς κόσμου ἡτοιμασμένα ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς αὐτὸς ἐρεῖ τότε · « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. » Τὰ δὲ τῆς βασιλείας ἐκείνης ἀγαθὰ, φησὶ Παῦλος, τοιαῦτα, ὅτι « Ὀφθαλμὸς ταῦτα οὐκ οἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν ». Καὶ ὅτι ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται· διδάσκει ὁ Κύριος. Καὶ οὐ δεῖ περὶ τῶν βλεπομένων ἡμᾶς, Παῦλός φησι, μεριμνᾷν. Τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια. Καὶ ὁ οὐρανὸς εἰληθήσεται ὡς βιβλίον. Καὶ Πέτρος φησὶν, « Οὐρανοὶ μὲν ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται · καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ πάντα κατακαήσεται. » Τούτων δὲ πάντων λυομένων ποταποὺς δεῖ εἶναι ἡμᾶς ; Ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς καὶ εὐσεβείαις, ἀπεκδεχομένους τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, περὶ ἧς δὴ καὶ φροντίζειν ἡμᾶς χρεών. Τί γὰρ τὸ ὄφελος ἐκ τῶν κτισμάτων θεωρίας ; ποία ἐκ τούτων ἀπάθεια ; ποία ψυχῆς συντριβή ; εἰ μὴ καὶ οἴησιν προστίθησι μᾶλλον, καὶ ταῖς τῶν ἀφρόνων ψυχαῖς τὴν τοῦ σκοτεινοῦ νοὸς καὶ ὑπερηφάνου ἀντίθεον γνώμην ἐντίθησιν. Οὐ τὰ κτίσματα δὲ τοῦτο ποιεῖ, καλὰ γὰρ ὡς καὶ καλοῦ κτίσματα, ἀλλ' ἡ περίεργος θεωρία, ἣν καὶ θεωρήσαντα τὸν ἀποστάτην φασί τινες (οὐ γὰρ ὑψηλοτέρας ἠξίωτο θεωρίας, ἀπ' ἀρχῆς ὢν ἀλαζὼν καὶ ὑπέροφρυς, τῆς τελευταίας δὲ τῶν ἀγγέλων ὑπῆρχε τάξεως) ὑπερφρονῆσαι ἐν τῷ ἰδεῖν, καὶ θεῖναι καυχήσασθαι ἐπάνω τῶν νεφελῶν καὶ τῶν ἄστρων τὸν θρόνον αὐτοῦ, καὶ ὅμοιον εἶναι τῷ Ὑψίστῳ, μὴ εἰδότα τὸν Ὕψιστον. Ὃν δεῖ θεωρεῖν πάντα νοῦν ἀεὶ ὡς 50 ἄναρχον ὄντα νοῦν τὸν Πατέρα σὺν τῷ Λόγῳ καὶ Πνεύματι, καὶ πρὸς αὐτὸν τὴν ἔφεσιν ἔχειν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀεὶ ἀνατείνεσθαι, τὸν ποιητὴν τῶν κτισμάτων, καὶ δοξάζειν ἀσιγήτως αὐτὸν ὡς οἱ ἄγγελοι, καὶ κατὰ τοὺς ἀγγέλους ποιεῖν, θεωροῦντα τίνα τὰ τοῦ Θεοῦ κτίσματα, ὑμνεῖν αὐτὸν καὶ δοξολογεῖν. « Ὅτε » γὰρ, φησὶν, « ἐγένετο ἄστρα, ᾔνεσάν με φωνῇ μεγάλῃ πάντες ἄγγελοί μου καὶ ὕμνησαν. » Ὁρᾷς ; Τεταπείνωνται, καὶ πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ θεωρίαν καὶ δοξολογίαν εὐθὺς τὸν νοῦν ἔστησαν· ὅτι καὶ αὐτός πάντων παραγωγεὺς, καὶ οὐ δι' αὐτὸν τὰ κτίσματα, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, ἵνα κυβερνᾶται ἡμῶν τὰ σώματα. Τὰ δὲ ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν ἀκατανόητα. Τίς οὖν ἡ χρεία μεριμνᾷν περὶ τῶν φθαρτῶν, καὶ μηδὲν ὠφελούντων ἐν τῷ κατανοεῖν, εἰ μή τις κατανοήσειε μικρὸν διὰ μόνην εὐχαριστίαν Θεοῦ καὶ δοξολογίαν, ὡς καὶ τοῖς ἁγίοις ἔθος ἐστί ;

Καὶ Δαβὶδ τοῦτο μαρτυρεῖ, ἐν πολλοῖς τῶν ψαλμῶν τὰ τοῦ Θεοῦ διηγούμενος. Ἀλλὰ τούτων μηδενὸς μνησθεὶς ἐκεῖνος ὁ μιαρὸς, τὰς Ἑλληνικὰς φληναφίας καὶ τὰς τοῦ Πλάτωνος εἰσηγήσεις τε καὶ δόξας, καὶ ἃς καλοῦσιν « ἰδέας, » φωτισμὸν ἡγεῖτο καὶ γνῶσιν καὶ κάθαρσιν ὁ ἀκάθαρτος. Ἃ δὴ καὶ ἐλάττονα τῆς ἀνθρωπίνης εἰσὶ διανοίας, ὑπ' αὐτῆς καταλαμβανόμενα· καὶ μετρεῖται, καὶ ἐξετάσει διδόμενα ἐφευρίσκεται, καὶ μάλιστα τὰ περὶ τῆς τῶν ἀστέρων κινήσεως· καὶ οὐδὲν ἐκ τούτων ὄφελος τῷ ἀνθρώπῳ. Τί γὰρ παρὰ τὸ εἰδέναι ποῦ τὴν κίνησιν ἔχει ὁ ἥλιος καὶ σελήνη καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἄστρων; εἰ μὴ διά τινα χρείαν σαρκὸς ὡς ναυτικοὶ κέχρηνται. Καὶ παχυτέρως οὗτοι τὰ τῶν ἄστρων κατανοοῦσι κρειττόνως πολλάκις καὶ τῶν λεπτοτέρων δοκούντων παρὰ σοφοῖς. Εἰ δὲ περὶ γενέσεως ὁ λόγος ἐκείνῳ, φεῦ τῆς ἀπάτης! ὡς κτισματολάτρης γὰρ καὶ ἀντίθεος. Οὐ γὰρ τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ τὴν ἡμῶν διοίκησιν ἀνατίθησιν, ἀλλὰ τῇ εἱμαρμένῃ καὶ τύχῃ καὶ τῷ αὐτομάτῳ κατὰ τὸν Ἐπίκουρον, ἢ ταῖς τῶν ἄστρων δυνάμεσι, καὶ τοῦτο τὸ τέλος τῆς ἀθεΐας. Καὶ Πτολεμαῖος ἄλλος ὁ Βαρλαὰμ, τὰ θεῖα μὲν δῆθεν δεχόμενος λόγια ὡς ἐκεῖνος τὰ τῶν Ἑβραίων, ἃ καὶ ἑρμηνείας ἠξίωσε, τὴν αὐτοῦ δὲ Τετράδιβλον κατὰ τῆς προνοίας συνθεὶς, ὡς καὶ οὗτος τὰ τῆς Ἐκκλησίας μὲν λέγων δέχεσθαι, καὶ κατὰ Λατίνων δὲ συγγραφόμενος, τὸν Ἑλληνισμὸν δὲ εἰσάγων. Εἰ δὲ καὶ τὸ τοῦ Παύλου ἀντιθείη τις ἡμῖν, « Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, » καὶ τὸ τοῦ Δαβὶδ, « Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, » ἀλλ' οὕτω χρὴ τοῦτο νοεῖν, ὡς αὐτοὶ τοῦτο παραδεδώκασιν, εἰς τὸ εὐλογεῖν τὸν Κύριον καὶ ὑμνεῖν ἐκ τῶν ὁρωμένων αὐτὸν, καὶ, « Εὐλόγει, » λέγειν, « ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον· » καὶ, « Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε, πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποιήσας· » καὶ, « Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν· » καὶ, « Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ, ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει, » καὶ τὰ λοιπά. Ἃ λέγει τὴν προνοιαν κηρύττων αὐτοῦ Δαβίδ. Ὃς κατὰ τοὺς ἁλιεῖς ἀποστόλους καὶ τοῦ ἀγραμμάτου κληθέντος κατὰ σάρκα Λόγου Πατὴρ φανείς, ἐν ἰδιωτείᾳ καυχᾶται, οὐκ ἐν σοφίᾳ· « Ὅτι οὐκ ἔγνων γραμματείας, » φησὶ· καὶ, « Ἀνέλαβέ με ἐκ τῶν ποιμνίων τῶν προβάτων τοῦ Πατρός μου. » Καὶ ὁ Παῦλος, « Οὐκ ἦλθον καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας. Καὶ οὐκ ἔκρινά τοῦ εἰδέναι τι ἐν ἡμῖν, εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον· » καὶ, « Ἔτι (φησὶν) ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἐστὲ δεδουλωμένοι; » καὶ, « Τῇ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη· » καὶ, « Παράγει τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου· » καὶ, « Ἐμωράνθησαν, καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. » Ὁρᾷς, ὡς οὐχ ὑπὲρ τούτων μελετᾷν ἡμᾶς χρή; « Τὰ ἄνω φρονεῖτε, » φησὶ, « τὰ ἄνω ζητεῖτε, ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθε Χριστός· » καὶ, « Ἡμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. » Τίς ἄρα χρεία περὶ τῶν ἀλλοιωθησομένων ἡμᾶς 51μεριμνᾷν τε καὶ μελετᾷν, καὶ μὴ περὶ τῶν αἰωνίων; Καὶ ταῦτα μὲν τὰ τῆς δόξης τοῦ Βαρ-

A Platonisque doctrinas et opiniones quas vocant ideas illustrationem et scientiam atque puritatem impurus ducebat; quæ humanæ cogitationi inferiora sunt, cum ab ea comprehensa mensurentur, et observationi data reperiantur, præcipue quæ circa motus astrorum versantur, ex quibus nullum homini commodum, Quid enim prodest si noverint quomodo moveantur sol et luna astraque cætera? Nisi inde quamdam carnis utilitatem sicut nautæ percipiant; istique mente hebetiores sæpe melius cognoscunt ea quæ ad sidera spectant quam illi qui sapientibus acutiores videntur. Si autem de origine rerum disserit, heu! quam cæca aberratio! quam impie loquitur divinum honorem creaturis exhibens! Non enim Dei providentia nostra gubernari existimat, sed fato fortunaque et sponte sua, prout docet Epicurus, vel ipso siderum influxu, quod est summæ impietatis, unde alius Ptolemæus Barlaam divina suscipiens oracula quemadmodum ille sacros quidem Hebræorum codices accepit quos interpretatione dignos judicavit, Bibliam autem suam quadruplam secundum insitas animo opiniones composuit, ita hic quidem Ecclesiæ instituta se dixit accipere imoque adversus Latinos scripsit, impias vero Græcorum sententias immiscuit. At si quis illud Pauli nobis opponat : « Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur; » vel illud David : « Cœli enarrant gloriam Dei, » hæc autem intelligas, prout ipsi tradiderunt, quoniam oporteat Dominum benedicere atque ex visibilibus celebrare dicendo : « Benedic, anima mea, Dominum; » et : « Quam magnificata sunt opera tua, Domine; omnia in sapientia fecisti; » et : « Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, et non potero ad eam; » et : « Si ascendero in cœlum, tu illic es, si descendero in infernum ades; » et cætera quæ dicit David præscientiam ejus prædicans, qui secundum piscatores apostolos, cum esset pater secundum carnem Verbi quod ipsum illitteratum fuit vocatum, de inscientia, nequaquam de sapientia gloriatur dicens : « Quoniam non cognovi litteraturam; » et : « Sustulit me de gregibus ovium patris mei; » et Paulus : « Non veni secundum sublimitatem sermonis aut sapientiæ; » et : « Non judicavi me scire aliquid inter vos nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum; » et : « Adhuc, inquit, sub elementis mundi estis servientes? » et : « Vanitati creatura subjecta est; » et : « Præterit figura hujus mundi; » et : « Stulti facti sunt, et coluerunt creaturam potius quam Creatorem. » Viden' quoniam oportet nos de his minime esse sollicitos? Quæ sursum sunt, inquit, sapite, quæ sursum sunt quærite, ubi præcursor pro nobis introivit Christus; » et : « Nostra conversatio in cœlis est. » Quid igitur oportet nos de his quæ mutanda sunt curis et anxietate consumi, minime vero de æternis? Hæc est Barlaam doctrina veræ contraria sapientiæ

quam piscatores mundo prædicaverunt, non in sapientia sermonum, ne evacuaretur crux Christi, sed in divino Spiritu ; qui etiam tanto mundi sapientibus præstiterunt, quanti Patres in gratia divini Spiritus Barlaam excelluerunt. Nequam iste Barlaam plura etiam contra sacram orationem blasphemans conscripsit, necnon gratiam Dei et ejusdem illuminationem, has voces, « Sine intermissione orate, » nec intelligens nec is qui possit eas intelligere. Nam quomodo intelligeret ille cujus mens vanitati subjacet, qui animæ cogitationibus angelo superbiæ adhæret? Neque melius sequentia accepit : « Psallam spiritu, psallam et mente ; » vel : « Cantantes et psallentes in corde vestro Domino ; » vel : « Misit Deus Spiritum Filii sui (nempe gratiam) in cordibus nostris, in quo clamamus : Abba, Pater ; » vel etiam : « In ecclesia malo quinque verba sensu meo loqui quam decem millia verborum in lingua. » Propterea mente conceptam orationem prohibuit, et præsertim invocationem Domini, quem confessus est Petrus palam dicens : « Tu es Christus, Filius Dei vivi. » Itaque est Domini traditio : « Si quid petieritis Patrem in nomine meo, inquit, accipietis. » Et : « In nomine meo dæmonia ejicient, » et cætera, quoniam nomen ejus vita æterna. « Hæc enim scripta sunt, ait Joannes, ut credatis quoniam Jesus est Christus Filius Dei, et ut credentes vitam æternam habeatis in nomine ejus. » Insuper Spiritum sanctum infundit invocatio Christi : « Nemo potest dicere Christum Jesum, inquit Paulus, nisi in Spiritu sancto ; » sexcentaque alia de re eadem scripta sunt. Verum quanta ille obcæcatus contra divinum lumen protulit tenebrosa scilicet et obscura valdeque contraria divinæ illi quæ vesperam nescit et per noctem lucet illuminationi cujus luciferi angelorum chori lætantur participes, quoniam horum voluptas divinus splendor, eamdemque participant qui inter homines sunt mundi corde. Ideo adversus eos qui vitam in sanctitate reconditam agunt velut dæmon alius erat grassans in eos qui a tumultuosa plebe recedunt solique Deo adhærere desiderant, quos sæpius contritionibus multis pravi invidique et maledicti dæmones afficiunt erroribusque imbuunt gratiæ Dei divinæque illuminationi adversariis, qui cum tenebræ sint in angelum lucis transmutantur, volentes illos a bono proposito avertere, ne sint cum Deo, quoniam ipsi a Deo longe facti sunt, ne humana natura materiali corpore donata spiritali eorum naturæ præcelleat. Invidum enim dæmonum genus præ superbia cujus gratia a Deo defecerunt et cœlitus præcipites dejecti sunt, necnon usque invidet iis qui Deo volunt per solitudinem et munditiam atque orationem firmiter adhærere, ideoque, prout diximus, certantes sexcentis incursibus aggrediuntur, et quanquam tenebræ sint ac velut fulgur de cœlo ceciderint, in angelum lucis transmutantur ut nonnullos decipiant. Ille au-

A λαλμ κατὰ τῆς ἀληθινῆς σοφίας, ἣν ἁλιεῖς τῷ κόσμῳ ἐκήρυξαν, οὐ σοφίᾳ λόγων, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ Πνεύματι θείῳ· καὶ τῶν τοῦ κόσμου σοφῶν ὑπερήρθησαν, ὡς καὶ οἱ Πατέρες ἐν χάριτι Πνεύματος θείου τοῦ Βαρλαὰμ ὑπερήρθησαν. Οὗτος ὁ δύστηνος Βαρλαὰμ καὶ πλεῖστα κατὰ τῆς ἱερᾶς προσευχῆς ἐβλασφήμησέ τε καὶ συνεγράψατο, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτός τε καὶ ἐλλάμψεως, τὸ, « Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, » μὴ συνεὶς, μηδὲ δυνάμενος γνῶναι· πῶς γὰρ ὁ τῷ νοῒ ματαιάζων, καὶ τῷ ὑπερηφάνῳ ταῖς φαντασίαις τῆς διανοίας ἐνούμενος; μηδὲ τὸ, « Προσεύξομαι τῷ πνεύματι, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοῒ· » μηδὲ τὸ, « Ἄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ, » καὶ ὅτι « Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα B τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, » τὴν χάριν δηλονότι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, κράζον, « Ἀββᾶ ὁ Πατήρ· » καὶ, « Κρεῖσσον πέντε λόγους τῷ νοῒ μου ἐν ἐκκλησίᾳ λαλῆσαι ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ. » Διὸ καὶ τὴν νοερὰν προσευχὴν ἀπηγόρευε, καὶ μάλιστα τὴν ἐπίκλησιν τοῦ Κυρίου. Ὁ δὴ καὶ ὁμολογία τοῦ Πέτρου, τὸ, « Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, » κηρύξαντος. Καὶ τοῦ Κυρίου παράδοσίς ἐστιν, « Ὅ τι ἂν αἰτήσητε τὸν Πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, » λέγοντος, «λήψεσθε. Καὶ, « Ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι· » καὶ τὰ λοιπά. Ἐπεὶ καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστι. « Ταῦτα » γάρ, φησὶν, « γέγραπται, ἵνα πιστεύσητε ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἵνα πιστεύοντες ζωὴν ἔχητε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. » Καὶ Πνεύ- C ματος ἁγίου παρεκτικὴ ἡ ἐπίκλησις Χριστοῦ. « Οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, » φησί· καὶ μυρία τὰ ὑπὲρ τούτου. Ὁποῖα δὲ ὁ ἐσκοτισμένος κατὰ τοῦ θείου φωτὸς ἐλάλησε, σκοτεινά τινα καὶ ζοφώδη καὶ πόρρω καὶ ἐναντία τῆς ἀνεσπέρου ἐκείνης φρυκτωρικῆς τε καὶ θείας ἐλλάμψεως, ἧς καὶ τῶν ἀγγέλων οἱ φαεσφόροι χοροὶ ἀκορέστως μετέχουσι καὶ εὐφραίνονται· ὅτι καὶ ἀπόλαυσις τούτοις ἡ θεία λαμπρότης, καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ καθαροὶ τὴν καρδίαν μετέχουσιν. Ἐπεὶ γὰρ κατὰ τῶν ἱερῶς ἡσυχαζόντων κινούμενος ἦν ὡς ἄλλο δαιμόνιον, βασκαῖνον τοῖς ἀναχωροῦσι τῶν ἐν θορύβοις, καὶ Θεῷ μόνον σχολάζειν ἐπιθυμοῦσιν, οἷς καὶ πλεῖστα πολλάκις οἱ πονηροὶ καὶ φθονεροὶ καὶ κατάρατοι δαίμονες ἐπῆγον τὰ θλιβερὰ, καὶ κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος καὶ τοῦ ἐνθέου φωτισμοῦ πλάνας ἐπῆγον αὐτοῖς, εἰς ἄγγελον φωτὸς οἱ σκότος ὄντες μετασχηματιζόμενοι, ἀπαγαγεῖν τῆς καλῆς αὐτοὺς προθυμίας βουλόμενοι, καὶ τοῦ μετὰ Θεοῦ εἶναι ὡς αὐτοὶ πόρρω γεγόνασι τοῦ Θεοῦ, ἵνα μὴ ἀνθρωπίνη φύσις καὶ τὸ ὑλικὸν τῷ σώματι κεκτημένη ὑπεράνω τῆς ἀΰλου ἐκείνων γένηται φύσεως· φθονερὸν γὰρ ὑπερηφανίᾳ τὸ δαιμόνιον φῦλον, δι' ἣν καὶ Θεοῦ ἠστόχησαν, καὶ οὐρανόθεν ἐρρίφησαν, καὶ ἀεὶ φθονοῦντές εἰσι τοῖς τῷ Θεῷ προσκολλᾶσθαι διὰ μονώσεως καὶ καθάρσεως καὶ προσευχῆς βουλομένοις· ὅθεν καὶ μυρίας ἐπάγουσι τοῖς ἀγωνιζομένοις τὰς ἐπηρείας, καὶ ὡς εἰρήκαμεν, εἰς ἄγγελον φωτὸς οἱ σκότος τελοῦντες, D

καὶ ὡς ἀστραπὴ πεσόντες ἀπ' οὐρανοῦ, μετασχη- A
ματίζονται, ἵν' ἀπατήσωσί τινας. Καὶ ὁ Βαρλαὰμ
οὗτος, ὡς ἄγγελος τελῶν ἐκείνων, σκοτεινὸν φῶς
ὑποκρινόμενος, κατὰ τῶν ἰσαγγέλων θείων ἀνδρῶν,
καὶ αὐτοῦ τοῦ θείου φωτὸς ἀντετάξατο. Καὶ ἀκο-
λούθως, ὡς ἔδει αὐτοῖς, τοῦτο διενοήθη τε καὶ
διεπράχθη τοῖς δαίμοσι, καὶ τὸν μύστην τούτων
αὐτοὶ κατὰ τοῦ θείου φωτὸς καὶ τῆς μακαρίας τῶν
ἀγγέλων ἐλλάμψεως, οἱ σκότος γεγονότες τε καὶ
λεγόμενοι, τὸν ἴσα τούτοις ἐσκοτισμένον κεκινήκα-
σιν ἀνοήτως. Ἐπεὶ οὐδὲ ἴσασι τί τὸ φῶς ἐκεῖνο, μὴ
τούτου μετέχοντες, πόρρω δὲ μᾶλλον ὄντες, καὶ εἰς
τὸ ἐξώτερον σκότος **52** παραπεμπόμενοι σὺν τοῖς
ὁμοίοις αὐτοῖς, τοῖς καὶ ὑπ' αὐτῶν κινουμένοις· ὃς
καὶ δυσσεβῶς ἢ μὴ εἶναι θείαν ἔλλαμψιν ἐφληνά- B
φησεν, ἢ εἴπερ ὅλως ἐστὶ, φύσιν εἶναι ταύτην
Θεοῦ, (βαβαί!) τοῦ ἀοράτου, καὶ ἀλήπτου, καὶ
ἀπρουσίτου. Καὶ πάλιν στρεφόμενος, ὡς ἀληθῶς ὢν
παράφρων, « Εἰ ὤφθη φῶς, φησὶν, ὁρατὸν ἦν, καὶ
εἰ ὁρατὸν, οὐ Θεός· καὶ εἰ ἐπαύσατο ὁρᾶσθαι, μηδὲ
δύνασθαι εἶναι· καὶ διὰ τοῦτο φάσμα τι εἶναι τοῦτο.
Εἰ δ' ἀληθῶς ἐστιν ἔλλαμψις, κτίσμα εἶναι κατὰ
καιροὺς συνιστάμενον, γινόμενόν τε καὶ ἀπογινό-
μενον, τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν καὶ νοητὴν ἔλλαμψιν
κτιστὴν εἶναι, ἢ μηδαμῶς εἶναι δογματίζων ὁ δυσ-
σεβής. Ἐν αἷς δήπερ ἀσεβείαις καὶ ἀτοπίαις καὶ
διάδοχον ἑαυτοῦ τὸν δύστηνον ἐκεῖνον ἔσχεν Ἀκίν-
δυνον· καὶ ἔτι Δεξιόν τινα, τὸν τῆς ἀριστερᾶς
μερίδος· καὶ Ἀργυρὸν τὸν ἰοῦ μεστὸν, τὸν καὶ
πολὺ τὸ κίβδηλον τῆς Ἑλλήνων φλυαρίας πλουτή- C
σαντα· καὶ πρὸ αὐτῶν Γρηγορᾶν ἐκεῖνον τὸν ἀπο-
στάτην· οἳ καὶ τὴν χάριν καθάπαξ ἠθετήκασι τοῦ
Θεοῦ, καὶ τὴν φυσικὴν αὐτοῦ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν
ἐξηρνήσαντο, μηδεμίαν δύναμιν προσεῖναι λέγοντες
τῷ Θεῷ, μηδὲ δωρεάν τε καὶ χάριν ἐξ αὐτοῦ προϊοῦ-
σαν, ἀπεναντίας τῷ Εὐαγγελίῳ τε καὶ τοῖς λόγοις
καὶ πράξεσι τῶν μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ καὶ τῷ
λοιπῷ χορῷ τῶν ἁγίων ἡμῶν Πατέρων βαίνοντες.
Οἳ πάντες ὁμοῦ αὐτὸν μὲν τὸν Κύριον τὸν τοῦ Θεοῦ
μονογενῆ Υἱὸν καὶ Λόγον ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει
σαρκωθῆναί φασι, καὶ ἄνθρωπον γενέσθαι, κατὰ
ἀλήθειαν μένοντα Θεὸν, καὶ ἀναλλοίωτον ὄντα·
ἡμᾶς δὲ μὴ Θεὸν ἐνυποστάτως δέξασθαι καὶ κατὰ
φύσιν ἑνωθῆναι. Ἓν γὰρ ἐκεῖνο τὸ πρόσλημμα, D
ὅπερ προσείληφεν ἑαυτῷ ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς
Λόγος, καὶ ᾧπερ ἄκρως ἡνώθη, καὶ ἀδιαίρετον
τούτου μένει ὡς καὶ ἀσύγχυτον. Ἐπειδήπερ ἑκάστη
φύσις τὰ ἴδια κέκτηται, ἡ θεία τὰ θεῖα, ἡ ἀνθρω-
πίνη τε τὰ ἀδιάβλητα τῶν ἀνθρώπων· καὶ ἐν
ἐκείνῃ μὲν τὸ ἀπερίγραπτον, καὶ ἀκατάληπτον,
καὶ ἄτρεπτον, καὶ ἀεὶ ὄν, καὶ τὸ παντοδύναμον, ἐν
τῇ ἀνθρωπίνῃ δὲ τὸ περιγραπτὸν, τὸ ὁρατὸν, τὸ
ψηλαφητὸν, τὸ ἀλλοιοῦσθαι, τὸ ἄρξασθαι. Διὸ δὴ καὶ
σεσαρκωμένος ὁ Λόγος ἐωρᾶτο, καὶ ἐψηλαφᾶτο, καὶ
ἔπασχε, καὶ ἔθνησκε, καὶ ἀνίστατο, οὐ τῇ φύσει τῆς
θεότητος, τῇ δὲ φύσει τοῦ σώματος. Ὅθεν καὶ ὁ
ἠγαπημένος φησὶν, « Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἑωράκαμεν,
ὃ ἐθεασάμεθα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, καὶ αἱ χεῖρες
ἡμῶν ἐψηλάφησαν, » περὶ τοῦ Λόγου τῆς ζωῆς·

tem Barlaam ut angelus ex istis ordinibus, lucem tenebrosam referens, adversus viros divinos angelis similes ipsamque divinam lucem obstitit, rademque ac dæmones illi, ut necesse erat, machinatus tentavit, qui, cum tenebræ sint atque dicantur, eisdem tenebris caligantem animum invisibiliter movebant his erroribus imbutum, adversus divinum lumen faustamque angelorum illustrationem. Verum cum nesciant quid sit illud lumen a quo nedum illius facti sint participes, longe potius recesserunt in tenebras exteriores immissi cum consortibus suis animisque quas duxerunt, ille effutiens impie cantabat vel divinam non esse illustrationem, vel si prorsus sit, illam esse, proh! naturam Dei invisibilis et incomprehensibilis atque inaccessibilis. Rursumque conversus, cum vere insaniat, si lumen apparuit, aiebat, visibile erat, si vero erat visibile, Deus non erat, insuper si ab oculis evanuit, non tamen esse desiit, hoc erat phantasmati simile. Vera autem illuminatio creatura est pro temporis opportunitate constituta quæ modo fit et modo desinit, ille vero impius falsa spargens dogmata, gratiam Dei spiritalemque illustrationem aut conditorem esse aut nullatenus esse asserebat. In quibus impietatibus et ineptiis successorem habuit nequissimum Acindynum, et insuper Dexium quemdam qui ad sinistram partem declinavit, et Argyrum veneno plenum qui admodum erat ditatus prava Græcorum nugacitate, et ante illos Gregoram famosum apostatam, qui gratiam Dei penitus negaverunt, ipsamque ejus nativam potentiam et operationem abnuerunt, dicentes nullam Deo inesse potestatem, neque donum neque gratiam ab ipso prodire, adversus Evangelium, sermonesque et actus discipulorum Christi reliquumque chorum sanctorum Patrum nostrorum ambulantes. Qui omnes simul ipsum quidem Dominum Filium Dei unigenitum Verbumque dicunt in propria persona incarnatum fuisse hominemque factum esse, manentem in veritate Deum et in immutabilitate perstantem; nos vero nequaquam Deum secundum substantiam accepisse neque secundum naturam adunatos esse; unum enim erat illud quod sibi assumpsit Verbum Dei unigenitum, et cui arcte conjunctum est, a quo manet indivisibile sicut et inconfusibile. Cum cuique naturæ sua sint, divinæ divina, humanæ humana, vitiis exceptis, et in illa quidem incircumscripta immensitas, incomprehensibilis infinitas, immutabilitas, æternitas et omnipotentia; in humana autem esse circumscripta, visibilis, tactilis, mutabilis, et incepisse, quapropter incarnatum Verbum visum fuit et contrectatum passumque et mortuum, atque resurrexit, non divina equidem sed humana natura; unde dilectus ait discipulus: « Quod fuit ab initio, quod perspeximus, vidimus oculis nostris, et manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ, et vita manifestata est; et annuntiamus vobis vitam æternam quæ erat apud Patrem, et ap-

Καθάπερ τοῦτο γέγονε καὶ ἐν τῷ Κυρίῳ· ἐν τῇ ὀγδόῃ γὰρ περιτμηθείς, Ἰησοῦς ἐπεκλήθη. Ἡμεῖς δὲ οὐ περιτομὴν ἔχομεν· πεπλήρωκε γὰρ ὁ Σωτὴρ τὰ τοῦ νόμου ἀντὶ ἡμῶν, καὶ τῆς νομικῆς δουλείας ἐρύσατο. Δέδωκε δὲ περιτομὴν ἄλλην ἐν ὅλῃ τῇ φύσει, τὸ θεῖον βάπτισμα, ὅπερ οὐ σάρκα τέμνει, ἀλλ' ἁμαρτίας καθαίρει. Ἕκαστον δὲ τῶν βρεφῶν ὡς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐν τῷ ἰδίῳ βαπτίζεται ὀνόματι. Οὐ μὴν δὲ βαπτίζονται πάντες Ἰωάννης καὶ Μαρία, ὡς τῶν ἁπλουστέρων καὶ ἰδιωτικῶν τινὲς φασιν. Ἐν τῇ ὀγδόῃ δὲ ἡ περιτομὴ τότε ἦν τοῖς Ἰουδαίοις. Τὸ ὄνομα δὲ νῦν ἐν αὐτῇ οἱ πιστοὶ λαμβάνομεν, ὅτι ἀνακαινισμὸς ἡ ὀγδόη. Πληρωθείσης γὰρ τῆς ἑβδόμης ἣν ἡ ζωὴ αὕτη κέκτηται, δι' ἑπτὰ κυκλουμένη τῶν ἡμερῶν, τῇ ὀγδόῃ πάλιν ἀπάρχεται. Ὅ σημεῖον τῆς ἀναστάσεώς ἐστι, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς προοίμιον. Ἐν γὰρ τῇ ὀγδόῃ καὶ ὁ Κύριος ἐξανέστη, καὶ τὴν τελευταίαν ἡμεῖς ἡμέραν τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐλπίζομεν. Ἥτις καὶ ἀπέραντος ἔσται, καθὰ διδασκόμεθα. Ἐν ταύτῃ οὖν τῇ ὀγδόῃ οἱ μὲν Ἰουδαῖοι περιετέμνοντο κατὰ τὰ ἄῤῥενα μόνον ὡς ἀτελεῖς, σφραγιζόμενοι τῷ μορίῳ τῆς ἡδονῆς, προμαρτυροῦντες μὲν καὶ αὐτοὶ τὴν ἀνάστασιν τῇ ὀγδόῃ, καὶ ἐν τῷ περιτέμνεσθαι δὲ, σημαίνοντες ὡς ἡ ἡδονὴ τῆς σαρκὸς παυθήσεταί ποτε, καὶ ἄφθαρτος ἔστοι ζωὴ, καὶ μὴ διὰ σαρκὸς ἐνεργουμένη, μὴ νοοῦντες δὲ τοῦτο, μηδὲ τὴν ἀληθῆ περιτομὴν τὴν τῆς ἁμαρτίας κατανοοῦντες ἀπόθεσιν, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα. Τοῦτο γὰρ τὸ ἀφθάρτους ὅλους εἶναι καὶ ἀσινεῖς ἐκδιδάσκει, καὶ μὴ κατά τι λελωβημένους· ὁ γὰρ περιτεμνόμενος τὴν σάρκα λελώβηται, καὶ τὸ ἄρτιον σὺ περιφέρει τῆς φύσεως· καὶ ὅτι οὐκ ἀπαθὲς ἐξ ἡδονῆς τίκτεσθαι ἡμᾶς. Διὸ καὶ τοῦτο λέλυται τὸ ἐξ ἡδονῆς τίκτεσθαι. Δοθήσεται δὲ ἡμῖν διὰ τοῦ βαπτίσματος τὸ οὐκ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ τίκτεσθαι. Τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ διὰ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας ἀναγεννᾶσθαι. Ὅθεν καὶ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ τὸ ὄνομα λαμβάνει μὲν τὸ βρέφος, ὥσπερ ὁ Σωτὴρ τὸ Σωτήριον Ἰησοῦς ἐπικληθείς· σφραγισθὲν δὲ καὶ εὐχὴν λαβὸν ἱερὰν, ὡς προσαχθὲν τῷ Κυρίῳ, καὶ σημειωθὲν τῷ σταυρῷ τὸ μέτωπον, ὡς ἔφην, διὰ τὸ νοητικὸν, τὸ στόμα διὰ τὸ λογικὸν, καὶ τὴν καρδίαν διὰ τὸ ζωοποιὸν, καὶ τῇ βίβλῳ τῇ αἰωνίῳ γραφὲν διὰ τοῦ ἐπιτεθέντος αὐτῷ ὀνόματος, ἐπανέρχεται τῇ μητρί. Τῇ τεσσαρακοστῇ δὲ ἡμέρᾳ πάλιν προσάγεται ὑπὸ τῆς μητρὸς τῷ ναῷ καὶ τοῦτο ὡς δῶρον Θεῷ προσκομίζεται. Ὁ ἱερεὺς γὰρ πρὸ τῶν θυρῶν στὰς τοῦ ναοῦ (οὐ γὰρ θέμις πρὸ τῆς εὐχῆς

CAPUT LX.

Quod Dominus quoque octava die nomen accepit et Jesus appellatus est.

Quemadmodum idem in Domino factum est; octava enim die circumcisus vocatus est Jesus. Nos vero circumcisionem non habemus; nam legem pro nobis adimplevit Salvator, et a legali servitute nos eruit, sed in omni natura aliam dedit circumcisionem, divinum baptisma, quod non carnem amputat, sed peccatis purgat. Infantes singuli ut Jesus Christus in proprio nomine baptizantur, siquidem non omnes baptizantur in nomine Joannis et Mariæ, prout dixerunt quidam mente simplices et idiotæ. Die quidem octava tunc erat Judæis circumcisio, nos vero fideles eadem die nomen accipimus quoniam octava est renovatio. Nam impleta hebdomade quam ipsa consecuta est vita septem dierum circulo contenta, rursum die octava revertitur, quod signum est resurrectionis, æternæque vitæ proœmium. Quippe octava die resurrexit Dominus, nosque ultimam diem æternæ vitæ speramus, quæ nescit occasum, prout didicimus. Igitur in ipsa die octava Judæi quidem secundum masculos tantum utpote imperfecti circumcidebantur, membro voluptatis signati prætestantes quidem et ipsi resurrectionem per diem octavam, et per circumcisionem indicantes tunc cessaturam carnis voluptatem, vitamque futuram incorruptibilem neque per carnem operaturam; sed nec istud scientes, neque veram circumcisionem peccati aversionem cogitantes, quod est sanctum baptisma; hoc enim nos docet esse incorruptos et omnino intactos nec in aliqua parte saucios. Nam qui circumciditur secundum carnem, læditur, neque circumfert naturæ integritatem, et quoniam nequaquam absque peccato ex voluptate nascitur, ideo noluit nos ex voluptate generari; nobis vero per baptisma dabitur nasci non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo, quod est per lavacrum regenerationis iterum nasci. Unde octava die nomen quidem accipit infans, sicut Salvator nomine salutifero Jesus vocatus, signatus vero, et sacra oratione accepta, utpote Deo oblatus, signatusque crucis signo, prout dixi, in fronte propter mentem, in ore propter loquelam, et in corde propter vitalem potentiam, necnon in æterno libro per impositum ei nomen inscriptus, matri restituitur. Die autem quadragesima rursus a matre in templum apportatus velut donum Deo offertur. Namque sacerdos præ foribus templi adstans (non enim fas est ante preces ingredi) matre simulque infante signatis et per orationes sanctificatis, matri quidem purgationem exhibet a voluptaria sordida-

que conceptione quæ post partum absolvit diem illam quadragesimam in qua infans in ea perfectus est et exsultare cœpit; eique dato in templum ingressu, quum ad hanc horam digna non esset quæ ingrederetur et cum sancto communicaret, infantem in manibus accipiens, Simeonem referens Dominum puerum amplectentem, illud « Nunc dimittis, » clamat sacerdos obseerans ut infans a peccato solutus lumen videat Christum, revelationem gentium et gloriam novi Israel, et Spiritu regeneratus Deum facie ad faciem conspiciat. Si infans baptizatus est, ad altare eum affert eumque circumgestat, quasi adorationem faciens, monstrans eum esse oblationem Deo, et factorem adorat. Si vero baptizatus nondum fuerit infans, stans ante intercolumnia et propter infantem præ altari adorationem faciens, illum matri restituens dimittit. Unde infans fit catechumenus; mater autem facultatem accepit utpote purificata in templum ingrediendi et mysteriis adesse, quando poterit et voluerit; quæ quidem ita fiunt.

εἰσελθεῖν) καὶ τὴν μητέρα σφραγίσας ἅμα τῷ βρέφει, καὶ ἁγιάσας αὐτοὺς εὐχαῖς, καὶ τῇ μὲν μητρὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἐνηδόνου καὶ ῥυπώδους γεννήσεως κάθαρσιν παρασχὼν, πεπληρωκυίας μετὰ τὸν τόκον τὸ τεσσαρακονθήμερον, ἐν ᾧ καὶ τὸ βρέφος ἐν αὐτῇ ἐτελέσθη καὶ σκιρτᾷν ἤρξατο· καὶ δοὺς αὐτῇ τὴν ἐν τῷ ναῷ εἴσοδον, μέχρι τότε μὴ οὔσης ταύτης ἀξίας τοῦ εἰσελθεῖν, μηδὲ κοινωνῆσαι τοῦ καθαροῦ, τὸ παιδίον εἰς χεῖρας αὐτὸς λαβὼν, τὰ τοῦ Συμεὼν ἐκτυπῶν ἀγκαλισαμένου βρέφος τὸν Κύριον, τὸ, « Νῦν ἀπολύεις, » ἀναβοᾷ, ἐκ τῆς ἁμαρτίας λυθῆναι τὸ βρέφος ὁ ἱερεὺς εὐχόμενος, καὶ φῶς ἰδεῖν τὸν Χριστὸν, τὴν ἀποκάλυψιν τῶν ἐθνῶν καὶ δόξαν τοῦ νέου Ἰσραὴλ, **76** γεγεννημένον καὶ αὐτὸ Πνεύματι, καὶ Θεὸν ὁρῶν ἀντικρυς. Καὶ εἰ μὲν τὸ βρέφος βεβαπτισμένον ἐστὶν, εἰσάγει τοῦτο κἀν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ κύκλῳ αὐτὸ περιάγει, ὥσπερ ποιῶν καὶ προσκύνησιν, δηλῶν ὡς ἀνάθημα τοῦτο Θεῷ, καὶ προσκυνεῖ τῷ ποιήσαντι. Εἰ δὲ μήπω βαπτισθέν ἐστι τὸ παιδίον, πρὸ τῶν διαστύλων στὰς, καὶ διὰ τοῦ βρέφους προσκύνησιν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ ποιήσας, καὶ τῇ μητρὶ παραδοὺς αὐτὸ, ἀπολύει. Ἐντεῦθεν οὖν τὸ μὲν βρέφος ἐστὶ κατηχούμενος· ἡ δέ γε μήτηρ ἄδειαν εἴληφε τόν τε ναὸν ὡς καθαρισθεῖσα εἰσιέναι, καὶ τῶν μυστηρίων μετέχειν, ὁπότε ἑτοίμως ἔχει καὶ βούλεται. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

CAPUT LXI.

Consideratio eorum quæ in divino baptismo peraguntur.

At ea quæ ad sanctissimum baptisma pertinent jam edisce. Primum quidem scito tempus baptismi non esse neque diem neque horam præstitutam, ne absque sacramenti illuminatione decedat infans; verum si mors timeatur, omnia statim post nativitatem secundum formam fiunt, nisi quod abest oratio atque pius sanctusque sacerdos, sed si dederit tempus, neque timeatur mors, statim post sacrum confertur baptismus ut mysteriis infans communicet. De quo dixit Dionysius omnia mysteria nos per communionem sanctificare; hæc enim est omnium finis. Debet autem sacerdos sacras preces bene recitare et dicere attento animo, et lente, nisi fuerit necessitas, ita ut audiatur eas pronuntians. Nam a Patribus didicimus sæpe phantasmatibus territos hoc pati, quoniam qui eos baptizaverunt sacerdotes sine mentis advertentia exorcismos dixerunt aliasque preces sacras. Igitur si fuerit facultas, non semel tantum oportet ab initio dicere exorcismorum verba precesque alias, sed pluries. Nam in euchologio octies vel decies eos scribitur recitandas, quoniam antiqua erat Ecclesiæ consuetudo; singulis quidem diebus per septem dies a catechistis sacerdotibus baptizatis illæ dicebantur, rursum autem a pontifice vel a baptizaturo sacerdote, sicque baptizabantur a pontifice aut sacerdote. Nos vero novimus pios presbyteros ter sine intermissu illas dicentes et ita baptizantes. Divinissimum autem baptisma fit ad hunc modum. Adducitur baptizandus, si infans quidem, a muliere allatus et præsente sponsore, si vero ætatem habet, solus, quoniam libenter oportet cum accedere, et

ΚΕΦΑΛ. ΞΑ'.

Θεωρία περὶ τῶν τελουμένων ἐν τῷ θείῳ βαπτίσματι.

Τὰ τοῦ ἐρωτάτου δὲ βαπτίσματος καταμάνθανε ἤδη· καὶ πρῶτον μὲν ὡς οὐκ ἔστι τούτου καιρὸς ἡμερῶν ἢ ὡρῶν, μή ποτε ἀφώτιστον ἀπέλθοι τὸ βρέφος. Ἀλλ' εἰ φόβος θανάτου, πάντα εὐθὺς τῷ γεννηθῆναι τὰ κατὰ τύπον γίνεται· πλὴν μετὰ προσοχῆς, καὶ ἱερέως εὐλαβοῦς τε καὶ νήφοντος· καὶ εἴγε δίδωσιν ὁ καιρὸς, καὶ μὴ φόβος θανάτου, μετὰ τὴν ἱερουργίαν εὐθὺς, ἵνα καὶ μεταλάβῃ τὸ βρέφος τῶν μυστηρίων. Καὶ περὶ τούτου φησὶ Διονύσιος, ὡς πάντα τὰ μυστήρια τελειοῦσιν ἡμᾶς τῇ κοινωνίᾳ. Τοῦτο γὰρ τὸ πέρας πάντων ἐστίν. Ὀφείλει δέ γε ὁ ἱερεὺς καὶ τὰς ἱερὰς καλῶς μελετῆσαι καὶ λέγειν εὐχὰς, καὶ μετὰ προσοχῆς, καὶ ἀργῶς, εἰ μή τις ἀνάγκη ἀναγινώσκειν ἐν ἐπηκόῳ. Ἤκουσται γὰρ ἡμῖν παρὰ Πατέρων, ὡς οἱ ὑπὸ φασμάτων δειματούμενοι πολλάκις, διὰ τοῦτο πάσχουσι τοῦτο, ὅτιπερ οἱ βαπτίσαντες ἱερεῖς οὐ μετὰ προσοχῆς τοὺς ἀφορκισμοὺς εἶπον, καὶ τὰς ἑτέρας ἱερὰς εὐχάς. Εἴπερ οὖν ἔστιν ἄδεια, οὐχ ἅπαξ μόνον χρὴ λέγειν τὰς ἀπ' ἀρχῆς τῶν ἀφορκισμῶν, καὶ τὰς ἑτέρας εὐχὰς, ἀλλὰ πολλάκις. Καὶ γὰρ ἐν μὲν τῷ εὐχολογίῳ ὀκτάκις ἢ δεκάκις γράφεσθαι λέγεσθαι, ὅτι καὶ συνήθεια ἦν ἀρχαία τῆς Ἐκκλησίας, καθ' ἑκάστην μὲν ἐν ἑπτὰ ἡμέραις ὑπὸ τῶν κατηχητῶν ἱερέων τοῖς βαπτιζομένοις ταύτας λέγεσθαι, τῇ ὀγδόῃ δὲ πάλιν ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως, ἢ τοῦ μέλλοντος βαπτίσαι ἱερέως· καὶ οὕτως ἐβαπτίζοντο ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως ἢ ἱερέως· ἡμεῖς δὲ εἴδομεν εὐλαβεῖς ἱερεῖς τρὶς ἀπαραλείπτως λέγοντας ταύτας, καὶ οὕτω βαπτίζοντας. Τὸ βάπτισμα δὲ τὸ θειότατον γίνεται οὕτω· προτάγεται ὁ μέλλων βαπτισθῆναι, εἰ μὲν βρέφος, ὑπὸ γυναικὸς κατεχόμενον, καὶ τοῦ ἀναδόχου πρόντος· εἰ δ' ἡλι-

κίαν ἔχει, μόνος, ἐπεὶ καὶ ἐκουσίως δεῖ τοῦτον προσέρχεσθαι, καὶ ὁ ἀνάδοχος σὺν αὐτῷ. Αὐτὸς γὰρ αὐτοῦ ἐγγυητὴς εἰς Χριστὸν, ὥστε τηρεῖν τὰ τῆς πίστεως, καὶ χριστιανικῶς ζῆν, καὶ τὸ ὄνομα δὲ δηλοῖ. Ἀνάδοχος γὰρ, εἰς ἑαυτὸν οἷον ἀναδεχόμενος.

A sponsor cum eo. Hic enim præs ejus est erga Christum, ita ut fidem servet et Christiane vivat; quod ipsum nomen ostendit, sponsor enim vocatur quoniam aliquo modo ipse pro eo spondet.

ΚΕΦΑΛ. ΞΒ'.

Ὅτι χρὴ τὸν ἀνάδοχον τοῦ βαπτιζομένου ὀρθόδοξον εἶναι καὶ εὐσεβῆ.

Ἔνθα δὴ καὶ προσεκτέον, ἀναδόχους ποιεῖσθαι φιλευσεβεῖς καὶ διδασκάλους σχεδὸν τῆς πίστεως. Ἀλλ' ἐμοὶ ἤκουσται λίαν ἄτοπον καὶ βαρύ. Τοὺς γὰρ διώκτας καὶ ὑβριστὰς τῆς πίστεως, ἀθέους τε καὶ αἱρετικοὺς, εἰς ἀναδοχὴν (οἴμοι !) τῶν τέκνων αὐτῶν τινες διά τι προσκαλοῦνται ἀνθρώπινον καὶ τὸ μυστήριον ἀθετοῦσιν οὗτοι· καὶ τὰ τέκνα οὐ φωτίζουσιν, ἀλλὰ σκοτίζουσι μᾶλλον. Καὶ ὁ ὑπουργῶν ἱερεὺς κοινωνὸς δείκνυται τοῖς ἀλλοτρίοις Θεοῦ. Καὶ πῶς ἂν ὁ βλασφημῶν εἰς Θεὸν τὴν εὐσέβειαν ἐκδιδάξοι ; Ἀλλὰ τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος ; Ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου, ὡς γέγραπται ; Ὁ τὰ τοιαῦτα ποιῶν κατάκριτος· καὶ ὁ τὰ τῶν ἀσεβῶν δεχόμενος βρέφη, εἰ μὴ πρότερον καθομολογήσωσιν οὗτοι ἅγιον εἶναι καὶ θεῖον τὸ βάπτισμα, καὶ ἁμαρτίας καθαρτικὸν, **77** καὶ ἀναγεννῶν ἐν Χριστῷ, καὶ Χριστιανὸν εἶναι τὸν τοῦτο δεχόμενον (εἰ γὰρ τοῦτο, ὁ μὲν ὅτι πιστὸν ἔσται τὸ βρέφος ὁμολογήσει, αὐτὸς δὲ ὑπὸ φόβου τινὸς ὑποκρύπτεται), καλὸν δέχεσθαι καὶ ἁγιάζειν τὸ βρέφος, μήποτε καὶ ληφθείη οὕτω παρὰ Θεοῦ. Ἵσταται οὖν σὺν τῷ ἀναδόχῳ ὁ βαπτιζόμενος, δεικνὺς, ὅτι ἐκουσίως προσῆλθε, καὶ τὸν ἐγγυώμενον ἔχει. Καὶ τοῦ ἱερέως εὐλογήσαντος, εὐχαριστεῖν δεῖ ἐξ ἀρχῆς καὶ πάντοτε τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ τοῦ ἀπολωλότος σωτηρίᾳ, εὐθὺς γυμνῷ ὄντι καὶ ἀπερικαλύπτῳ μετὰ περιβολαίου μόνου, ἐμφυσᾷ τῷ κατηχουμένῳ σταυροειδῶς τρίτον ὁ ἱερεύς. Καὶ διὰ μὲν τοῦ ἐμφυσήματος τὴν ἐν τῷ Ἀδὰμ πρώτην ἐκείνην ἐμπνευσιν ἀναζωπυρεῖ, ἐπεὶ, « καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, φησὶ, πνοὴν ζωῆς. » Καὶ ὁ ἱερεὺς δὲ Χριστὸν τὸν Θεὸν τυποῖ. Ὅθεν καὶ καλὸν μετὰ τὴν κοινωνίαν Χριστοῦ βαπτίζειν τε καὶ ἐμπνέειν. Τρίτον δὲ ἐμφυσᾷ διὰ τὴν Τριάδα, ὅτι κοινὴ τῆς Τριάδος ἐστὶν ἡ χάρις καὶ ἡ ἐνέργεια. Σταυροειδῶς δὲ διὰ τὸν σαρκωθέντα ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ παθόντα σαρκὶ τῆς Τριάδος ἕνα Χριστὸν, καὶ τῷ σταυρῷ τὴν νίκην στησάμενον. Διὸ καὶ ὁ σταυρικὸς τύπος τὴν θυσίαν αὐτοῦ δηλοῖ, ταπείνωσίν τε καὶ νίκην, ὅτι δι' αὐτοῦ τὰς ὀδύνας ἔλυσε τοῦ θανάτου, καὶ κατήργησε τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου διάβολον, καὶ τὰς ἀντικειμένας ἐθριάμβευσε πονηροτάτας δυνάμεις. Ἐν ᾧ δὴ σταυρῷ καὶ ἡμεῖς νικῶμεν ἐν Χριστῷ τὸν διάβολον, καὶ τοὺς δαίμονας ἐκτρεπόμεθα. Καὶ σημεῖον ὁ σταυρὸς τοῦ Σωτῆρος καὶ σφραγίς τε καὶ τρόπαιον. Τρὶς οὖν ἐμφυσήσας τῷ κατηχουμένῳ ὁ ἱερεὺς, καὶ τρὶς σφραγίσας πάλιν τῇ χειρὶ τῷ σημείῳ τούτῳ τῷ σταυρικῷ δίὰ τὸ, « Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με, » καὶ ἐν τῷ μετώπῳ τε, ὡς προειρήκειν, διὰ τὸ νοητικὸν, καὶ ἐν τῷ στόματι διὰ τὸ λογικὸν, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ διὰ τὸ ζωτικὸν, ἐπιτί-

CAPUT LXII.

Susceptorem baptizandi recte de fide sentientem et pium esse debere.

Unde attendendum est sponsores fieri pietatis amicos et simul fidei doctores. At ego audivi rem nimis absonam nimiumque gravem : nam persecutores et conviciatores fidei, atheos etiam ac hæreticos ad spondendum, heu ! pro suis pueris cujusquam humani commodi gratia quidam advocant ! Hi mysterium aspernantur, filios non luce perfundunt, sed magis tenebris involvunt, et ministrans sacerdos inimicis Dei se communicare demonstrat. Et quomodo blasphemans pietatem erga Deum edocebit ? Sed quæ societas lucis ad tenebras ? vel quæ pars fideli cum infideli, prout scriptum est ? Maledictus qui talia agit, necnon qui impiorum infantes suscipit, nisi prius isti confiteantur sanctum divinumque esse baptismum, a peccatis purgare, in Christo regenerare, et Christianum esse eum qui hunc accepit (nam si ita est, cum alius quidem confiteatur infantem esse fidelem, alius vero ex quodam metu dissimulet, bonum est infantem suscipere et sanctificare, ne sic a Deo deprehendatur). Stat ergo cum sponsore baptizatus, ostendens se libenter accedere, et prædem habet. Postquam benedixerit sacerdos, oportet ab initio semperque gratias Deo agere de salute ejus qui perierat ; statim in catechumenum nudum et vestibus exutum soloque velamine indutum in modum crucis ter exsufflat sacerdos. Per hunc quidem inflatum primam illam in Adam inspirationem exsuscitat, de qua dictum est : « Et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ ; » sacerdos vero Christum Deum figurat, ideo bonum est post communicationem Christi baptizare et insufflare. Ter autem inspirat propter Trinitatem, quoniam communis est Trinitati gratia et operatio ; verum in crucis formam sufflat propter unum e Trinitate Christum pro nobis crucifixum, carneque passum qui per crucem victoriam retulit. Quamobrem crucis signum sacrificium ejus indicat humilitatemque et victoriam, quoniam in eo dolores mortis solvit, et destruxit eum qui habebat mortis imperium, nempe diabolum, et adversarias triumphavit nequissimas potestates. In cruce etiam nos quoque vincimus in Christo diabolum et dæmones fugamus ; et crux est Salvatoris sigillumque ac tropæum. Igitur postquam sacerdos ter in catechumenum insufflavit, eumdemque ter iterum in manu hoc crucis signo obsignavit propter illud : « Manus tuæ fecerunt me et plasmaverunt me. » Necnon in fronte, sicut supra dixeram, propter mentem, et in ore propter locutionem atque in corde propter vitalem potentiam, imponit ei manum utpote consecratam et in Spiritu operantem, precesque sacras pronuntiat. At priusquam

insufflaret et signaret. ut dictum est, zona solvit et vestibus exuit catechumenum quem nudato capite pedibusque nudis producit ad orientem spectantem. Quid in hoc significat? Quoniam oportet accedentem ad Deum et verum lumen jam conspicientem, quod ostendit oriens (inde enim lux venit) liberiorem esse a vitiis, et solutum ab infidelitate, necnon ab omni malitia liberatum, et ab indumento peccati alienum, atque servitutem Deo profitentem. Ideo igitur stat nudus ; et insuper hominem per peccatum nudum esse factum et amisisse indumentum a Deo contextum ista nuditatis forma testatur. Nam accedens ad abjiciendas peccati et infidelitatis sordes, ut totus fiat novus, ut formam novi Adam induat et melior quam antea habebatur revertatur, nuditatem exhibet, et turpitudinem testatur, sicque stans mundatur transfigurationem inquirens. Sed ne protrahentes sermonem, satietatem auribus faciamus, summatim jam de proposito loquamur. Pontifex quidem et sacerdos baptizans ipsum refert Dominum in omnibus omnia facientem, quum ejus gerat potestatem, qui primum fecit idemque rursum reficit. Baptizatus autem lapsum Adam indicat cum accedendo animi libertatem demonstrat. Si vero infans a quodam fideli afferatur, idem significat in fide et non in necessitate affertur ; sponsor autem prædem tam secundum fidem quam secundum vitam exhibet. Dum vestibus et zona exutus adstat cum tunica sese ostendit omnem abjicere malitiam, a peccati vinculis absolvi, nudum errore et corruptione ad Christum accedere, necnon declinando nudatum fuisse, priore amissa stola quam modo venit splendidiorem per baptisma induturus. Verum ad orientem spectat lucem veram inquirens, quæ Trinitas est et unus e Trinitate Christus incarnatus qui venit de Thæman, id est, ab oriente, quærens etiam paradisum a quo decidit ad orientem plantatum. At insufflatur a pontifice propter primam inspirationem quæ renovatur ; ter autem insufflatur propter divinam operationem vivificæ Trinitatis, nam ab ea creatus est et recreatur homo, et signatur vero manu pontificis per crucem, quoniam manus Dei nos plasmaverunt, Filius et Spiritus. Porro crux est Christi signum atque tropæum ; nam per eam victor dæmones dejicit, et nunc per ipsum crucis signum dæmonia fugat. Sed in fronte primum signatur, ut initiatus mente sanctificetur, errore fugato ; secundo autem os signatur, ut secundum loquelam sanctificetur et confiteatur veritatem ; tertium vero pectus, ut sit corde mundus, Deum videat, nihil occultet et in eo vivat, moveatur et maneat. Postea benedicit Deum pontifex, quia dignum est eum benedicere de inventione ejus qui erat perditus et de hominis salute. Deinde manus impositio propter communicationem gratiæ et renovationem. Prima quidem oratio fit in nomine Trinitatis; nam per eam baptizatus Deo soli offertur et sanctificatur, necnon postulatur ut ille Trinitatis nomen semper confite-

A θησι τὴν χεῖρα αὐτῷ ἡγιασμένην οὖσαν, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι πλάττουσαν· καὶ τὰς ἱερὰς εὐχὰς ἐπιλέγει. Ἀλλὰ πρὸ τοῦ ἐμπνεῦσαι καὶ σφραγίσαι, ὡς εἴρηται, ἀπολύει τῆς ζώνης καὶ ἀποδύει τὸν κατηχούμενον, ἀσκεπῆ τε τὴν κεφαλὴν, καὶ τοὺς πόδας γυμνὸν παρίστησι, κατὰ ἀνατολὰς ὁρῶντα. Τί ἐν τούτῳ δηλῶν; Ὅτι ὁ προσερχόμενος τῷ Θεῷ, καὶ πρὸς τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἤδη βλέπων, ὅ δηλοῖ ἡ ἀνατολὴ (ἐκεῖθεν γὰρ ἔρχεται τὸ φῶς), ἐλεύθερος χρὴ εἶναι τῶν παθῶν, καὶ λελυμένος τῆς ἀπιστίας, καὶ γυμνὸς πάσης κακίας, καὶ περιβλήματος ἁμαρτίας ἀλλότριος, καὶ τὴν δουλείαν ὑποδεικνὺς τῷ Θεῷ. Διὰ τοῦτο τοίνυν ἵσταται γυμνός. Καὶ ἔτι δὲ, διὰ τὸ γυμνὸν γεγονέναι τῇ ἁμαρτίᾳ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὴν θεοῦφαντον ἀπολέσαι περιβολὴν, τοῦτο τὸ
B σχῆμα τῆς γυμνώσεως μαρτυρεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ προσέρχεται, τὸν ῥύπον τῆς ἁμαρτίας καὶ τῆς ἀπιστίας ἀποβαλέσθαι, καὶ ὅλος γενέσθαι νέος, καὶ τὴν μορφὴν τοῦ νέου Ἀδὰμ ἐνδύσασθαι καὶ εἰς τὸ κρεῖττον ἢ πρότερον ὑπῆρχεν ἐπανελθεῖν, τὴν γύμνωσιν δείκνυσι, καὶ μαρτυρεῖ τὴν αἰσχύνην· καὶ οὕτως ἱστάμενος ἐκκαθαίρεται, τὴν ἀναμόρφωσιν ἐκζητῶν. Ἵνα δὲ μὴ μηκύνοντες τὸν λόγον κόρον ταῖς ἀκοαῖς ἐμποιήσωμεν, κεφαλαιωδῶς εἴπωμεν ἤδη περὶ τοῦ προκειμένου. Ὁ μὲν ἀρχιερεὺς καὶ ἱερεὺς βαπτίζων, αὐτὸν ἐκτυποῖ τὸν Κύριον, τὸν ἐν πᾶσι τὰ πάντα ποιοῦντα, ἐπεὶ καὶ τὴν αὐτοῦ φέρει δύναμιν, τὸν καὶ πλάσαντα πρότερον, καὶ αὖθις ἀναπλάττοντα· ὁ βαπτιζόμενος δὲ τὸν
C παραπεσόντα Ἀδὰμ, ἐπεὶ καὶ τὸ προσέρχεσθαι, τὸ ἐκούσιον τῆς γνώμης δηλοῖ. Εἰ δὲ νήπιος παρά τινος πιστοῦ προσαγόμενος, τὸ προσάγεσθαι ἐν πίστει καὶ μὴ κατ' ἀνάγκην σημαίνει, ὁ ἀναδεχόμενος δὲ τὸν ἐγγυώμενον κατά τε πίστιν καὶ βίον. Τὸ ἀποδύεσθαι δὲ καὶ ἀπολύεσθαι ἑστῶτα γυμνὸν μετὰ περιζώματος τὸ ῥίπτειν πᾶσαν κακίαν, καὶ τῶν δεσμῶν τῆς ἁμαρτίας ἐλευθεροῦσθαι, καὶ γυμνὸν τῶν τῆς πλάνης τε καὶ φθορᾶς προσέρχεσθαι τῷ Χριστῷ· καὶ ὅτι γυμνὸς γέγονε πλανηθεὶς, τὴν πρὶν **78** ἀπολέσας στολὴν, ἣν νῦν ἔρχεται λαμπρότερον διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐπενδύσασθαι. Πρὸς ἀνατολὰς δὲ ὁρᾷ, τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἐκζητῶν, ὅπερ ἐστὶν ἡ Τριὰς, καὶ ὁ εἷς τῆς Τριάδος Χριστὸς σαρκωθεὶς, ἐλθὼν ἐκ
D Θαιμὰν, ἤτοι ἐξ ἀνατολῶν, ἀλλὰ καὶ τὸν παράδεισον οὗ ἐκπέπτωκε φυτευθέντα κατὰ ἀνατολάς. Ἐμφυσᾶται δὲ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως, διὰ τὸ πρῶτον ἐμφύσημα, ἀνακαινίζεται γάρ. Τρίτον δὲ ἐμφυσᾶται, διὰ τὴν θείαν ἐνέργειαν τῆς ζωοποιοῦ Τριάδος. Δι' αὐτῆς γὰρ ἐπλάσθη, καὶ ἀναπλάττεται. Σφραγίζεται δὲ χειρὶ ἀρχιερέως διὰ σταυροῦ, ὅτι χεῖρες Θεοῦ ἡμᾶς ἔπλασαν, ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα. Ὁ σταυρὸς δὲ σημεῖον Χριστοῦ καὶ τρόπαιον. Δι' αὐτοῦ γὰρ νικήσας, τοὺς δαίμονας ἔθραυσε· καὶ νῦν ἀπ' αὐτοῦ, ἐκτυπουμένου τοῦ σταυροῦ, τὰ δαιμόνια φεύγει. Ἐν τῷ μετώπῳ δὲ πρῶτον σφραγίζεται, ἵν' ἁγιασθῇ ὁ τελούμενος τὸν νοῦν, τῆς πλάνης φυγαδευθείσης. Δεύτερον δὲ τὸ στόμα, ἵνα τὸν λόγον ἁγιασθῇ, καὶ ἀνομολογῇ τὴν ἀλήθειαν. Καὶ τρίτον τὸ στῆθος, ἵνα τὴν καρδίαν ᾖ καθαρὸς, καὶ Θεὸν ὁρᾷ,

καὶ μηδὲν κρύπτῃ, καὶ ἐν αὐτῷ ζῇ, καὶ κινῆται καὶ μένῃ. Μετὰ τοῦτο εὐλογεῖ τὸν Θεὸν ὁ ἀρχιερεὺς, ὅτι ἄξιον αὐτὸν εὐλογεῖν ἐπὶ τῇ τοῦ ἀπολωλότος εὑρέσει, καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ σωτηρίᾳ. Εἶτα χειρὸς ἐπίθεσις διὰ τὴν μεταδιδομένην χάριν καὶ τὴν ἀνάπλασιν. Ἡ πρώτη δὲ εὐχὴ ἐν ὀνόματι τῆς Τριάδος. Αὐτῇ γὰρ παρατίθεται τῷ μόνῳ Θεῷ, καὶ δι' αὐτῆς ἁγιάζεται. Καὶ ἀνεξάρνητον μένειν τὸ ὄνομα τῆς Τριάδος ἐν τῷ βαπτιζομένῳ ἡ εὐχὴ δυσωπεῖ, καὶ τελειωθῆναι τοῦτον τῷ θείῳ βαπτίσματί τε καὶ Χρίσματι, καὶ τῇ ἱερᾷ Κοινωνίᾳ. Ἡ δέ γε δευτέρα εὐχὴ ἀφορκισμός ἐστιν, ἀποσοβοῦσα καὶ διώκουσα τὸν διάβολον, καὶ πᾶσαν ἐνέργειαν αὐτοῦ τοῖς φρικτοῖς καὶ θείοις ὀνόμασί τε καὶ μυστηρίοις. Καὶ τοῦ ἀνθρώπου διώκει τοῦτον, καὶ τοὺς αὐτοῦ δαίμονας. Καὶ φεύγειν ἐκ τούτου παραγγέλλει, καὶ μὴ ἐπηρεάζειν αὐτῷ. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ τρίτη ἀφορκισμὸς οὖσα καὶ αὐτὴ, τοὺς δαίμονας θείῳ ὀνόματι ἐκδιώκει. Ἡ δέ γε τετάρτη πάλιν εὐχὴ πρὸς τὸν Θεόν ἐστιν ἀναφερομένη, τὸν πονηρὸν παντελῶς ἐκδιῶξαι τοῦ πλάσματος τοῦ θείου ἐξαιτουμένη, καὶ ἐν τῇ πίστει στηρίξαι. Ὅθεν εὐθὺς καὶ τὴν πέμπτην ποιεῖται εὐχὴν, ἀναγκαιοτέραν οὖσαν, καὶ δι' αὐτῆς ἀνατίθησι τὸν βαπτιζόμενον τῷ Θεῷ. Ἐν ᾗ καὶ πάλιν εὐχῇ ἐμφυσᾷ αὐτῷ τὸ δεύτερον· ὅπερ ἐστὶ τὸ βεβαιότερον ἔργον, τῆς ἀναζωώσεώς τε καὶ ἀνακαινίσεως ἐκ τούτου δηλουμένου. Καὶ σφραγίζει τρὶς αὖθις κατά τε τὸ μέτωπον, καὶ τὸ στόμα, καὶ στῆθος, διὰ τὸν νοῦν τε καὶ λόγον αὐτοῦ καὶ τὴν ζωήν· καὶ ὅτι νοῦς καὶ λόγος καὶ Πνεῦμα ἡ Τριὰς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἡ τοῦτον ἀναζωοῦσα, καὶ τὸ κατ' εἰκόνα διδοῦσα, ὅπερ ἀπώλεσε. « Καὶ ἐξέλασον ἀπ' αὐτοῦ, φησὶ, πᾶν πονηρὸν καὶ ἀκάθαρτον πνεῦμα, κεκρυμμένον καὶ ἐμφωλεῦον αὐτοῦ τῇ καρδίᾳ. » Ἐμφιλοχωροῦσι γὰρ τὰ δαιμόνια ταῖς τῶν ἀβαπτίστων ψυχαῖς, ἀποπλανᾷν καὶ μιαίνειν βουλόμενα. Καὶ τοῦτο ἰσχύουσιν ἀπὸ τῆς παραβάσεως ἐκείνης. Διὸ ταῖς καρδίαις τῶν ἀμυήτων τε καὶ ἀπίστων ἐνοικοῦσι προδήλως, καὶ ταύτας μιαίνουσί τε καὶ πρὸς τὰ θεομισῆ συγκινοῦσιν. Ἐν τῷ τέλει δὲ τῆς εὐχῆς ἡ ἀποταγὴ καὶ συνταγὴ οὕτω γίνεται. Στρέφει τὸν βαπτιζόμενον ὁ ἀρχιερεὺς ὡς πρὸς δυσμὰς, τοῦ σκότους ἐκ τούτου δηλουμένου, ἐν ᾧ ἐστιν ὁ διάβολος. Αἴρειν τε τὰς χεῖρας αὐτὸν ἄνω κελεύει, δεικνυομένου, ὅτι οὐκ ἔχει τι ὁ βαπτιζόμενος κεκρυμμένον ἐν ἑαυτῷ τῶν τοῦ πονηροῦ· καὶ ὅτι τὸν ἐσταυρωμένον ὑπὲρ ἡμῶν ἄρχεται ἐκμιμεῖσθαι. Καὶ λέγειν παρακελεύεται παρὰ τοῦ ἀρχιερέως, « Ἀποτάσσομαι τῷ Σατανᾷ, καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, » καὶ τὰ ἑφεξῆς. Καὶ ὁ βαπτιζόμενος τὴν ἀποταγὴν τοῦ πονηροῦ ποιεῖται, καὶ τῶν αὐτοῦ τὴν τελείαν ἐξάρνησιν. Καὶ τοῦτό φησι τρὶς, εἰς βεβαίωσιν τῆς ἀποταγῆς τοῦ ἐχθροῦ· καὶ ὅτι φεύγει ὁλοψύχως τὸν πονηρόν· ἔτι δὲ καὶ εἰς τιμὴν τῆς ἁγίας Τριάδος, ἥτις πάντα βεβαιοῖ τε **79** καὶ τελειοῖ. Ἐρωτήσας δὲ πάλιν τρὶς, « Ἀπετάξω τῷ Σατανᾷ; » καὶ τοῦ βαπτιζομένου συνθεμένου τρὶς, καὶ εἰπόντος, « Ἀπεταξάμην, » τουτέστιν ἠρνησάμην τε καὶ ἀπεβαλόμην τὸν πονηρὸν, φανερὰν γὰρ καὶ βεβαίαν εἶναι δεῖ τοῦ κακοῦ τὴν ἀποτα-

A atur et consecretur divino baptismate, chrismate sacraque communione. Secunda autem oratio et exorcismus propulsans et ejiciens diabolum omnemque ejus potestatem terribilibus divinisque nominibus ac mysteriis ; illum ejusque dæmones ab homine expellit, a quo fugere præcipit prohibetque ne ei in posterum insultent. Similiter et tertia, quæquum ipsa quoque sit exoreismus divino nomine dæmones profligat. Quarta autem rursus oratio Deo nuncupatur, deprecans ut malignum prorsus expellat a divino plasmate, istudque in fide confirmet. Ideo statim quintam facit orationem qua acrius instat, et per eam baptizatum offert Deo. In qua oratione iterum in hunc insufflat, quo monstratur firmior vitæ novæ et instaurationis opera. B. Ter rursum signat in fronte, in ore et in corde propter mentem ejusque locutionem et vitalitatem, et quoniam mens, verbum et Spiritus est Trinitas Deus noster, quæ illum nova animat vita, quæ reddit ei suam imaginem quam perdiderat : « Exi ab eo, inquit, omnis nequam et immunde spiritus, qui in ejus corde occultatus lates. » Nam commorantur dæmonia in animis eorum qui baptizati non sunt, ut eos avertant a recta via et ut inquinent satagentia, quod possunt ab illa transgressione. Ideo in cordibus infidelium et eorum qui initiati non fuerunt manifeste immanent, illaque inquinant et ad opera Deo odiosa commonent. Verum in fine orationis abnegatio et pactum fit ad hunc modum. C Vertit baptizatum pontifex ad occidentem quo significantur tenebræ in quibus est diabolus. Manus rursum erigere eum jubet ostendens quoniam baptizatus nihil habet diaboli in semetipso conditum, et quoniam crucifixum pro nobis imitari incipit. Deinde dicere præcipitur a pontifice : « Abrenuntio Satanæ et omnibus operibus ejus » et cætera ; et baptizatus facit maligni ejurationem et perfectam ejusdem renegationem. Quod ter dicit in confirmationem renuntiationis inimici, et quoniam ex tota anima malignitas fugit, vel etiam in laudem sanctæ Trinitatis quæ omnia firmat et perficit. Deinde rursum ter sciscitatus : « Abrenuntiasne Satanæ ? » et baptizato ter assenso et locuto : « Abrenuntiamus, » id est : Abnegamus et rejicimus malignum, nam manifestam stabilemque esse oportet mali ejurationem, D. pontifex : « In eum suffla, » inquit, id est ex corde erue, a corde abjice et inimicum ignominia affice ; quod ter facit ut firma sit maligni renuntiatio, et in gloriam unius in Trinitate Dei nostri qui malignum propellit. Postea illum ad orientem convertit, nam ad lucem adducit ex tenebris, ex mendacio ad veritatem. Et dicit pontifex : « Dic, Et fateor Christum, et credo in unum Deum Patrem omnipotentem, et cætera ; oportet enim eum lucem ter ut sol splendentem confiteri, ut corde accipiat ejus illuminationem. Igitur confessionem sacri Symboli totam clare ore pronuntiat. Quod ter quoque facit, corroborans confessionem, simulque, ut diximus, in laudem Deitatis in tribus personis. Illud palam

confitetur quoniam veritatem annuntiat istamque oportet coram angelis et hominibus prædicare per quam salvus erit, Deumque universorum annuntiare aperte est necessarium, consubstantialem dico Trinitatem et solum qui est Deum, sed et unius a Trinitate Verbi Dei factam propter nos e Virgine incarnationem. Hoc igitur ter facto, et postquam ter rursum interrogatus : Fateris Christum ? ter respondit ex corde et dixit: « Fatemur eum, » pontifex addit : « Et adora eum. » Et signatus cruce per manum ejus, quod Christi confessionem connotat et manifestationem, postquam ter adoraverit ostendens servitutem et veram cum confessione obedientiam, ad orientem convertitur, et benedicit pontifex Deum qui vult omnes salvos fieri ; sic enim oportet de omnibus gratias agere, et præsertim de hominum salute. Et ita suscipiens ipsum catechumenum per manum quasi perditum inveniens, introducit in templum, nempe velut in cœlum vel in paradisum, monstrans se eum ad Dominum qui amiserat reducere. Gaudium vero manifestans quo cum angelis gaudet de peccatore pœnitentiam agente : « Gaude, gratia plena, » ait cantando, et ingreditur. Ipsa enim est causa salutaris lætitiæ, porta salutifera, quæ salutem nobis dispensavit, veramque Deo lætitiam Verbum Deum ex ipsa incarnatum sancto et virgineo partu genuit ad nostram instaurationem. Insuper Simeonem referens pontifex adducit in conspectum altaris baptizatum, indicans se eum offerre ; jubet etiam illum ter Deum adorare, quoniam in gratiam Dei rediit per conversionem quemadmodum ille prodigus, necnon ad dignitatem filii et ad incorruptionem, primam Spiritus stolam, quo nondum melius et excellentius pervenit, per divinum baptisma. Sed ut certa sit conversio et confessio, sponsorem quoque vocat pontifex, quem jubet ter altare adorare in quo habitat Deus, hinc demonstrans se fidem dare tute servandi in fide piaque conversatione baptizatum. Dein si infans quidem fuerit baptizandus, inclinatus hunc suscipit sponsor coram sacris foribus jacentem, velut e manibus Christi. Si vero ætatem habet, baptizatum e manu accipit, idem significans, nempe se eum a Christo suscipere, et quod præs illius factus est erga Christum, spiritualisque erit ejus pater. Unde illum prehendens adducit ad sacram piscinam ostendens initiatum libenter, non autem vi accedere ad baptismum, ducet etiam ad testes scilicet primo et præcipue Deum, deinde pontificem et adstantes fideles qui omnes sunt mysteriorum testes, ipsum etiam sponsorem eum adducentem, et præsertim divinos sanctissimosque angelos qui invisibiliter adsunt et lætantur de salute divinaque baptizati in spiritu nativitate illumque in cœlis adscribunt, jam familiares et amici facti ab emundatione ex divino lavacro obtenta et unguenti signaculo. Ideo necessarium est tunc cum pietate et gaudio adesse fideles fere omnes, et credere angelos adstare qui lætantur de peccatore

A γὴν, ὁ ἀρχιερεὺς, « Ἐμφύσησον αὐτῷ, » φησὶ, τουτέστιν ἐκ τῆς καρδίας ἀπόῤῥιψον, καὶ ἀπὸ καρδίας ἀθέτησον, καὶ καταίσχυνον τὸν ἐχθρόν. Καὶ τοῦτο ποιεῖται τρὶς διὰ τὸ ἀσφαλὲς τῆς ἀποταγῆς τοῦ πονηροῦ, καὶ εἰς δόξαν τοῦ ἐν Τριάδι μόνου Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ καταβαλόντος τὸν πονηρόν. Εἶτα στρέφει τοῦτον κατὰ ἀνατολάς· πρὸς τὸ φῶς γὰρ ἀνάγει ἀπὸ τοῦ σκότους, καὶ ἐκ τοῦ ψεύδους πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Καί φησιν ὁ ἀρχιερεύς· « Εἰπὲ, Καὶ συντάσσομαι τῷ Χριστῷ, καὶ πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, » καὶ τὰ ἑξῆς. Δεῖ γὰρ αὐτὸν τὸ τρισήλιον καθαρῶς ἀνομολογῆσαι φῶς, ὡς ἂν καὶ τῇ καρδίᾳ δέξηται τὴν λάμψιν αὐτοῦ. Τὴν ὁμολογίαν οὖν τοῦ ἱεροῦ Συμβόλου πᾶσαν λαμπρῶς τῷ στόματι λέγει. Καὶ τοῦτο ποιεῖται τρὶς, βεβαιῶν τὴν ὁμολογίαν,
B ἅμα δὲ καὶ εἰς τιμὴν, ὡς εἰρήκαμεν τῆς τρισυποστάτου Θεότητος. Ὁμολογεῖ δὲ τοῦτο φανερῶς, ἐπεὶ τὴν ἀλήθειαν καταγγέλλει· καὶ ὅτι ἐνώπιον ἀγγέλων δεῖ καὶ ἀνθρώπων ταύτην κηρύσσειν, δι' ἧς καὶ σωθήσεται. Καὶ τὸν Θεὸν τῶν ὅλων καταγγέλλειν χρὴ παῤῥησίᾳ, τὴν ὁμοούσιόν φημι Τριάδα, τὸν μόνον ὄντως ὄντα Θεὸν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἑνὸς τῆς Τριάδος τοῦ Θεοῦ Λόγου τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἐκ Παρθένου σάρκωσιν. Τοῦτο οὖν ποιησαμένου τρὶς, καὶ ἐρωτηθέντος αὖθις τρὶς, « Συνετάξω τῷ Χριστῷ ; » καὶ ἀποκριθέντος τρὶς ἐκ καρδίας, καὶ εἰρηκότος, « Συνεταξάμην αὐτῷ, » ὁ ἀρχιερεύς φησι, « Καὶ προσκύνησον αὐτῷ, » καὶ σφραγισαμένου σταυρῷ διὰ τῆς χειρὸς αὐτοῦ,
C δ τὴν τοῦ Χριστοῦ ὁμολογίαν δηλοῖ καὶ σημείωσιν, καὶ προσκυνήσαντος τρὶς, ἐνδεικνυμένου τὴν δουλείαν, καὶ τὴν ἀληθῆ μετὰ τῆς ὁμολογίας ὑποταγὴν, στρέφεται πρὸς ἀνατολὰς, καὶ εὐλογεῖ τὸν Θεὸν ὁ ἀρχιερεὺς τὸν πάντας σωθῆναι θέλοντα. Οὕτω γὰρ δεῖ εὐχαριστεῖν ἐπὶ πᾶσι, καὶ μᾶλλον τῇ τῶν ἀνθρώπων σωτηρίᾳ. Καὶ οὕτω κρατήσας αὐτὸν τὸν κατηχούμενον τῆς χειρὸς ὡς τὸν ἀπολωλότα εὑρὼν, εἰσάγει εἰς τὸν ναὸν, ὡς εἰς τὸν οὐρανὸν δηλονότι, ἢ τὸν παράδεισον, δεικνὺς, ὡς προσφέρει τοῦτον τῷ ἀπολωλεκότι δεσπότῃ. Τὴν χαρὰν δὲ δηλῶν, ἣν μετὰ τῶν ἀγγέλων χαίρει ἐπὶ μετανοοῦντι ἁμαρτωλῷ, « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, » φησὶν ὑμνῶν, καὶ εἰσέρχεται. Αὕτη γὰρ ἡ ἀπαρχὴ τῆς σωτηρίου χαρᾶς, ἡ σωτήριος πύλη, ἡ τὴν σωτηρίαν ἡμῖν οἰκονομήσασα,
D καὶ τὴν ἀληθῆ χαρὰν τῷ κόσμῳ, τὸν Θεὸν Λόγον σεσαρκωμένον ἐξ αὐτῆς γεννήσασα ἁγίως τε καὶ παρθενικῶς εἰς ἡμετέραν ἀνάπλασιν. Καὶ τὰ τοῦ Συμεὼν δὲ ἐκτυπῶν ὁ ἀρχιερεὺς, προσάγει τοῦ θυσιαστηρίου ἐνώπιον τὸν βαπτιζόμενον, δηλῶν, ὡς ὅτι προσέφερε. Καὶ πιεῖ τοῦτον τρὶς προσκυνῆσαι Θεῷ· ὅτι καὶ κατῃλλακται τῷ Θεῷ δι' ἐπιστροφῆς, ὥσπερ ἐκεῖνος ὁ ἄσωτος, καὶ πρὸς τὴν υἱοθεσίαν καὶ ἀφθαρσίαν τὴν πρώτην στολὴν τοῦ Πνεύματος, ὅσον οὔπω ἔρχεται μειζόνως τε καὶ κρειττόνως, διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος. Ἵνα δὲ καὶ ἡ ἐπιστροφὴ καὶ ἡ ὁμολογίαν ἀσφαλὴς ᾖ, καὶ τὸν ἀνάδοχον καλεῖ ὁ ἀρχιερεύς. Καὶ προσκυνῆσαι τρὶς λέγει τῷ θυσιαστηρίῳ, ἐν ᾧπερ οἰκεῖ ὁ Θεὸς, διὰ τούτου δηλῶν, ὡς λόγον παρέχει, φυλάξαι ἀσφαλῶς ἐν τῇ πίστει καὶ τῇ εὐσεβεῖ πολιτείᾳ τὸν βαπτιζόμενον. Εἶτα εἰ μὲν βρέφος

ἐστὶν ὁ μέλλων βαπτίζεσθαι, κύψας λαμβάνει τοῦτον ὁ ἀνάδοχος, ἐνώπιον κείμενον τῶν ἁγίων θυρῶν, ὥσπερ ἀπὸ τῶν χειρῶν τοῦ Χριστοῦ· εἰ δ' ἐν ἡλικίᾳ, λαμβάνει τὸν βαπτιζόμενον ἀπὸ τῆς χειρὸς, τὸ αὐτὸ δηλῶν, ὅτι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ τοῦτον παρέλαβε, καὶ ἐγγυητὴς γέγονεν αὐτοῦ εἰς Χριστὸν, καὶ πνευματικὸς ἔσται πατήρ. Ὅθεν καὶ κρατῶν, προσφέρει τοῦτον τῇ ἱερᾷ κολυμβήθρᾳ, δεικνὺς, ὡς ἐκουσίως καὶ οὐ κατὰ βίαν προσέρχεται τῷ βαπτίσματι ὁ τελούμενος, καὶ ἐπὶ μάρτυσι πρῶτον μὲν καὶ ἐξαιρέτως τῷ **80** Θεῷ, ἔπειτα δὲ τῷ ἱεράρχῃ καὶ τοῖς παρατυχοῦσι πιστοῖς, οἱ πάντες μάρτυρες τῶν τελουμένων εἰσὶ, καὶ αὐτῷ δὴ τῷ ἀναδόχῳ τῷ καὶ προσάγοντι τοῦτον, καὶ μάλιστα δὴ τοῖς θείοις καὶ πανάγνοις ἀγγέλοις, ἀοράτως τότε παροῦσι, καὶ σὺφραινομένοις τῇ τοῦ βαπτιζομένου ἐν Πνεύματι θεογενεσίᾳ καὶ σωτηρίᾳ, καὶ ἀπογραφομένοις αὐτὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ γνωρίμοις, καὶ φίλοις γινομένοις, ἀπό τε τῆς ἐκ τοῦ ζείου λουτροῦ καθάρσεως, καὶ τῆς σφραγῖδος τοῦ μύρου. Διὸ καὶ ἀναγκαῖον παρεῖναι τότε μετ' εὐλαβείας τε καὶ χαρᾶς ἅπαντας σχεδὸν τοὺς πιστοὺς, καὶ πιστεύειν ὡς πάρεισιν ἄγγελοι, οἱ χαίρουσιν ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι· καὶ ὅτι παραδίδοται τότε ὁ βαπτιζόμενος ἁγίῳ ἀγγέλῳ φύλακι· καὶ οὗτος ἔσται πάντοτε μετ' αὐτοῦ, τὰ φθονερὰ διώκων δαιμόνια, καὶ πᾶσαν ἐπήρειαν τοῦ δολιωτάτου ἐχθροῦ, εἴγε μόνον ὁ βαπτισθεὶς καθαρὸν τηρήσει πίστει καὶ ἔργοις τὸ βάπτισμα, καὶ εἰς τὴν βασιλείαν διασώσει τοῦτον τῶν οὐρανῶν. Ὅτι οὖν μέγιστον τὸ ἔργον τοῦ θειοτάτου βαπτίσματος, διὰ τοῦτο πρότερον καὶ ἡ Ἐκκλησία διὰ τῶν ἀρχιερέων ἐν ταῖς καθολικαῖς ἐκκλησίαις ἐποιεῖτο τὰ τῶν προσερχομένων βαπτίσματα, καὶ καθ' ὃν καιρὸν ἐν ταῖς ἑορταῖς τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ, τὸ, « Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, » ψάλλομεν, καὶ μάλιστα δὴ τῷ μεγάλῳ Σαββάτῳ πρὸ τῆς θείας ἱερουργίας, τῶν πολλῶν ἀναγινωσκομένων ἀναγνωσμάτων ἀπὸ τῶν θείων προφητῶν. Ἐπειδὴ τὸ ἱερώτατον βάπτισμα καὶ ἀναγέννησίς ἐστι, καὶ ἀνάπλασις, κάθαρσίς τε καὶ φωτισμὸς καὶ υἱοθεσία, καὶ χάρισμα καὶ ἁγιασμὸς, καὶ μυρία ὅσα φασὶν οἱ Πατέρες. Τυποῖ δὲ ἐξαιρέτως τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν τριήμερον ἔγερσιν. Ὁ δὴ καὶ ὁ καιρὸς ἐκεῖνος καθαρώτερον παριστᾷ. Ἀπὸ γὰρ τοῦ θανάτου τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς τριημέρου ταφῆς καὶ τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀθανασίαν καὶ ἀφθαρσίαν ἐλάβομεν, καὶ τὴν μέλλουσαν ἐκείνην ἐλπίζομεν ἀνάστασίν τε καὶ ἀνακαίνισιν, καὶ ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἧς γέγονε Χριστὸς ἀπαρχὴ, ὁ μόνος ὢν ἀναμάρτητος, παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὁ μὴ ὀφείλων ἀποθανεῖν, ὡς μὴ ἁμαρτήσας ὅλως, ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανών. Ἡ γὰρ ἁμαρτία τοῦ θανάτου ἐστὶ τὸ κέντρον, ὡς Ἡσαΐας καὶ Παῦλος λέγουσιν, ἤτοι ἡ ἀρχὴ καὶ ῥίζα καὶ πρόξενος. Αὐτὸς δὲ ὁ Χριστὸς μὴ πεποιηκὼς ἁμαρτίαν, καὶ μὴ ὀφείλων ἀποθανεῖν, ἀπέθανε δι' ἡμᾶς· καὶ διὰ τοῦτο καταργήσας τὸν θάνατον, ἐξεγήγερται, καὶ τὰ ἡμέτερα πάθη καὶ τὴν κατάκρισιν ἔλυσε, παθὼν ὁ ἀπαθὴς δι' ἑαυτοῦ· γενόμενός τε ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς ἡμῶν, εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνελήφθη. Καὶ οἱ ἐνδεδυμένοι

A pœnitentiam agente, necnon baptizatum tunc committi sancto angelo custodi, qui semper erit cumeo mortifera profligans dæmonia omnemque dolosissimi inimici insultum, modo tantum baptizatus purum custodiat fide et operibus baptismum, eumque in regnum cœlorum salvabit. Igitur quoniam maximum est opus divini baptismatis, ideo prius Ecclesia per pontificis in catholicis Ecclesiis conferebat baptismum accedentibus et in tempore quo in divino sacrificio psallimus : « Quicumque in Christo baptizati estis, » et præcipue in magno Sabbato ante divinum sacrificium, pluribus lectis e divinis prophetis lectionibus; quoniam baptismus sanctissimus regeneratio est, et renovatio, et purgatio, et illuminatio, et filiorum B adoptio, et gratia, et sanctificatio et sexcenta alia quæ dixerunt Patres. Refert autem in primis mortem Christi et resurrectionem tertía die factam, quod tempus illud proprie declarat, quippe a morte Christi ejusque triduana sepultura et resurrectione immortalitatem et incorruptionem accepimus, futuramque illam exspectamus resurrectionem et renovationem æternamque vitam cujus primitiæ factus est Christus qui quum solus sit sine peccato passus pro nobis peccatoribus, licet mori non deberet utpote omnino peccati immunis, pro nobis mortuus est. Nam peccatum est mortis aculeus, ut dicunt Isaias et Paulus, seu principium, radix atque auctor. Ipse vero Christus etsi peccatum non C fecisset, neque deberet mori, pro nobis mortuus est, et, morte devicta resurrexit, passionesque nostras et damnationem solvit patiendo qui per se erat impassibilis; factus quoque dux vitæ nostræ in cœlos assumptus est, et nos qui illum in baptismo induimus a cœlo eum exspectamus, quando nos resuscitabit et incorruptibilitatem prorsus tribuet cujus arrhas modo per baptismum dedit. Similiter et in omni tempore necessarium est baptizare, ne quid incommodi fortasse accidat et aliquis non sanctificatus decedat, id est sine baptismo, et ingens inde erit damnum; qui enim non baptizatus fuerit, non salvus erit. Oportet autem, quantum fieri potest, baptismos cum solemnitate et potestate conferri, sacerdotemque esse diligentem et so- D brium, nam maximum Dei opus operatur, nempe hominis instaurationem. Sed ad propositum redeamus. Præeunte pontifice, adducit baptizatum sponsor ad sacram piscinam, præs libenter accedentem. Adstat pontifex Christum ipsum referens, ejus habens potestatem, et repletur piscina aqua Jordanem exprimens. Accenduntur etiam lumina quibus ostenditur Spiritus illuminatio, et qui a baptizatus ex tenebris venit ad lucem et jam fit filius lucis. Circum altare thus incendit pontifex, bonum odorem et sanctificationem Spiritus significans, qui omnem luit peccatorum fœtorem, sanctus enim Spiritus. Deinde benedicit et celebrat pontifex regnum sanctæ Trinitatis unius Dei, nam ipsa regnat sola, et nunc regnavit a maligno eripiens mundo regeneratum.

Postea dictis a diacono pacis precibus et obsecrationibus, et populo clamante : Kyrie, eleison, nam vere magna ibi decernitur misericordia, in filium adoptato eo qui prius erat peccator et inimicus, pontifex pro semetipso ore suo precatur postulans ut a Deo puritatem et propitiationem inveniat, ne dum alios purgat, ipse peccatis inquinatus inveniatur; virtutem etiam deposcit et gratiam bene et convenienti modo mysterio ministrandi. Magnum enim est mysterium angelis circumstantibus, Christo formam aquis largiente, Spiritu sancto adveniente, et baptizato ex polluto et peccatore et immundo et inimico et corrupto jam sancto et puro, et filio Dei et incorruptibili facto. O magnam gratiam ! O donum Dei ! O ingentem erga nos beneficientiam et gratiam ! Ideo completis precibus, pontifex ab oratione exsurgens : « Magnus es, Domine, clamat, et mirabilia opera tua. » Quod ter fierat, trinitatem deitatis laudans, et benefacientem magnificans. Deinde ad incarnatum pro nobis Dei Filium orationem erigens, ejusque a principio omnia exponens miracula, mysterium ejus et incarnationem ex Virgine in Spiritu factam in memoriam revocat ejusque in Jordane baptismum quo nos instauravit confringens capita draconum in aqua, prout dixit Propheta. Ideo deprecatur eum ut adsit per advenientem Spiritum sanctum et aquam sanctificet, nam indivisus est Filius a Patre et Spiritu, et communis est eis gratia. Ter aquam manu in formam crucis signat, Christum repræsentans, et flagitat ut eam faciat fontem immortalitatis et cætera. Deinde brevi elapso tempore, rursus in aquam ter insufflat divinam ei gratiam copiosiorem infundens, Christum imitans, et illud : « Et Spiritus Dei ferebatur super aquas, » rursum per baptisma fieri comprobans. Illam quoque iterum manu signat crucem figurans, et ait : « Confringantur a signaculo signi crucis tuæ omnes adversariæ potestates. » Cætera autem dicit ut spiritalis sit aqua atque sancta neque in ea lateat quidquam maligni, sed potius fiat ei adversaria eumque propellat, et possit baptizatos in ea reficere, sanctificare et filios reddere et liberos lucis efficere. Sic igitur deprecatus et data pace quæ est Jesus Christus, ibi enim adest pax quæ exsuperat omnem sensum Christus, ipse quoque pacem accipit pontifex. Et inclinato capite, in semetipso iterum precatur, in tranquillitate, pacificum et placidum ubique advocans Jesum dicendo : « Tu qui in Jordanem ingressus aquas sanctificasti, accipe nos servos tuos coram te procidentes, et sanctifica aquas istas et nos, fiantque nobis in sanitatem animæ et corporis. » Et exsurgens, monstrans Christum nos lapsos erigere hymnis eum celebrat tanquam omnium sanctificatorem. » Tunc ergo plena est piscina Spiritus, et sancta aqua quæ invisibiliter Christum gerit in semetipsa. Sed cum oporteat etiam eam esse signum divinæ misericordiæ, hoc quoque facit sanctum oleum; aquæ enim significat ablutionem et purgationem, et

A ἡμεῖς αὐτὸν τῷ βαπτίσματι, ἀπ' οὐρανοῦ αὐτὸν ἐκδεχόμεθα · ὅτε καὶ ἀναστήσει ἡμᾶς, καὶ τὴν ἀφθαρσίαν τελέως χορηγήσει, ἧς τοὺς ἀρραβῶνας νῦν διὰ τοῦ βαπτίσματος δέδωκεν. Ὅμως καὶ ἐν παντὶ καιρῷ ἀναγκαῖόν ἐστι βαπτίζειν, μή ποτέ τι κώλυμα γένηται, καί τις ἀπέλθῃ ἀμύητος, τουτέστι χωρὶς βαπτίσματος. Καὶ πλείστη ἐκ τούτου ἔσται ζημία. Ὁ γὰρ μὴ βαπτισθεὶς οὐ σωθήσεται. Δέον δὲ ὅσον ἐγχωρεῖ ποιεῖν τὰ βαπτίσματα μετὰ λαμπρότητός τε καὶ εὐλαβείας. Τὸν ἱερέα τε χρὴ προσεκτικὸν καὶ νηφάλιον εἶναι. Τοῦ Θεοῦ γὰρ τὸ μέγιστον ἔργον διενεργεῖ, τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀνάπλασιν. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἔλθωμεν. Τοῦ ἀρχιερέως προηγουμένου, προσάγει τὸν βαπτιζόμενον ὁ ἀνάδοχος τῇ ἱερᾷ κολυμβήθρᾳ · ὁ ἐγγυώμενος τὸν ἐκουσίως
B προσερχόμενον. Καὶ ἵσταται ὁ ἀρχιερεὺς, τὸν Χριστὸν αὐτὸν ἐκτυπῶν, τὴν αὐτοῦ δύναμιν ἔχων. Καὶ πληροῦται ἡ κολυμβήθρα ὕδατος, τὸν Ἰορδάνην τυποῦσα. Καὶ ἀνάπτονται φῶτα, τὸν φωτισμὸν δηλοῦντα τοῦ Πνεύματος · καὶ ὅτι ὁ βαπτιζόμενος ἐκ τοῦ σκότους ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, καὶ υἱὸς φωτὸς ἤδη γίνεται. Θυμιᾷ τε κύκλῳ τὴν κολυμβήθραν ὁ ἀρχιερεὺς, τὴν εὐωδίαν καὶ ἁγιωσύνην δηλῶν τοῦ Πνεύματος, τοῦ πᾶσαν δυσωδίαν ἁμαρτημάτων ἐκπλύνοντος. 81 Ἅγιον γὰρ τὸ Πνεῦμα. Εἶτα εὐλογεῖ καὶ ὑμνεῖ τὴν βασιλείαν τῆς ἁγίας Τριάδος τοῦ μόνου Θεοῦ ὁ ἀρχιερεύς. Μόνη γὰρ αὕτη βασιλεύει · καὶ ὅτι νῦν ἐβασίλευσεν, ἐκ τοῦ πονηροῦ ῥυσαμένη τὸν ἄρτι ἀναγεννώμενον. Εἶτα λεγομένων τῶν εἰρηνικῶν
C προσευχῶν καὶ αἰτήσεων παρὰ τοῦ διακόνου, καὶ τοῦ λαοῦ τὸ, » Κύριε, ἐλέησον, » ἐκβοῶντος· ὄντως γὰρ ἐκεῖσε τὸ τοῦ Θεοῦ μέγα ἐπιβραβεύεται ἔλεος, υἱοθετουμένου τοῦ πρὶν ἐχθροῦ τε καὶ ἐναγοῦς, ὁ ἀρχιερεὺς εἰς ἑαυτὸν εὔχεται ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ζητῶν ἐκ Θεοῦ κάθαρσίν τε καὶ ἁγιασμὸν εὑρεῖν, ἵνα μὴ ἄλλους καθαίρων, αὐτὸς μεμολυσμένος ταῖς ἁμαρτίαις εὑρεθῇ. Καὶ ἰσχὺν ἐξαιτεῖται καὶ χάριν, καλῶς τε καὶ ὡς πρέπον ἐστὶν ἐξυπηρετῆσαι τῷ μυστηρίῳ. Μέγα γὰρ τὸ μυστήριον, ἀγγέλων περιισταμένων, Χριστοῦ μορφουμένου τοῖς ὕδασι, Πνεύματος ἁγίου ἐπιφοιτῶντος, καὶ τοῦ βαπτιζομένου ἀπὸ ῥέρυπωμένου καὶ ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀκαθάρτου καὶ ἐχθροῦ καὶ
D φθαρτοῦ ἁγίου γινομένου καὶ καθαροῦ καὶ υἱοῦ Θεοῦ καὶ ἀφθάρτου. Ὦ τῆς μεγάλης χάριτος ! ὦ τῆς δωρεᾶς τοῦ Θεοῦ ! ὦ τῆς πρὸς ἡμᾶς εὐεργεσίας καὶ χάριτος ! Διὸ καὶ πληρωθεισῶν τῶν αἰτήσεων, ἐξαναστὰς ὁ ἀρχιερεὺς ἀπὸ τῆς εὐχῆς, « Μέγας εἶ, Κύριε, ἐκβοᾷ, καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου, » Καὶ τοῦτο ἀνακράζει τρὶς, τὸ τρισσὸν ἀνυμνῶν τῆς Θεότητος, καὶ μεγαλύνων τὸν εὐεργέτην. Εἶτα πρὸς τὸν σαρκωθέντα ὑπὲρ ἡμῶν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὴν εὐχὴν ἀναφέρων, καὶ τὰ ἀπαρχῆς τούτου πάντα καταλέγων θαυμάσια, τέλος καὶ τὴν σάρκωσιν εἰς ὑπόμνησιν ἄγει τούτου τὴν ἐκ Παρθένου ἐν Πνεύματι, καὶ τὸ βάπτισμα ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, δι' οὗ ἡμᾶς ἀνέπλασε, συντρίψας τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος, ὡς ὁ Προφήτης φησίν. Ὅθεν καὶ παρεῖναι αὐτὸν ἐκδυσωπεῖ διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ἁγιάσαι τὸ ὕδωρ. Ἀχώριστος γὰρ ὁ Υἱὸς

τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος, καὶ κοινὴ ἡ χάρις αὐτοῖς. Καὶ σφραγίζει τρὶς τῇ χειρὶ σταυροειδῶς τὸ ὕδωρ, τὸν Χριστὸν ἐντυπῶν αὐτῷ. Καὶ ποιῆσαι αὐτὸ εὔχεται ἀφθαρσίας πηγήν, καὶ τὰ λοιπά. Εἶτα μετ' ὀλίγον πάλιν ἐμφυσᾷ τῷ ὕδατι τρίτον, τὴν θείαν χάριν αὐτῷ δαψιλέστερον ἐντιθείς, μιμούμενος τὸν Χριστὸν, καὶ τὸ, « Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος, » διὰ τὸ βάπτισμα, ἐξαρχῆς εἶναι μαρτυρῶν. Καὶ σφραγίζει αὐτὸ πάλιν τῇ χειρὶ σταυρὸν ἐκτυπῶν, καί φησι, « Συντριβήτωσαν ὑπὸ τὴν σημείωσιν τοῦ τύπου τοῦ σταυροῦ σου πᾶσαι αἱ ἐναντίαι δυνάμεις. » Καὶ τὰ λοιπὰ δὴ λέγει, ὥστε πνευματικὸν εἶναι τὸ ὕδωρ καὶ ἅγιον, καὶ μηδὲν ὑποκρυβῆναι τούτῳ τοῦ πονηροῦ, ἀλλὰ μᾶλλον ἐναντίον αὐτῷ καὶ διωκτήριον εἶναι τοῦτο, καὶ ἀναπλάττειν καὶ ἁγιάζειν καὶ νίοθετεῖν τοὺς βαπτιζομένους ἐν τούτῳ δυνάμενον, καὶ φωτὸς τέκνα ποιεῖν. Οὕτως οὖν ἐπευξάμενος, καὶ εἰρήνην δοὺς, ὅ ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς, πάρεστι γὰρ ἐκεῖσε ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν εἰρήνη Χριστὸς, καὶ ἀντιλαβὼν τὴν εἰρήνην ὁ ἱεράρχης, καὶ κλίνας τὴν κεφαλὴν, καθ' ἑαυτὸν πάλιν εὔχεται, ἐν ἡσυχίᾳ, τὸν εἰρηνικὸν καὶ ἡσύχιον καὶ πανταχοῦ προσκαλούμενος Ἰησοῦν, « Σὺ, λέγων, ὁ ἐν Ἰορδάνῃ παραγενόμενος καὶ ἁγιάσας τὰ ὕδατα, δέξαι καὶ ἡμᾶς δουλικῶς σοι προσπίπτοντας· καὶ ἁγίασον ταῦτα τὰ ὕδατα καὶ ἡμᾶς· καὶ γενέσθωσαν ἡμῖν εἰς ὑγείαν ψυχῆς τε καὶ σώματος. » Καὶ ἀναστὰς, δείκνυς ὅτι πεσόντας ἡμᾶς Χριστὸς ἀνήγειρεν, ἐνυμνεῖ, ἐκφωνήσας τοῦτον ὡς πάντων ἁγιασμόν. Τότε τοίνυν πλήρης ἡ κολυμβήθρα τοῦ Πνεύματος, καὶ ἅγιον τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν Χριστὸν φέρον ἀοράτως ἐν ἑαυτῷ. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸν τύπον τοῦ θείου ἐλέους παρεῖναι δεῖ, καὶ ἅγιον ἔλαιον ἐνεργεῖται. Τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ σημαίνει τὴν ἐκπλυσίν τε καὶ κάθαρσιν, καὶ ἤδη ἡγίασται· τὸ ἔλαιον δὲ τὸ θεῖον ἔλεος δείκνυσι, καὶ τὸ ἱλαρὸν αὐτοῦ τῆς χρηστότητος. Ὃ δὴ καὶ τοῖς τετραυματισμένους παρὰ τοῦ κοινοῦ ἐχθροῦ καὶ μωλωπισθεῖσι παρέχεται, ὡς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φησὶ 82 Χριστός. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Νῶε ἐδείχθη. Περιστερὰ γὰρ ἦλθε τοῖ; εἰς τὸ ὕδωρ ἔτι οὖσι μετὰ τῆς κιβωτοῦ, κάρφος ἐλαίας τῷ στόματι φέρουσα. Καὶ τὸ μὲν ὕδωρ τὸ βάπτισμα προετύπου, ἡ περιστερὰ δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸ κάρφος δὲ τῆς ἐλαίας ὃ ἐν τῷ στόματι ἔφερεν, εἰς δεῖγμα τοῦ ἐλέους ἦν, καὶ τῆς ἀπείρου τοῦ Θεοῦ χρηστότητος. Ὅθεν καὶ ὧδε ἐν τῷ βαπτίσματι ἔλαιον προσάγεται ἅγιον. Ἁγιάζεται δὲ οὕτως· προσάγεται δι' ἀγγείου τινὸς καθαροῦ τῷ ἀρχιερεῖ, ἢ τῷ ἱερεῖ, εἰ μὴ πάρεστιν ὁ ἀρχιερεύς· καὶ ἐμφυσᾷ τούτῳ. Καὶ σφραγίζει τρίτον τύπῳ σταυροῦ τῇ χειρὶ, τῷ μὲν ἐμφυσήματι τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος δηλῶν, ἣν ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ τῷ ἐν τοῖς ἀποστόλοις θείῳ ἐμφυσήματι ὁ ἀρχιερεύς· τῷ σταυρῷ δὲ τυπῶν αὐτὸν τὸν σταυρωθέντα ὑπὲρ ἡμῶν, ὃς διὰ τοῦ σταυροῦ τὴν σωτηρίαν ἡμῖν ἐτέλεσε. Διὸ καὶ τελειοποιὸς αὐτὸς ὁ σταυρὸς, καὶ χωρὶς σταυροῦ οὐδὲν τελεῖται τῶν θείων. Εἶτα κλίνας τὴν κεφαλὴν, ἐπεύχεται ἐπὶ τῷ ἐλαίῳ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ καὶ ἐπὶ Νῶε τὸ κάρφος τῆς ἐλαίας δὶ περιστερᾶς ἐπιφέρεσθαι καὶ ἐν τῷ νόμῳ τοῦτο δεδωκότος τὸ ἔλαιον, καὶ τοῖς ἀποστόλοις παρεσχηκότος. Τελέσας καὶ εὐχαριστήσας, ἐγχέει πρῶτον τῷ ὕδατι σταυροειδῶς τὸ ἁγιασθὲν ἅγιον τρὶς ὡσεὶ ἄπαξ ἅπαν, τὸ Ἀλληλούϊα.

A jam sanctificata est; oleum vero divinam patefacit misericordiam et bonitatis ejus dulcedinem, quam vulneratis et contusis ab hoste communi largitur, prout in Evangeliis ait Christus. Quod etiam in Noe monstratum est, quippe columba rediit ad eos qui in arca super aquas erant ramum olivæ ore ferens. Ramus autem olivæ quod ore ferebat, erat in exemplum misericordiæ, et immensæ Dei bonitatis; ideo hic in baptismate sanctum offertur oleum. Ita vero sanctificatur : affertur in quodam vase mundo ad pontificem, seu ad sacerdotem, si non adest pontifex, et in illud insufflat, et ter illud manu signat signo crucis. Insufflatione quidem gratiam Spiritus manifestat, quam a Christo pontifex accepit quando divino ore in apostolos insufflavit; cruce vero refert ipsum pro nobis crucifixum qui per crucem salutem nobis adimplevit. Ideo perfectos facit crux, et absque cruce nullum ex divinis mysteriis perficitur. Postea caput inclinans deprecatur ut sanctificetur oleum Spiritu sancto, ab ipso qui ad Noe per columbam ramum olivæ emisit, et oleum in lege præscripsit atque apostolis commendavit. Completa autem oratione, actisque gratiis, primo in formam crucis in aquam infundit oleum ter sanctum modo consecratum, insignissimum canens cantum : Alleluia.

ΚΕΦΑΛ. ΞΓ'.

Τί σημαίνει τὸ Ἀλληλούϊα.

Τοῦτο δὲ τὸ ᾆσμα, τὸ Ἀλληλούϊα, οἱ ἐμπνεόμενοι τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἔλεγον προφῆται. Ὃ δὴ ἐπιδημίαν Θεοῦ σημαίνει, καὶ τὸ, « Ἔρχεται ὁ Θεὸς, καὶ τοῦτον αἰνεῖτε, » προφητικῶς τεθὲν καὶ ᾀδόμενον, διὰ τὸ μέλλειν τὸν Κύριον ἔρχεσθαι, καὶ κατὰ τὴν πρώτην αὐτοῦ καὶ τὴν δευτέραν παρουσίαν, καὶ τὴν χάριν αὐτοῦ ἀεὶ ἀποστέλλειν ἐν ἡμῖν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. Διὸ καὶ ἀεὶ τὸ ᾆσμα τοῦτο ἡ Ἐκκλησία μελῶν δεῖ, τὸν Χριστὸν λαβοῦσα, καὶ ἐξ οὐρανοῦ τοῦτο ἐκδεχομένη, ὡς εἰρήκαμεν. Ὁ μὲν οὖν θεῖος Διονύσιος ἐν τῇ ἱερᾷ κολυμβήθρᾳ μύρον ἐγχέεσθαι

CAPUT LXIII.

Quæ sit vis et sen[illegible]

C

Hic est cantus, [illegible]
spirati dicebant [illegible]
fical, et duplex [illegible]
Ipsum laudate, p[illegible]
venturus erat [illegible]
tum quam [illegible] i-
semper erat [illegible] se
semper [illegible] um
[illegible] in eo
[illegible] istud
[illegible] us Dei

Διὸ καὶ ὁ τὴν ἐξουσίαν ἔχων αὐτοῦ καὶ ἁγιάζειν δυνάμενος ἱεράρχης, ὁ τὴν ἀπαθῆ κεκτημένος καὶ ὑπέργειον ἀρχὴν τὴν τοῦ Πνεύματος, αὐτὸν ὑποδέχεται προσελθόντα. Καὶ οὐχ ἁπλῶς ὅπερ αἰτεῖται δίδωσιν· ἀλλὰ πρότερον τὴν εἰς Θεὸν ζητεῖ τοῦτον πίστιν ἀναμολογῆσαι ὀρθῶς, καὶ τὴν εἰς τὸ ὑπήκοον πρόνοιάν τε καὶ εὔνοιαν ἐν δικαιοσύνῃ.

CAPUT CXLV.

Quomodo in Ecclesia coronatur imperator.

Ideo qui potestatem ipsius habet et sanctificare valet pontifex, accepto principatu indeficiente atque superterreno, spiritus principatu, progredientem illum excipit. Et non simpliciter petitum concedit; sed prius ab isto quærit ut recte fidem ad Deum, et ad obediendum mentem docilem et benevolam in justitia confiteatur.

ΚΕΦΑΛ. ΡΜϚ'.

Διατὶ χρίεται μύρῳ ὁ βασιλεὺς, καὶ εὐχαῖς τελειοῦται.

Καὶ τοῦτο δεδωκότος τοῖς χείλεσι, καὶ ὑποσημηναμένου τῇ χειρὶ, δεῖ γὰρ ἀσφαλῆ καὶ βέβαια εἶναι τὰ πρὸς Θεὸν, τὰ τῆς ἀρχῆς αὐτῷ ἐγχειρίζει τοῦ ἄμβωνος ἄνωθεν, μέσον τοῦ βασιλευομένου λαοῦ ἀναγορεύων καὶ χρίων εἰς βασιλέα τῷ θείῳ μύρῳ καὶ ἱερωτάταις εὐχαῖς· τῷ μὲν μύρῳ σφραγίζων αὐτὸν, τῇ σημειώσει καὶ χρίσει τοῦ ὄντως παντάνακτος, καὶ κατὰ μίμησιν αὐτοῦ τοῦτον καθιστὰς ἐπὶ γῆς, καὶ ἐνισχύων τῷ Πνεύματι, καὶ μεταδοτικὴν διὰ τῆς εὐωδίας τοῦ μύρου χαριζόμενος αὐτῷ χάριν, εἰς τὸ ἄρχοντας κατὰ κόσμον καὶ στρατηγοὺς καθιστᾷν· ταῖς εὐχαῖς δὲ κατοχυρῶν καὶ περιφρουρῶν καὶ ἐνισχύων καὶ τελειῶν, ἐκ τοῦ κραταιοῦ καὶ μόνου δυνάστου καὶ Κυρίου τῶν ὅλων τὰ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν οὐρανῷ ἀγαθὰ αὐτῷ ἐξαιτούμενος. Διὸ καὶ μετὰ τὴν πρώτην εὐχὴν, τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ σταυροειδῶς ἐκχέει τὸ μύρον· δεικνὺς ὡς ὁ Χριστὸς αὐτὸν ἔχρισε, καὶ ὁ νικήσας διὰ σταυροῦ νικητὴν αὐτὸν εἶναι παρασκευάζει, καὶ ὁ τὸ κράτος ἔχων αἰώνιον, καὶ τὸ στέφος ἔχων τῆς δόξης, κράτος καὶ τούτῳ νέμει, καὶ κεφαλὴν πάντων δείκνυσι. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ μόνην χρίει τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ Ἅγιος ἀναχράζει, δεικνὺς ὅτι ἐκ τοῦ ἁγίου καθαγιάζεται, καὶ καθιεροῦται βασιλεὺς τῶν ἡγιασμένων εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ. Καὶ ταινιοῦται τὴν κεφαλὴν ὁ ἄρχων γεγονὼς πάντων. Καὶ ταινιωθεὶς, ὑποκλίνει τὴν κεφαλὴν, δηδοὺς τὴν δουλείαν τῷ τῶν ὅλων Δεσπότῃ. Καὶ τὴν δευτέραν εὐχὴν ἐπιδέχεται, ὡς λαμβάνων τὰ μέγιστα, οἷα δοῦλος εὐγνώμων παρὰ Χριστοῦ, καὶ ὡς ἐκλεκτὸς αὐτῷ.

Ideo tanquam electus ipsi, vel ab imperatore patre, vel a primis eorum qui sunt in auctoritate, ad pontificem adducitur. Sic testimonio probatur illum non tyrannice venisse, juxta leges electum esse, et ad imperium accipiendum, productum fuisse.

Et cum hoc dederit labiis manuque consignaverit, tuta enim ac firma esse oportet ea quæ ad Deum respiciunt, illa quæ principatus sunt ipsi committit, ex ambone desuper, in medio populi gubernati acclamans, et in regem divino unguento sacratissimisque precibus inungens; myrrha quidem illum signans, charactere et unctione illius qui reipsa cunctorum est dominator; et ad imitationem ipsius, illum constituens super terram, Spirituque roborans, et, per myrrhæ suavitatem, largissimam impertiens ei gratiam, ad duces civiles et militares constituendos. Precibus autem roborat, circummunit, confirmat et consecrat, ab illo qui solus est fortis et potens et omnium dominus, terrestria cœlestiaque bona ipsi exoptans. Ideo post primam orationem, in caput ejus, crucis forma, myrrham infundit; ostendens quod Christus illum unxit, et qui per crucem vicit, illum esse victorem parat, et qui potestatem habet æternam, coronamque gloriæ gestit, potentiam et illi tribuit, et omnium caput ostendit. Ideo enim solum caput ungit; et tum: » Sanctus » intonat, significans quod ex sancto sanctificatur, et consecratur, ut a Christo sit sanctificatorum imperator. Et capite cingitur qui dux omnium est factus. Et coronatus, subinclinat caput servitutem præstans omnium Dominatori. Et secundam accipit orationem, veluti maxima recipiens tanquam fidelis servus, a Christo, et tanquam ipsi electus.

ΚΕΦΑΛ. ΡΜΖ'.

Διατὶ ὁ νέος βασιλεὺς ὑπὸ βασιλέων πατέρων, ἢ στρατηγῶν ἐν τῷ μέλλειν χρισθῆναι προσάγεται.

Διὸ καὶ ὡς ἐκλελεγμένος αὐτῷ, ἢ ὑπὸ βασιλέως πατρὸς, ἢ ὑπὸ τῶν πρώτων τῶν ἐν ταῖς ἐξουσίαις, τῷ ἱεράρχῃ προσάγεται· μαρτυρουμένου κἂν τούτῳ, ὡς οὐ τυραννικῶς ἐλήλυθεν, ἀλλὰ κατὰ νόμους ἐκλεγεὶς, καὶ εἰς τὸ προχειρισθῆναι προσενεχθείς.

CAPUT CXLVII.

Quare novus imperator perungendus adducitur ab imperatoribus parentibus vel a summis ducibus.

CAPUT CXLVIII.

Quod olim preces in Ecclesia etiam pro proceribus et viris in dignitate constitutis peragebantur.

Hoc etiam sane post imp. erga cæteros in dignitate constitutos efficiebatur. Etenim post ejectionem regiamque propositionem, in ecclesiam adducebantur, et pro sacris januis, super mensam antiminsio posito, quæ sunt orationis atque benedictionis a patriarcha fiebant. Et ideo puto negotia ducum illorum fuisse prospera, quo Ecclesiæ submitterentur, et sacras Ecclesiæ preces acciperent. Rex vero postquam unctus est et pontificis de manu benedictionem accepit, assumit super caput coronam ; et crucem, in signum pietatis; et candorem, qui pulvis est in mandylio, potestatis corruptibilitatem et exinde humilitatem significans; et ab omnibus acclamatione fausta dignatus recedit.

CAPUT CXLIX.

Quid significet quod pro sacro pallio super imperatorias vestes imperator induit, et quid innuat ex levi ligno sceptrum.

Super regalia vestimenta sacrum etiam indumentum circumducitur, quod est magni dominatoris, significans moderationem et benevolentiam, quam in Ecclesiam præstare debet, et pacem. Sumit quoque virgam, non quamdam gravem ac duram, sed levem ac dulcem, ad corrigendum in lenitate, non autem ad irascendum et destruendum, nec ad conterendum et delendum.

CAPUT CL.

Quid, quod in Sancta imperator novus ingreditur.

Et ita progreditur ante sanctos martyres, quoniam bene regere debet et pacificare Ecclesiam, et ante illam progredi, et bene moderari illam, et turbulentos persequi, cogereque omnes illi subjici et esse servos. Nam et ipse servitutem et fidem illi promittit, non tectus ante tremenda mysteria, progrediens, obedientiamque tanquam matri, illi præstans; pollicetur etiam quod erit per viam currens, quæ secundum Deum est, rectam et non erraticam, ad regnum cœlorum ducentem. Postquam enim templum percucurrit, in signum vitæ quæ nunc est, ad portas altaris consistit, ubi sane stat prope sacerdotes pro ipso deprecantes, ut regnum Christi obtineat. Paulo post autem hoc regnum ipsum etiam in pignore sumit.

CAPUT CLI.

Quod in bema sive in sancta ingressus imperator communicat.

Etenim post sacri celebrationem, ad altare sicut ad cœlum rex ingressus, ipsum cœleste regnum Jesum Christum, Deum nostrum, participat; et reipsa consecratur rex sacra communione, ut ait divus Dionysius; quoniam per ipsam omnia consecrantur. Hæc etsi sunt extra subjectum, siquidem de templo est sermo, sunt tamen consequentia : nam sermo, qui de stantibus in templo erat, ad hoc nos necessario duxit.

ΚΕΦΑΛ. ΡΜΗ'.

Ὅτι καὶ ἐπὶ ἀξιωματικῶν εὐχὴ ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας πρὶν ἐτελεῖτο.

Ὁ δὴ καὶ μετὰ τοὺς βασιλεῖς καὶ εἰς τοὺς ἄλλους τῶν ἀξιωματικῶν ἐτελεῖτο. Μετὰ γὰρ τὴν ἐκλογὴν καὶ τὴν βασιλικὴν πρόβλησιν προσήγοντο τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ πρὸ τῶν ἁγίων θυρῶν ἐπὶ τραπέζης ἀντιμινσίου τιθεμένου, τὰ τῆς εὐχῆς καὶ εὐλογίας παρὰ τοῦ πατριάρχου 135 ἐγίνετο. Καὶ διὰ τοῦτο οἶμαι τὰ τῶν ἀρχόντων ἐκείνων εὐοδοῦσθαι, διὰ τὸ ὑποκύπτειν τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ τὰς ἱερὰς λαμβάνειν εὐχάς. Ὁ δέ γε βασιλεὺς μετὰ τὸ χρισθῆναί τε καὶ εὐλογηθῆναι ἀρχιερατικῇ χειρὶ, καὶ τὸ στέμμα λαβεῖν ἐπὶ κεφαλῆς, καὶ τὸν σταυρὸν εἰς δεῖγμα τῆς εὐσεβείας, καὶ τὴν ἀκακίαν, ὅπερ χοῦς ἐστιν ἐν μανδυλίῳ, σημαῖνον τὸ φθαρτὸν τῆς ἀρχῆς, καὶ τὴν ἐκ τούτου ταπείνωσιν, καὶ παρὰ πάντων τῆς εὐφημίας ἀξιωθῆναι καὶ κατελθεῖν.

ΚΕΦΑΛ. ΡΜΘ'.

Τί τὸ ὡς μανδύας ἱερὸν, ὃ ἐπάνω τῶν βασιλικῶν ἐνδυμάτων λαμβάνει ὁ βασιλεύς· καὶ τί ἡ ἀπὸ κούφου ξύλου ῥάβδος.

Ἐπάνω τῶν βασιλείων καὶ ἱερὸν ἔνδυμα περιβάλλεται, ὃ δεσποτάτου ἐστὶ, τὴν εὐταξίαν σημαῖνον καὶ τὴν εὐλάβειαν, ἣν ὀφείλει τῇ Ἐκκλησίᾳ ποιεῖν καὶ τὴν εἰρήνην. Καὶ ἔτι ῥάβδον λαμβάνει, οὐ βαρεῖάν τινα καὶ σκληρὰν, ἀλλ' ἐλαφρὰν τε καὶ μαλακὴν, διὰ τὸ παιδευτικὸν ἐν πραότητι καὶ μὴ ὀργίλον καὶ φθαρτικὸν, μηδὲ συντρίβον καὶ ἀφανίζον.

ΚΕΦΑΛ. ΡΝ'.

Τί τὸ εἰσοδεύειν εἰς τὰ Ἅγια τὸν βασιλέα.

Καὶ τῶν ἁγίων οὕτω προπορεύεται, μαρτυρῶν, ὡς εὐτακτεῖν ὀφείλει καὶ εἰρηνεύειν τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ προπορεύεσθαι ταύτης καὶ κατευθύνειν αὐτὴν, καὶ τοὺς ταραχώδεις διώκειν, καὶ πάντας ὑποκύπτειν αὐτῇ ποιεῖν καὶ δούλους εἶναι. Ἐπεὶ καὶ αὐτὸς δουλείαν αὐτῇ μαρτυρεῖ καὶ πίστιν, ἀσκεπὴς ὢν τῶν φρικτῶν μυστηρίων προπορευόμενος, καὶ ὑπακοὴν μητρικὴν αὐτῇ ἐξυπηρετῶν· καὶ ὅτι τὴν κατὰ Θεὸν ὁδὸν ἔσται τρέχων, καὶ τὴν εὐθεῖαν καὶ ἁπλανῆ, εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἄγουσαν. Καὶ γὰρ περιδραμὼν τὸν ναὸν, τὴν ἐνταῦθα δηλῶν ζωὴν, εἰς τὰς πύλας τοῦ θυσιαστηρίου καθίσταται. Ἔνθα δὴ καὶ πλησίον ἵσταται τῶν ἱερέων εὐχομένων ὑπὲρ αὐτοῦ, τυχεῖν τῆς βασιλείας Χριστοῦ. Μετὰ μικρὸν δὲ καὶ τὴν βασιλείαν αὐτὴν ἐν ἀῤῥαβῶνι λαμβάνει.

ΚΕΦΑΛ. ΡΝΑ'.

Ὅτι εἰς τὸ βῆμα ὁ βασιλεὺς εἰσερχόμενος κοινωνεῖ.

Μετὰ γὰρ τὴν ἱερουργίαν, εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσελθὼν ὡς εἰς οὐρανὸν, αὐτῆς μετέχει τῆς οὐρανίου βασιλείας Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Καὶ τελειοῦται ὄντως βασιλεὺς τῇ ἱερᾷ κοινωνίᾳ, ὡς ὁ θεῖός φησι Διονύσιος· ὅτι πάντα τελειοῦται δι' αὐτῆς. Ταῦτα εἰ καὶ ἔξω τοῦ προκειμένου· περὶ γὰρ τοῦ ναοῦ ὁ λόγος, ἀλλ' ἐπόμενα· ἐπεὶ περὶ τῶν ἱσταμένων ἐν τῷ ναῷ ἦν ὁ λόγος, καὶ εἰς τοῦτο ἡμᾶς ἀναγκαίως ἤγαγεν.

Κληρικός. Ἀναγκαιότατον, θειότατε δέσποτα. Καὶ γὰρ ἦν ἀναγκαῖον καὶ περὶ τούτου μαθεῖν.

Clericus. Maxime necessario, divinissime domine: de hoc enim nos edoceri necesse erat.

ΚΕΦΑΛ. ΡΝΒ'.

Περὶ στασεως πιστῶν καὶ κατηχουμένων, καὶ τῶν ἐπ' ἐγκλήμασιν.

CAPUT CLII.

De statione fidelium et catechumenorum et peccatis gravatorum.

Ἀρχιερεύς. Οὕτω μὲν οὖν ἵσταται ὁ εὐσεβὴς λαὸς ἐν τῷ ναῷ, τὸν ὁρώμενον τοῦτον ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς σημαίνοντι κόσμον· καὶ πάντες μόνοι χωροῦσιν ἐν τούτῳ οἱ εὐσεβεῖς, οἱ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ γῇ τὸν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς εὐσεβῶς ὑμνοῦντες Δεσπότην· οὐ μὴν δέ τις τῶν ἀσεβῶν ἢ ἑτεροδόξων καθόλου· ὅτι οὐδὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ. Ἵστανται δὲ τοῦ ἄμβωνος ὄπισθεν περὶ τὰ κατώτερα δὴ τοῦ ναοῦ οἱ εὐσεβεῖς μὲν καὶ τὴν πίστιν ὁμολογοῦντες, **136** ἀφώτιστοι δὲ ἔτι, καὶ τὸ θεῖον βάπτισμα μὴ δεξάμενοι. Διὸ καὶ ὡς μήπω πιστοὶ τελέως, μηδὲ μέλη ἐσφραγισμένα τῆς Ἐκκλησίας, ἔξω βάλλονται τῶν μυστηρίων εἰσαγομένων. Οὐ γὰρ τῆς κοινωνίας Θεοῦ οὗτοι ἄξιοι. Καὶ κατοικοῦντες γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ κτίσιν, ἀνάξιοι τῆς τοῦ Θεοῦ μετουσίας, ὡς τὴν φθαρτὴν μόνον γέννησιν ἀσχηκότες, οὐ μὴν δὲ κατηξιωμένοι τῆς ἀφθαρσίας καὶ τῆς ἀθανάτου ζωῆς. Ἐξάγονται μὲν οὗτοι· ἀλλὰ καὶ οἱ παραπεπτωκότες μετὰ τὸ βάπτισμα, καὶ ἢ Θεοῦ ἀρνήσει περιπεσόντες, ἢ αἵματι χρανθέντες ἀδελφικῷ, φόνον ἐργασάμενοι, ἢ καὶ ἑτερά τινα πεπραχότες τῆς κοινωνίας ἀπείργοντα.

Pontifex. Sic quidem igitur consistit pius populus in templo, quod visibilem hunc a cœlo et terra mundum significat. Omnes autem et soli fideles in hoc degunt, qui in Dei terra, cœli terræque Dominum pie celebrant; nullus autem omnino impiorum vel heterodoxorum; quoniam nulla est convenientia Christo cum Belial. Stant autem post umbonem ad inferiora templi, qui quidem pii sunt et fidem confitentur, non autem adhuc sunt illuminati, nec divinum baptisma susceperunt. Ideo tanquam nondum perfecti fideles nec signata Ecclesiæ membra, mysteriis introductis foras ejiciuntur. Non enim participatione Dei isti digni sunt; ad creaturam enim Dei pertinentes, indigni sunt Dei communione, quasi corruptibilem tantum nativitatem adepti, non autem incorruptibilitate vitaque immortali digni facti. Ejiciuntur quidem isti, sed et illi qui post baptisma lapsi sunt, vel Dei negatione ceciderunt, vel cæde patrata, sanguine fraterno fœdati sunt, vel alia quædam a communione excludentia perpetraverunt.

ΚΕΦΑΛ. ΡΝΓ'.

Ὅτι οὐ πάντες νῦν ἐξωθοῦνται μετὰ τῶν κατηχουμένων.

CAPUT CLIII.

Quod non omnes nunc cum catechumenis exire ecclesia jubentur.

Οἱ δὴ πάντες ἐξωθοῦντο πρότερον τῶν κατηχουμένων ἐξερχομένων. Νῦν δὲ διὰ τοὺς διωγμοὺς καὶ τὰς συνεχεῖς περιστάσεις, οὕτω τῶν Πατέρων καλὸν εἶναι λογισαμένων, κατηχούμενοι μὲν καὶ ἀρνησάμενοι καὶ φονεύσαντες ἐξωθοῦνται· οἱ δὲ λοιποὶ βάπτισμα μόνον κεκτημένοι ἀφίενται, ἰδίᾳ τῆς μετανοίας αὐτῶν παρὰ τῶν πνευματικῶν Πατέρων ἐνεργουμένης. Οὗτοι οὖν οἱ ἐξωθούμενοι περὶ τοὺς νάρθηκας ἵστανται, ἢ καὶ ἐν τοῖς κατηχουμένοις, τῶν φρικτῶν μυστηρίων ἐκτελουμένων.

Hi omnes, catechumenis egredientibus, prius ejiciebantur. Nunc autem propter persecutiones frequentesque circumstantias, sic Patribus bonum esse judicantibus, catechumeni quidem et apostatæ et homicidæ ejiciuntur; cæteri vero baptisma solum possidentes, proprio motu dimittuntur pœnitentiæ ipsorum a spiritualibus Patribus excitatæ. Illi ergo qui ejiciuntur, circa nartheces, vel in catechumenis, dum sacra mysteria peraguntur, consistunt.

ΚΕΦΑΛ. ΡΝΔ'.

Διατί νάρθηκες, καὶ κατηχουμενεῖα.

CAPUT CLIV.

Quare ecclesiæ vestibula nartheces sive ferula appellantur et catechumenorum loca.

Νάρθηκες δὲ λέγονται, ἤτοι τῶν ναῶν ἀρχαὶ, καὶ κατηχουμενεῖα, ἤτοι τῶν κατηχουμένων ὁ οἶκος. Ἃ καὶ διὰ τοῦτο ἐπενοήθη, ἵνα καὶ οὗτοι δι' ἀκοῆς καὶ ὁράσεως μόνης μετέχωσι τῶν θείων, καὶ διὰ τῶν χειλέων δὲ καὶ τῆς γλώσσης ὁμολογῶσι τὴν πίστιν, καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας ῥήματα ᾄδωσιν. Οὐ κοινωνοῦσι δὲ τῆς στάσεως τοῖς πιστοῖς, οὐδὲ τῆς εὐχῆς. Ἀκοινώνητοι γὰρ καὶ διεστάμενοι ἔτι. Εἰ οὖν τῆς ἐν λειτουργίᾳ στάσεως καὶ εὐχῆς ἀνάξιοι, πολλῷ γε μᾶλλον τῆς φρικτωτάτης κοινωνίας. Διὸ καὶ γῆς μόνον εἰρήκαμεν σώζειν τύπον τὰ ἐν τῷ νάρθηκι καὶ τὰ τῶν κατηχουμένων, ὡς δίκην ἀλόγων τούτων ἔτι ἐπὶ τὴν γῆν διαιτωμένων, καὶ τῶν μὲν μὴ γεγεννημένων εἰς τὴν ζωὴν (τῶν ἀβαπτίστων) τῶν δὲ (ἤτοι τῶν ἀρνησαμένων καὶ τῶν παραπεπτωκότων) μὴ κατὰ λόγον Θεῷ ζησάντων, ἐν τῇ γῇ δὲ καὶ ἄπιστοι

Nartheces autem dicuntur, sive templorum initia et catechumenia; sive catechumenorum sedes; quæ propterea excogitata sunt, ut isti per auditionem et visum solum divina participent, et per linguam et labia confiteantur fidem, et pietatis verba concinant. Cum fidelibus autem nec in statione, nec in oratione communicant: extra communionem enim adhuc sunt et separati. Si proinde digni non sunt ut liturgiæ assistant et orent, multo minus tremenda communione sunt digni. Ideo terræ tantum diximus servare typum ea quæ sunt in narthece et ea quæ catechumenorum sunt, siquidem animalium more vivunt adhuc isti super terram, sive qui nondum ad vitam sunt generati (non baptizati) sive qui (vel apostatæ vel peccatores) non juxta rationem Deo

vivunt. In terra autem sunt infideles et exsules paradisi ; dumque vivimus hanc corruptibilem vitam, simul cum infidelibus et irrationabilibus in terra degimus, per fidei scientiam ab istis separati : nos enim Christi fideles sumus in Christo, cujus etiam ratione vivimus. Tunc autem infideles una cum peccatoribus a justis separabuntur, et omnino cum dæmonibus foras ejicientur : electi vero soli cum Christo et angelis erunt,et Christi communione digni judicabuntur.

καὶ τοῦ παραδείσου ἐξόριστοι. Καὶ μέχρι μὲν ζῶμεν τὴν φθειρομένην τήνδε ζωὴν, ὁμοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων καὶ τῶν ἀλόγων τὴν γῆν διατρίβομεν, κεχωρισμένοι τούτων ὄντες τῇ γνώμῃ· ἐπεὶ ἡμεῖς πιστοὶ Χριστοῦ ἐν Χριστῷ, καὶ τούτου ζῶντες τῷ λόγῳ· τότε δὲ οἱ ἄπιστοι ἅμα καὶ ἁμαρτωλοὶ τῶν δικαίων διαιρεθήσονται, καὶ καθόλου μετὰ τῶν δαιμόνων ἔξω ῥιφήσονται. Ἔσονται δὲ μόνοι μετὰ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀγγέλων οἱ ἐκλεκτοὶ, καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ κοινωνίας ἀξιωθήσονται.

CAPUT CLV.

Quare in proœmiis precum extra templum consistimus, et quid notet quod nos apertis portis ingredimur (catechumenis et pœnitentibus extra manentibus).

ΚΕΦΑΛ. ΡΝΕ'.

Διατὶ ἐν τοῖς προοιμίοις τῶν προσευχῶν πρὸ τῶν ναῶν ἔξω ἱστάμεθα· καὶ τί τὸ ἀνοιγομένων τῶν πυλῶν εἰσιέναι.

Hoc etiam nunc significantes, in hymnorum exordiis extrinsecus stamus, ut ante paradisum et ipsum cœlum, terram et hanc solam repræsentantes ; et sæpe nobiscum sunt pœnitentes, sive qui ab apostasia conversi sunt, sive qui de homicidariis operibus mutati, sive qui de fidei ratione catechumeni. Apertis autem januis post hymnos extrinsecus dictos, nos quidem, ut in paradisum vel cœlum in divinum templum ingredimur ; foris autem illi manent : quo significatur nobis aperta fuisse cœlestia nosque jam in Sancta sanctorum invenisse viam, et ad lumen ascendere, thronoque Domini propinquantes familiariter stare. Ad orientem enim et ad sanctuarium procedimus, et tanquam in nubibus, in divinis verbis et hymnis, ut in aera rapimur in templi adytum, in occursum Domini qui, in cœlum ascendendo nos ipsos quoque elevavit, seque nobis viam exhibuit ut semper et ubique cum Domino essemus, qui pro nobis immolatus est. Ideo et portæ aperiuntur et vela tolluntur, ut quæ desursum sunt cum iis quæ deorsum, uniantur. Catechumeni autem et aliquot cæteri adhuc in terra sunt et extra communionem, utpote qui Deum negaverunt aut homicidii rei sunt, et nonnisi paulatim in ecclesiam intromittuntur, neque vero in altum ascendunt, imo et excluduntur, nisi propter præsentem vitam et perfectionis spem intromittuntur. Qui vero initiatus non est, omnino reprobatus, nullam cum Christo communionem habet, ut nec is qui pœnitentiam non facit, aut in statu impœnitentiæ defungitur et cum cæteris reprobis damnationis reus fit. Deus Dominus autem, qui solus bonus et misericors est, det ut omnes qui in ipsum credunt, baptizatique sunt et catechizati, cum iis qui post baptismum peccarunt, in statu pœnitentiæ decedant et cum Christo conjungantur. Sed impii quoque ad Christum convertantur et gloriæ participent ejus qui vitæ honor et voluptas est, per quem nos ipsi vere sumus et per quem omnis creatura facta est.

Τοῦτο οὖν καὶ νῦν δηλοῦντες ἐν τοῖς προοιμίοις τῶν ὕμνων, ἱστάμεθα ἔξωθεν ὡς πρὸ τοῦ παραδείσου ἢ καὶ αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ, τὴν γῆν καὶ μόνην τυποῦντες. Καὶ σὺν ἡμῖν πολλάκις οἱ μετανοοῦντες εἰσιν, εἴτε οἱ ἀπὸ τῆς ἀρνήσεως ἐπιστρέφοντες, εἴτε οἱ ἀπὸ τῶν φονικῶν ἔργων, εἴτε οἱ τὸν λόγον τῆς πίστεως κατηχούμενοι. Ἀνοιγομένων δὲ τῶν πυλῶν μετὰ τοὺς ἔξωθεν ὕμνους, ἡμεῖς μὲν εἰσερχόμεθα ὡς εἰς παράδεισον ἢ τὸν οὐρανὸν τὸν θεῖον ναὸν, ἔξωθεν δὲ ἐκεῖνοι μένουσι· δηλοῦντος τοῦ ἔργου, ὡς ἡμῖν ἀνεῳγθη τὰ ἐπουράνια, καὶ τὴν εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων ἤδη εὑρήκαμεν εἴσοδον, καὶ ἀναβαίνομεν πρὸς τὸ φῶς, καὶ τῷ θρόνῳ Κυρίου ἐγγίζοντες πλησιάζομεν. Πρὸς ἕω γὰρ καὶ τὸ βῆμα πορευόμεθα, καὶ ἁρπαζόμεθα ὡς ἐν νεφέλαις τοῖς θείοις λόγοις καὶ ὕμνοις, ὥσπερ εἰς ἀέρα, τὸν **137** ἐνδοτέρω ναὸν, πρὸς ὑπάντησιν τοῦ Κυρίου, ὃς ἀνήγαγεν ἡμᾶς ἄνω εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβὰς, καὶ ἡτοίμασεν ἡμῖν ὁδὸν ἑαυτὸν, ἵνα πάντοτε σὺν αὐτῷ τῷ Κυρίῳ ἐσώμεθα, ἱερουργουμένῳ ὑπὲρ ἡμῶν. Διὸ καὶ αἱ πύλαι ἀνοίγονται, καὶ τὰ βηλόθυρα αἴρεται, ὡς τῶν ἄνω ἀνεῳγμένων καὶ τοῖς ἐπὶ γῆς ἐνωθέντων. Ἐκεῖνοι δὲ οἱ κατηχούμενοι καὶ λοιποὶ, ἔτι εἰσὶν ἐν τῇ γῇ, ἢ ἔξω πάντη καταλειφθέντες, ὡς οἱ Θεὸν ἀρνησάμενοι καὶ οἱ πεφονευκότες τὸν ἀδελφὸν, ἢ μικρὸν εἰσελθόντες οἱ κατηχούμενοί τε καὶ οἱ ἐν πταίσμασιν ἄλλοις· οὐκ ἄνω δὲ ἀναβαίνοντες, ἀλλὰ καὶ ἐξωθούμενοι μετ' ὀλίγον. Ἐπεὶ καὶ τὸ εἰσελθεῖν μικρὸν νῦν διὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς τελειώσεως. Εἰ δ' ἀμύητός τις ἀπέλθοι, οὗτος ἔξω παντελῶς ἔσται, καὶ τοῦ μέρους Χριστοῦ ἀλλότριος, ὡς καὶ ὁ μὴ τὰ τῆς μετανοίας ἐνεργήσαι σπουδάσας, καὶ ὄψε μετανοίας ἀπελθὼν, σὺν τοῖς ἀλλοτρίοις ἔσται κατάκριτος. Ἀλλὰ δῴη Κύριος, ἀγαθὸς ὢν καὶ μόνος οἰκτίρμων οἰκτειρηθῆναι πάντας τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, καὶ βαπτισθέντας πάντας κατηχουμένους, σὺν τοῖς ἡμαρτηκόσι μετὰ τὸ βάπτισμα, ἐν μετανοίᾳ τοῦ σώματος ἐξελθεῖν, καὶ τῷ Χριστῷ ἑνωθῆναι. Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀσεβεῖς γένοιτο πρὸς αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἐπιστρέψαντας, ἀξιωθῆναι τῆς αὐτοῦ δόξης· ὃς καὶ μόνος τρυφὴ καὶ ζωὴ καὶ ἀπόλαυσις, καὶ τὸ ὄντως ὂν καὶ τὸ εἶναι ἡμᾶς ἐστι, δι' ὃν καὶ πάντα τὰ ὄντα γέγονε.

Clericus. Quæsumus, domine, ut per interventionem et preces sanctorum salus omnibus contingat.

Κληρικός. Γένοιτο ἡμῖν, δέσποτα, ταῖς τῶν ἁγίων εὐχαῖς ἡ σωτηρία τοῖς πᾶσιν.

Ἀρχιερεύς. Ναὶ ταῖς πρεσβείαις τῆς Θεομήτορος καὶ πάντων τῶν ἀγγέλων καὶ πάντων τῶν ἁγίων γένοιτο πάντας σωθῆναι τοὺς εὐσεβεῖς· τοὺς δὲ ἀσεβεῖς πρὸς εὐσέβειαν ἐπιστρέψαι. Καὶ τῶν ἑτεροδόξων τὰ πλήθη πρὸς τὸ ὀρθόδοξον ἐλθεῖν, ἀνάγκη γὰρ, καὶ ἀγάπης ἔργον Θεοῦ, τὸ ὑπὲρ πάντων εὔχεσθαι.

Pontifex. Faciamus profecto ut Deiparæ et omnium angelorum sanctorumque precibus omnes pii salventur, impii autem ad fidem convertantur, ac turba infidelium ad fidem accedant. Pro cunctis enim preces faciendi necessitas charitati divinæ inhæret.

Κληρικός. Ἰδοὺ καὶ τὰ περὶ τοῦ θείου ἐγνωμεν ναοῦ, καὶ σὺν αὐτῷ περὶ πλείστων ἄλλων. Λοιπὸν, ἅγιε δέσποτα, καὶ τὰ περὶ τῶν ἱερῶν χειροτονιῶν ἡμῖν δήλωσον.

Clericus. Ea a te edocti sumus quæ ad divinum templum pertinent, et cum ejus cognitione multa alia novimus. Cæterum, sancte domine, explica quoque nobis quæ sacras ordinationes spectant.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΩΝ.

DE SACRIS ORDINATIONIBUS.

Ἀρχιερεύς. Τοῦτο δὴ καὶ ποιήσω, ἐπεὶ καὶ ἀναγκαῖον τοῖς ἱερωμένοις ἡμῖν τὰ περὶ τῶν ἐν ἡμῖν θείων τελετῶν τοὺς λόγους εἰδέναι, ὡς ἂν μᾶλλον γινώσκοντες οἷων κατηξιώθημεν δωρημάτων, εὐγνώμονες δοῦλοι περὶ τὸν εὐεργέτην τυγχάνωμεν, καὶ τοῦ θείου ἔργου αὐτοῦ ὅση δύναμις ἐπιμελώμεθα μετὰ φόβου, ἵνα καὶ τὸν μισθὸν πολλαπλάσιον εὕρωμεν, ἀντὶ μικροῦ τινος ἀγῶνος καὶ πόνου τὴν ὑπὲρ λόγον λαβόντες ἀντιμισθίαν, καὶ τοιαύτην, οἵαν παρὰ Θεοῦ ἄνθρωπος, ὁ μὲν τὸ κατὰ δύναμιν δεδωκὼς ὡς κτίσμα καὶ κτισμάτων μέρος βραχὺ, ὁ δὲ ὡς μόνος Θεὸς καὶ κτίστης καὶ πάντα δυνάμενος, καὶ μὴ τοὐναντίον, ὃ μηδαμῶς ὅλως γένοιτο, κατάκρισις ἔλθοι τινὶ, ὡς μὴ τὸ τάλαντον καλῶς ἐμπορευσαμένῳ, ἢ τὴν θείαν μνᾶν ἐκείνην ὡς καταχώσαντι, ἢ κατά τι παραχαράξαντι. Ἀλλ' ἡμῖν ἵλεως εἴη Θεὸς, ὁ τοῦ Θεοῦ ζῶν Υἱὸς, ὁ Υἱὸς ἀνθρώπου γεγονὼς, καὶ μέγας μόνος ἀρχιερεὺς Ἰησοῦς, ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου, ὁ Χριστὸς, ὁ ἀμίαντος, ὁ ὅσιός τε καὶ ἄκακος, ὁ εἰρηνάρχης, ὁ εἰρηνοποιὸς, ὁ πρᾶος τὴν καρδίαν καὶ ταπεινὸς, ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ τιθεὶς τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων· καὶ δῴη ἀγαπῆσαι αὐτὸν ὁλικῶς, καὶ ὡς φίλον αὐτῷ ἐν αὐτῷ, αὐτοῦ ποιμᾶναι τὸ ποίμνιον, καὶ τὰ τῆς θείας ἱερωσύνης αὐτοῦ ὡς βουλητὸν αὐτῷ ἕκαστον ἡμῶν κατὰ τὸν ἐπιβάλλοντα βαθμὸν ἐκτελέσαι **138** τε καὶ πληρῶσαι, καὶ ἑνωθῆναι αὐτῷ, εὐηρεστηκότας αὐτῷ, καὶ σὺν τῇ θείᾳ ποίμνῃ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ καὶ ἡμᾶς σωθῆναι. Ἀρκτέον δὲ ἤδη περὶ τοῦ προκειμένου.

Pontifex. Hoc certe faciam, cum nobis qui consecrati sumus scire necessarium sit rationem divinorum mysteriorum quorum participes sumus, ut quo magis cognoscimus quibus donis et gratiis dignati sumus, eo æquiorem et gratiorem servitutem benefactori nostro exhibeamus, et pro viribus divino operi agendo cum timore studiose incumbamus. Qua ratione multiplicem mercedem pro modico certamine et labore consequemur, remunerationem accipientes merita nostra excedentem, talemque qualem a Deo hominem accipere par est, hic secundum vires tribuens, et velut creatura et creaturarum pusilla portio; ille ut solus creator et omnipotens. Contra autem nullo modo fiat: condemnatio pro mercede ei retribuatur, qui de talento sibi credito recte non fuerit negotiatus, vel divinam illam mnam in terram defoderit, aut aliquo modo adulteraverit. Sed propitius sit nobis Deus, Dei vivi Filius, et solus magnus episcopus, Salvator mundi, qui Christus est, purus, sanctus, peccati expers, princeps pacis, pacisque conciliator, corde mitis et humilis, qui bonus est pastor, animam ponens pro ovibus suis, donetque nobis ipsum amare toto animo, atque ut ipsi placitum est per ipsum ipsius ovile pascere, et sacra divini ejus sacerdotii munera unumquemque nostrum secundum gradum ipsi impositum, ejus voluntati obsequentes perficere et adimplere, ut cum ipsi placuerimus, ei tandem uniamur, et per ipsum cum divino ejus grege nos quoque salvemur. Nunc materiæ propositæ inchoanda tractatio.

ΚΕΦΑΛ. ΡΝϚ'.

Ὅτι δύο χειροτονίαι ἔξω τοῦ βήματος, ἀναγνώστου καὶ ὑποδιακόνου· τρεῖς δὲ ἐν τῷ βήματι, διακόνου, πρεσβυτέρου καὶ ἐπισκόπου.

Δύο μὲν οὖν εἰσι χειροθεσίαι ἔξω τοῦ βήματος, ἡ τοῦ ἀναγνώστου καὶ ὑποδιακόνου. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι, ὀψφικίων δηλαδὴ, καὶ ἡ τοῦ δεσπότου ἢ κηροφόρου εἰπεῖν πρὸ τῶν ἀναγνωστῶν γινομένη, ἥτις οὐκ οἶδ' ὅπως οὐκ ἐνεργεῖται· ὥσπερ δὲ νῦν ἐξέλιπεν. Ἐν δὲ τῇ τῶν Θεσσαλονικέων Ἐκκλησίᾳ καὶ πρὸ ὀλίγου αὕτη ἦν, καὶ ταῖς ἀρχαίαις ὑποτυπώσεσι γέγραπται. Ἐξαίρετοι δὲ χειροτονίαι ἐντὸς τοῦ βή-

CAPUT CLVI.

Duas ordinationes extra bema sive sacrarium fieri, lectoris et subdiaconi: in bemate autem tres, diaconi, presbyteri atque episcopi.

Duæ sunt igitur extra sanctuarium manuum impositiones, lectoris et hypodiaconi. Sunt et aliæ, officiorum videlicet, et deputati, sive, ut ita dicam, cereoferi, quæ ante lectorem celebratur. Ista nescio qua ratione non fit amplius, et nunc veluti deficit. Vigebat autem ante paucum tempus in Thessalonicensi Ecclesia, et in antiquis formulariis describitur. Ordinationes autem eximiæ et proprie dictæ

quæ intra sanctuarium fiunt et in ipsa sanctissima mensa, tres sunt in Trinitatis similitudinem de quibus loquitur sanctus Dionysius, diaconi, presbyteri et episcopi. Istam quidam vocat ministrationem, velut ad ministrum pertinentem, et duabus aliis subordinatam. Nihil enim minister sive diaconus sine episcopo vel presbytero facit. Hanc autem perfectivam, quæ scilicet ad presbyterum spectat, quæque sacrificii et baptismatis mysteria et alia quædam operatur, non autem omnia ; nec enim ordinationes. Nam gratiam communicativam non habet, neque aliquid aliud perfectivum vel illuminativum producere potest, sed mysteria solum et baptismum perficere.

CAPUT CLVII.

Omnia ecclesiastica a solo perfici episcopo.

Verum episcopus illuminandi vim habet, eo quod Patrem luminum imitatur, ipsiusque virtutem abunde possidet, et per ipsum omnis ordo, omne mysterium et sacramentum. Ipse enim ordinatione sua et baptizare valet, simul et sacrum unguentum conficere ; et quæ ad ministerium, et perfectionem, et illuminationem pertinent, perficere, et legere, et psallere, et monachos constituere, et domos dedicare, et gradus sive officia distribuere, et matrimonio conjungere, et virgines congregare et consecrare, omnia denique per gratiam Christi præstare ; omnia enim ecclesiastica ab ipso velut luminis fonte perficiuntur ; ideo episcopus illuminativus vocatur. Nunc autem ab eo gratiæ dono incipiemus, quod est omnium minimum, ut brevi ad perfectum accedamus. Hoc etiam ita visum est magno Dionysio, qui a diacono incipiens ad episcopum progressus est. Nos igitur et de hoc et de aliis quoque dicere volentes, a primo sacerdotii charismate, qui lectoratus est, incipiemus.

CAPUT CLVIII.

Quomodo lector ab episcopo ordinetur.

Illic ergo ad episcopum adducitur, dato prius testimonio quod sanctæ sit vitæ, quod sacra conversatione et promotione dignus, litterasque sacras didicerit. Episcopus autem sacram stolam indutus, et pallium, quod in omni sacri mysterii confectione gestare solet (hoc enim repræsentat Jesum Deum et incarnatum), Deo benedicit, gratias convenienter agens in omni Dei opere, sed maxime pro homine qui in ipsius ministerium eligitur. Finita Trisagii oratione a clericis luminaria tenentibus, quia tum illuminatio fit et gratia communicatur, episcopus vestem nigram quæ humilitatis et religiosi timoris symbolum est, benedicit, et consecrandum jubet eam induere. Quo facto ad eum adducitur, et benedicitur, signo crucis ab eo ter manu peracto : postea obsignatur. Tondet enim episcopus capillos capitis ejus in figuram crucis, divinum et tremendum Trinitatis nomen super eum invocans, ex qua omnis sacra consecratio et mysterium. Primum quidem capillos in vertice capitis

A ματος, καὶ ἐν τῇ ἱερωτάτῃ τραπέζῃ εἰς τύπον τῆς Τριάδος τρεῖς, περὶ ὧν καὶ ὁ ἱερὸς φησι Διονύσιος· ἡ τοῦ διακόνου, ἡ τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ ἡ τοῦ ἐπισκόπου. Καὶ τὴν μέν φησι λειτουργικὴν ὡς ὑπηρέτου, καὶ ἐν ταῖς δύο ἔχουσαν τάξιν· οὐδὲν γὰρ ὁ λειτουργικὸς ἤτοι διάκονος ἐνεργεῖ δίχα ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου· τὴν δὲ τελεστικὴν, τὴν τοῦ πρεσβυτέρου δηλονότι, τὰς τελετὰς μὲν, τὴν τῆς ἱερουργίας καὶ τοῦ βαπτίσματος καὶ ἑτέρας ἐνεργοῦσαν· οὐ τὰς πάσας· δὲ, οὐδὲ μὴν χειροτονίας. Καὶ γὰρ οὐ τὴν μεταδοτικὴν ἔχει χάριν, οὐδ' ἄλλον τελεστικὸν ἢ φωτιστικὸν ἐνεργεῖν ἐξισχύει· τελεῖν δὲ μόνον τὰ μυστικὰ καὶ τὸ βάπτισμα.

ΚΕΦΑΛ. ΡΝΖ'.

B *Ὅτι πάντα τὰ τῆς Ἐκκλησίας μόνος ἐνεργεῖ ὁ ἐπίσκοπος.*

Ὁ δέ γε ἱεράρχης φωτιστικός ἐστιν, ὅτι μιμεῖται τὸν Πατέρα τῶν φώτων, καὶ τὴν αὐτοῦ πλουτεῖ δύναμιν· καὶ πᾶσα τάξις, καὶ πᾶν μυστήριον, καὶ πᾶσα τελετὴ δι' αὐτοῦ. Αὐτὸς γὰρ καὶ βαπτίζειν ἅμα, καὶ μύρον ἐνεργεῖν, καὶ λειτουργικὸν καὶ τελεστικὸν ἀποτελεῖν καὶ φωτιστικὸν τῇ χειροτονίᾳ ἰσχύει· καὶ ἀναγινώσκειν, καὶ ψάλλειν, καὶ μονάζοντας καθιστᾷν, καὶ καθιεροῦν οἴκους, καὶ βαθμοὺς χορηγεῖν, καὶ πρὸς γάμον συνάπτειν, καὶ παρθενεύοντας συνιστᾷν, καὶ πάντα ποιεῖν χάριτι Χριστοῦ δύναται. Ὡς γὰρ ἀπὸ πηγῆς φωτὸς, πάντα δι' αὐτοῦ τὰ τῆς Ἐκκλησίας τελεῖται· διὸ καὶ φωτιστικὸς C ὀνομάζεται ὁ ἐπίσκοπος. Τέως δὲ ἤδη ἀπὸ τοῦ δοκοῦντος μικροτέρου τῶν δωρημάτων ἀρχόμεθα, ὡς ἂν κατὰ βραχὺ εἰς τὸ τέλειον ἔλθωμεν. Τοῦτο δὲ καὶ τῷ μεγάλῳ καλὸν ἐγνώσθη Διονυσίῳ· καὶ ἀπὸ τοῦ διακόνου ἀρξάμενος, εἰς τὸν ἐπίσκοπον ἦλθε. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἐρεῖν βουλόμενοι ἀπὸ τοῦ πρώτου τῶν τῆς ἱερωσύνης χαρισμάτων ἀρξώμεθα. Ἔστι δὲ τὸ τοῦ ἀναγνώστου.

ΚΕΦΑΛ. ΡΝΗ'.

Ὅπως ὁ ἀναγνώστης ὑπὸ τοῦ ἱεράρχου τελεῖται.

Οὗτος τοίνυν προσάγεται τῷ ἀρχιερεῖ, μαρτυρηθεὶς εἶναι τοῦ ἁγνοῦ βίου, καὶ ἄξιος ἀναγωγῆς ἱερᾶς, καὶ τὰ ἱερὰ εἰδὼς γράμματα. Καὶ ὁ ἀρχιερεὺς ἐνδεδυμένος στολὴν ἱερὰν, καὶ τὸ ὠμοφόριον, ὃ δὴ ἐπὶ πάσῃ φέρει ἱερᾷ τελετῇ, τοῦτο γὰρ ἐκτυποῖ τὸν D Ἰησοῦν Θεὸν ὄντα καὶ σαρκωθέντα, εὐλογεῖ τὸν Θεὸν εὐχαριστῶν ἁρμοδίως ἐπὶ παντὶ ἔργῳ Θεοῦ, καὶ μάλιστα ἐπὶ ἀνθρώπῳ εἰς ὑπηρεσίαν ἐκλεγομένῳ αὐτοῦ. Καὶ τῆς προσευχῆς τοῦ Τρισαγίου παρὰ τῶν κληρικῶν τελεσθείσης, φῶτα κρατούντων, ὅτι φωτισμὸς γίνεται καὶ δίδοται χάρις, ὁ ἱεράρχης ἱμάτιον εὐλογήσας μέλαν, κελεύει τοῦτο ἐνδύσασθαι τὸν τελούμενον, τὸ ταπεινὸν καὶ εὐλαβὲς τῆς ζωῆς δηλοῦντος τοῦ μέλανος. Εἶτα ἄγεται ὁ τελούμενος πρὸς αὐτὸν, καὶ εὐλογεῖται τῇ χειρὶ **139** σταυροειδῶς παρ' αὐτοῦ τρίς. Εἶτα καὶ σφραγίζεται. Κείρει γὰρ τὰς αὐτοῦ τρίχας τῆς κεφαλῆς σταυροειδῶς ὁ ἀρχιερεὺς, τὸ θεῖον καὶ φρικτὸν ὄνομα ἐπιλέγων αὐτῷ τῆς Τριάδος, ἐξ ἧς πᾶσα ἱερὰ τελετὴ καὶ μυστήριον. Καὶ πρῶτον μὲν κατὰ κορυφὴν κείρων

τὰς τρίχας φησιν, « Εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρός· » εἶτα κατὰ τὸ μέτωπον, λέγων, « καὶ τοῦ Υἱοῦ· » εἶτα ἐκ πλαγίων τῆς κεφαλῆς δεξιόθεν λέγων, « Καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· » εἶτα ἐκ πλαγίων πάλιν ἐκ τῶν ἀριστερῶν, σταυρὸν τελειῶν, καὶ ἐπιφέρει, « Πάντοτε νῦν καὶ ἀεί. » Πάντες δὲ ἑκάστῃ ἐπικλήσει τὸ Ἀμὴν λέγουσιν, ὁμολογοῦντες ἅμα καὶ βεβαιούμενοι τὰ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως. Καὶ ἡ μὲν ἀφαίρεσις τῶν τριχῶν τὴν καθιέρωσιν σημαίνει· ὅτι αἱ τρίχες ὅλου τοῦ σώματος ἐξανθήματα, καὶ ἀπαρχὴν Θεῷ προσενεχθῆναι ἐκ τοῦ ἀνθρώπου σημαίνει· σταυροειδῶς δὲ διὰ τὸν Ἰησοῦν, ὅτι αὐτὸς σαρκωθεὶς καὶ σταυρωθεὶς ἁγιάζει· ἐπ' ὀνόματι τῆς Τριάδος δὲ, ὅτι αὕτη ἡ δημιουργὸς τῶν ὅλων καὶ τελειοποιὸς, ὁ μόνος Θεός.

A tondet dicens : « In nomine Patris ; » postea in fronte dicens : « Et Filii ; » deinde ex latere capitis dextro, dicens : « Et Spiritus sancti ; » iterumque ex latere sinistro crucem perficit, inferens, « Ubique nunc et semper. » Omnes autem ad unamquamque invocationem respondent, Amen, confitentes simul et confirmantes quæ ab episcopo fiunt. Capillorum autem detractio et resectio consecrationem significat ; capilli enim totius sunt corporis flosculi de eo efflorescentes, qui detractione sua indicant primitias ab homine Deo offerri. Fit autem illa capillorum resectio in crucis figuram propter Jesum, quoniam ipse incarnatus et crucifixus sanctificat ; in nomine autem Trinitatis, quoniam solus Deus est omnium creator et consummator.

B

ΚΕΦΑΛ. ΡΝΘ'.

Διατί σφραγὶς ἐν τῷ ἀναγνώστῃ· καὶ ὅτι ἡ κουρὰ ὀφείλει πάντοτε γίνεσθαι.

Ὕστερον δὲ ἐπὶ τῆς κορυφῆς, ἐν ᾗ ἡ ἀρχὴ τῆς κουρᾶς, μείζων ἡ κουρὰ παρὰ κληρικοῦ τινος γίνεται, ὅτι κεφαλὴ πάντων καὶ κορυφὴ ὁ Χριστός· καὶ αὐτὸς σφραγίς ἐστι καὶ σημεῖον τοῖς τελουμένοις εἰς αὐτόν· καὶ αὐτὸς τούτοις ἐπικάθηται, καὶ τὸ ἡγεμονικὸν ἁγιάζει, καὶ κεφαλὴ αὐτῶν ἐστι. Τῆς σφραγῖδος οὖν μείζονος γινομένης τῇ κορυφῇ, ἵν' ἀπὸ ταύτης ὥσπερ ἀπὸ ῥίζης εἰς ὅλον ἔλθῃ τὸν ἄνθρωπον ὁ ἁγιασμὸς, προσάγεται πάλιν ἤδη ἀνατεθεὶς διὰ τῆς κουρᾶς, καὶ φαινολίου εὐλογημένου ἤτοι καμισίου, ὅπερ τῶν ἱερῶν ἐνδυμάτων ἐστὶν ἀπαρχὴ, τοῦτο τὴν χεῖρα τοῦ ἱεράρχου ἀσπαζόμενος ἐνδύεται τῷ τραχήλῳ, ὡς ὑπὸ τὸν ζυγὸν ἐλθὼν τῆς ἱερωσύνης, καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην γεγονὼς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀφιερούμενος εἰς ὑπηρεσίαν τῷ Θεῷ. Εἶτα ἐπάνω τῆς σφραγῖδος σφραγίζεται τρίς. Καὶ θεμένου τὴν χεῖρα ἐπὶ τῇ σφραγῖδι τοῦ ἱεράρχου, τὴν σκεπαστικὴν δύναμιν ἐπιδεικνυμένου τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι μεταδίδωσι χάριτος, εὔχεται οὗτος ἁγιασθῆναι τὸν τελειούμενον ἐκλελεγμένον ὄντα αὐτῷ, καὶ μετὰ πάσης σοφίας τε καὶ συνέσεως ποιεῖσθαι τὴν ἀνάγνωσίν τε καὶ μελέτην τῶν θείων λογίων. Καὶ οὕτως εὐχαριστῶν τελειοῖ τὰ τῆς εὐχῆς. Μετὰ τὴν εὐχὴν δὲ σφραγίζει πάλιν αὐτὸν εἰς τελείωσιν. Καὶ εἰρηνεύων διὰ τὴν ἐκ Θεοῦ εἰρήνην καὶ τὴν ἐν Θεῷ ἕνωσιν, εἰπεῖν προτρέπεται, εἰ μὲν ἀναγνώστης ἐστὶ, περικοπὴν ἀποστολικήν· εἰ δέ γε ψάλτης, ἐκ τοῦ Ψαλτῆρος. Καὶ οὕτως εἰρήνην δοὺς αὐτῷ καὶ εὐξάμενος, ἀπολύει τῇ σφραγῖδι πάντοθεν τειχίζων αὐτὸν τὸν τελούμενον. Τινὲς δὲ καὶ ταῖς ῥήσεσι τῶν ἀναγνωσθέντων προσέχουσι, καὶ ὡς προοίμια καὶ δείγματα ἔχουσι ταύτας τῆς τῶν τελουμένων ζωῆς.

CAPUT CLIX.

Quare signaculo utantur in lectore, et quod tonsura ubique fieri debeat.

Postremo fit in vertice, a quo tonsura incipit (major enim tonsura et integra ab aliquo clerico perficitur), quoniam Christus omnium est caput, et vertex, sigillumque et signum iis qui propter ipsum perficiuntur. Ipse quoque iis insidet, et rectores sanctificat, eorumque est caput. Confecto igitur in vertice majore sigillo, ut ipsius sanctificatio ab eo velut a radice in universum hominem perveniat, iterum adducitur ad episcopum, jam per tonsuram consecratus, et phenolio sive camisio, quod est sacrorum indumentorum primum et veluti primitiæ, benedicto, manumque pontificis deosculatus per collum induitur, non secus ac si jugum sacerdotii subiret, Deique protectioni subjiceretur, et ministerio devoveretur. Deinde signo crucis ter obsignatur super sigillum tonsura impressum. Et episcopus ponens manum super illud sigillum (qua re virtus Dei protegens et gratiam communicans ab eo demonstratur), Deum precatur ut consecrandum sibi electum sanctificet, et cum omni sapientia et prudentia divinorum oraculorum lectionem et meditationem exerceat, sicque gratias agens hanc orationem complet. Oratione completa iterum obsignat cum ad sacramenti consummationem, pacemque illi precatur propter pacem a Deo obtinendam, et cum eo unionem ; et dicere eum jubet, si in lectorem ordinatus est, lectionem ex Apostolo ; si vero in cantorem, ex Psalterio. Sicque data illi pace et precatus, consecratum dimittit undique signo crucis velut muro cinctum et munitum. Nonnulli verbis lectis attendunt, eaque velut præmia et argumenta futuræ consecratorum vitæ æstimant.

C

D

ΚΕΦΑΛ. ΡΞ'.

Ὅσα ὀφείλει ὁ ἀναγνώστης ἐνεργεῖν.

Οὕτως οὖν ὁ εἰς ἀναγνώστην καταστὰς οὗτος τάς τε θείας τῷ λαῷ ἔκτοτε ὑπαναγινώσκει Γραφὰς, προτρεπόμενος ὑπὸ διακόνων ἢ ἱερέων, τὰ τῶν προφητῶν δηλαδὴ καὶ τῶν ἀποστόλων ἱερὰ λόγια, ἱστάμενος ἐν τῷ μέσῳ ὡς ἐσφράγισται ἀσκεπής. Ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ βῆμα χωρῶν ὡς τοῦ βήματος ὑπη-

CAPUT CLX.

Quænam debeant a lectore peragi.

Sic igitur qui lector constitutus est legit ab eo tempore Scripturas propter populum positas, sacra scilicet prophetarum et apostolorum oracula, a diaconis vel presbyteris jussus, stans in medio, aperto capite eo modo quo obsignatus est. Nec hoc tantum, verum etiam sanctuarium ingrediens ut san-

ctuarii minister, lumina accendit, ignemque affert sacerdoti, præceditque cereos accensos ante sancta dona gestans; oblationes quoque, et aquam, et fervidam sacerdoti affert, et exornat quæ ad templum spectant, cæteraque subministrat; hymnos quoque divinos psallentibus præcinit, sive canonem incipit, atque, ut absolute dicam, divinorum minister est in templo. Hæc autem omnia cum pietate et tremore agere debet, et quarum rerum minister est, attendere; cogitare quoque se Dei esse, et eorum qui ad eum appropinquant; et cum sanctis se ministrare, illucque accedere quo se conferunt angeli et habitant.

A ρέτης, ἀνάπτει φῶτα, καὶ πῦρ προσάγει τῷ ἱερεῖ, καὶ προπορεύεται λαμπαδηφορῶν τῶν ἁγίων, καὶ τὰς προσφορὰς, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ ζέον φέρει αὐτῷ, καὶ εὐκοσμεῖ τὰ τοῦ ναοῦ, καὶ τὰ ἄλλα ὑπηρετεῖ, καὶ τοὺς θείους προλέγει τοῖς ψάλλουσιν ὕμνους, ἤτοι κανοναρχεῖ· καὶ ἁπλῶς ὑπηρέτης τῶν θείων ἐστὶν ἐν τῷ ναῷ. Ὃς δὴ καὶ ὀφείλει μετ' εὐλαβείας πάντα ποιεῖν, καὶ γινώσκειν τίνων ὑπηρέτης **140** ἐστὶ, καὶ ὅτι Θεοῦ, καὶ τῶν ἐγγιζόντων ἐστὶν αὐτῷ, καὶ μετὰ τῶν ἁγίων ὑπηρετεῖ, ἐκεῖσε βαίνων, ὅπου χωροῦσιν οἱ ἄγγελοι.

CAPUT CLXI.

De subdiacono.

Post lectores sequitur, ut diximus, subdiaconorum ordo, qui lectoratu excelsior est, utpote B diaconis tantum postpositus. Lectoribus autem et psaltis licet post susceptum divinum sigillum legitimo matrimonio jungi; subdiaconis autem non amplius. Illi igitur postquam lectoris sigillum primum acceperunt, et bene ministrarunt, tempore huic ordinationi suscipiendæ definito offeruntur. Tempus autem est annus ætatis vicesimus.

ΚΕΦΑΛ. ΡΞΑ'.

Περὶ ὑποδιακόνων.

Μετὰ τούτους τοὺς ἀναγνώστας, ὡς ἔφημεν, ἡ τάξις τῶν ὑποδιακόνων ἐστὶν, ἥτις καὶ ὑψηλοτέρα, ὡς μετὰ τοὺς διακόνους οὖσα. Καὶ οἱ μὲν ἀναγνῶσται καὶ ψάλται μετὰ τὴν σφραγῖδα τὴν θείαν καὶ εἰς γάμον ἔννομον ἐλθεῖν συγχωροῦνται· ὑποδιάκονοι δὲ οὐκέτι. Οὗτοι τοίνυν τὴν σφραγῖδα πρότερον τοῦ ἀναγνώστου λαβόντες, καὶ καλῶς ἐξυπηρετήσαντες, ἐν τῷ ὡρισμένῳ καιρῷ τῆς χειροτονίας ταύτης ἀξιωθῆναι προσάγονται. Καιρὸς δὲ αὐτοῖς τὸ εἰκοστὸν ἔτος.

CAPUT CLXII.

Subdiaconi ordinatio.

Pontifice igitur stante ante portas regias, missa nondum incepta, adducitur qui manus impositionem subdiaconi acceptarus est, vestem nigram indutus et porphyreum camisium. Accenduntur que luminaria, quod in omni ordinatione fieri solet in gloriam C magni Luminis, et demonstrationem illuminationis divinitus subministratæ. Deinde jussu pontificis camisium deponit, et stichurium induit pontifice ipsum benedicente. Sed prius ad orientem versus ter Deum adorat auctorem et subministratorem illuminationum, velut ad majorem illuminationem, quæ stichario significatur, accedens. Porphyream quidem vestem exuit, quæ passionis indicium est, utpote vibices adhuc sanguinolentas indicans.

ΚΕΦΑΛ. ΡΞΒ'.

Χειροτονία ὑποδιακόνου.

Τοῦ ἀρχιερέως τοίνυν ἱσταμένου ἡλλαγμένου πρὸ τῶν βασιλικῶν πυλῶν, μήπω ἀρξαμένης τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, προσάγεται ὁ τὴν χειροθεσίαν τοῦ ὑποδιακόνου λαμβάνων, μετὰ τοῦ μέλανος ἱματίου καὶ τοῦ πορφυροῦ καμισίου, ἀναπτομένων φώτων. Τοῦτο δὲ γίνεται ἐν πάσῃ χειροτονίᾳ εἰς τε δόξαν τοῦ μεγάλου φωτὸς, καὶ εἰς ἔνδειξιν τοῦ χορηγουμένου φωτισμοῦ θείου. Καὶ ἀρχιερατικῇ προσταγῇ ἀποτίθεται μὲν τὸ καμίσιον· ἐνδύεται δὲ στιχάριον, εὐλογήσαντος αὐτὸ τοῦ ἀρχιερέως, πρότερον τρὶς προσκυνήσας κατὰ ἀνατολὰς τῷ Θεῷ τῷ χορηγῷ τῶν φωτισμάτων. Ὅπερ στιχάριον δηλοῖ, ὡς πρὸς μείζονα ἔρχεται φωτισμὸν, τὸ πορφυροῦν μὲν ἀποδυθεὶς, ὃ παθητικόν ἐστι, τοὺς μώλωπας ἔτι τοὺς αἱματώδεις δηλοῦν.

CAPUT CLXIII.

Quare candida tunica sive stichario induatur cingaturque subdiaconus.

Sed album stichurium demonstrat puriores gloriæ Dei radios, amictumque perturbationis expertem. D Eum etiam cingunt, ut doceant cum non posse amplius vestem castitatis suo arbitrio possidere, sed ipsam circa lumbos ejus in humilitate constringi per temperantiam et castitatem, cum in posterum uxorem ducere non possit. Adiens igitur episcopum ab eo signatur, quia Jesus qui mortificatus est et vivit, ipsum inaugurat, et ipsi consecratur. Manus quoque illi imponitur, quoniam oratio a Deo gratiam et protectionem recipit. Ipsa autem est ejusmodi: « Quia tu posuisti in Ecclesia gradus et ordines, hunc quoque suscipe, ut as et portis templi sancti tui, » etc. Et cum gratias egit, eumque signavit, mantile imponit episcopus ejus humero, ma-

ΚΕΦΑΛ. ΡΞΓ'.

Διατί λευκὸν στιχάριον περιβάλλεται, καὶ περιζώννυται ὁ ὑποδιάκονος.

Τὸ λευκὸν δὲ στιχάριον τὴν καθαρωτέραν τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ περιβολὴν ἀπαθῆ ἐμφαίνων. Εἶτα καὶ περιζωννύουσι τοῦτον, ἔτι μὴ ἀπολύτως ἔχειν δυνάμενον τὴν τῆς ἁγνείας στολὴν, ἀλλὰ περισφίγγειν αὐτὴν ἐν ταπεινώσει περὶ τὴν ὀσφὺν ἑαυτοῦ διὰ τῆς σωφροσύνης καὶ τῆς ἁγνείας· ἐπεὶ καὶ οὐ δύναται λαμβάνειν ἔτι γυναῖκα. Προσερχόμενος οὖν σφραγίζεται, ὅτι ὁ νεκρωθεὶς καὶ ζῶν Ἰησοῦς οὗτος αὐτὸν τελειοῖ, καὶ αὐτῷ ἀνατίθεται. Καὶ χειροθετούμενος, ὅτι ἀπὸ Θεοῦ τὴν χάριν ἔχει καὶ σκέπην, τὰ τῆς εὐχῆς δέχεται. Αὕτη δέ ἐστιν, ὅτι « Σὺ ὁ θέμενος ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ βαθμοὺς καὶ τάξεις, καὶ τοῦτον πρόσδεξαι, ὡς ἂν παρίσταται ταῖς πύλαις τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου σου, ὥστε ἀνάπτειν λύχνον σκηνώματος δόξης σου, καὶ τέλειον εἶναι δοῦλόν

σθυ· » καὶ ὅσαπερ ἄλλα εὔχεται. Καὶ εὐχαριστήσας, καὶ σφραγίσας αὐτὸν, ἐπιτίθησιν αὐτοῦ τῷ ὤμῳ μανδύλιον. Ταῖς δὲ χερσὶ χερνίβιον καὶ ξέστην παρέχει. Καὶ σὺτὸς ἀσπαζόμενος τὰς τοῦ ἀρχιερέως χεῖρας, ταῦτα λαμβάνει, τιμὴν διδοὺς, ὡς ὅτι τοιούτων τετύχηκεν ὑπηρέτης εἶναι. Ὁ ἱεράρχης δὲ ὑφαπλοῖ τὰς χεῖρας, καὶ τὸ νίμμα δέχεται.

A nibus autem malluvium tradit; ipse vero episcopi manus deosculatus hæc accipit. Huncque honorem ei defert, eo quod hujusmodi ministerium consecutus est. Episcopus autem manus extendit, et consueta recipit.

ΚΕΦΑΛ. ΡΞΔ'.

Ὅσα ἐνεργοῦσιν οἱ ὑποδιάκονοι.

Καὶ οὕτως εὐλογούμενος ὁ τελεσθεὶς, καὶ τοὺς ὑποδιακόνους ἀσπασάμενος, ὡς ὁμοταγὴς αὐτοῖς γεγονὼς, ἀπέρχεται, ἐκτελῶν τὰ τῶν ὑποδιακόνων σὺν αὐτοῖς. Καὶ φυλάσσει μὲν τὰς πύλας τὰς ἱερὰς, ἵνα μή τις τῶν ἀναξίων ἔνδον εἰσέλθῃ τοῦ βήματος· ἅπτεται δὲ τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ εὐκόσμως αὐτὰ κατατίθησιν, εἰς τὸ τοὺς ἱερεῖς προσενέγκαι **141** τὰ δῶρα, εὑρηκότας ἡτοιμασμένα. Καὶ ἐν τῇ μεγίστῃ δὲ εἰσόδῳ ταῦτα ὑποδεχόμενος, τὰ περιττεύοντα λέγω τῶν ἱερῶν σκευῶν, περιφυλάξαι τοῖς ὑπηρέταις δίδωσιν. Οὐ γὰρ ἅπτεσθαι θεμιτὸν τούτων ἄλλοις τῶν ὑποδεεστέρων. Τοὺς κατηχουμένους τε ἐξωθεῖ κατὰ καιρὸν, ὅτε φησὶν ὁ διάκονος, « Οἱ κατηχούμενοι, προέλθετε. » Καὶ ἐν ταῖς λιτανείαις τὸν σταυρὸν οὗτος κατέχων, προπορεύεται. Ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ λυχνίαν καὶ τὸ τρικήριον τοῦ βήματος καὶ τὰ φῶτα οἱ ὑποδιάκονοι εὐτρεπίζουσι. Διὸ καὶ μετὰ τοὺς διακόνους πρὸ τῶν ἱερῶν πυλῶν ἐν πάσῃ ἱερουργίᾳ, ὅτε χρὴ ὑπηρετεῖν τῷ ἀρχιερεῖ, προσέρχονται οὗτοι, καὶ τῶν μυστηρίων κοινωνοῦσι. Καὶ τὰ μὲν τῶν ὑποδιακόνων, ἤτοι ὑπηρετῶν, οὕτω.

CAPUT CLXIV.

Quænam subdiaconis peragenda sint.

Sicque ordinatus benedicitur, et salutans subdiaconos, ut factus ejusdem ordinis, ad eos abit, exsecuturus subdiaconorum munia; custoditque portas sacras, ne quis profanorum intra sanctuarium ingrediatur: tangit quoque vasa sacra, et pulchro ordine ea disponit, ut sacerdotes præparata invenientes dona deferant, et in maximo introitu ea suscipiens, vasa, inquam, sacra quæ supersunt conservat, et ministris (sive subdiaconis aliis) tradit. Fas enim non est inferioribus quam isti sunt, ea tangere. Catechumenos quoque expellit tempore constituto, cum scilicet dicit diaconus, « Catechumeni, procedite. » In litaniis crucem tenens cæteros præcedit. Subdiaconi insuper cereostata in divina mensa, et tricerium sanctuarii, et luminaria præparant et adornant. Ideo in omni sacra operatione cum episcopo inserviendum est, accedunt illi ad sacras portas post diaconos, ibique mysteriorum communione fruuntur. Sic se habent ea quæ ad subdiaconos sive ministros pertinent.

ΚΕΦΑΛ. ΡΞΕ'.

Περὶ διακόνων

Μετ' αὐτοὺς δέ εἰσιν οἱ διάκονοι, οἱ καὶ λειτουργοὶ καὶ Λευῖται ὡς ἀπὸ τῶν νομικῶν ἐκείνων καλούμενοι. Πλὴν οὐδὲν ἴσον τούτοις τε καὶ τοῖς παλαιοῖς· ὅτι σκιᾷ μὲν ἐκεῖνοι ἐλάτρευον, οὗτοι δέ γε τῇ ἀληθείᾳ. Καὶ τοῖς ἑπτὰ τῶν ἐν ἀποστόλοις διακόνων, ὧν ὁ Στέφανος πρῶτος ἦν, οὗτοι δὴ συναριθμιοι. Οἳ καὶ οὐ μόνον τοῖς μυστηρίοις ὑπηρετεῖν, ἀλλὰ δὴ καὶ ἐξοικονομεῖν δύνανται τὰ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διακονήματα.

CAPUT CLXV.

De diaconis.

Post hos veniunt diaconi, qui et ministri et Levitæ velut a legalibus illis dicuntur. Verumtamen nihil est æquale istis et antiquis; quoniam hi umbræ serviebant, illi vero veritati, et apostolicis diaconis, quorum Stephanus primus erat, adnumerantur; quique non solum mysteriis inserviunt, sed etiam administrant ea quæ in ecclesia sunt officia,

ΚΕΦΑΛ. ΡΞϚ'.

Ὅτι διάκονοι κατὰ τοὺς ἑπτὰ ἐκείνους καὶ κρίται καὶ διακονημάτων μεγίστων οἰκονόμοι καθίστανται.

Καὶ τοῦτο ἄχρι τοῦ νῦν ὁρᾶν ἐστιν ἐνεργούμενον. Τοὺς γὰρ ἐκκρίτους τῶν διακόνων καὶ εἰς ἐπισκόπων τάξιν τιθέασι· καὶ σταυροὺς μὲν ἔχουσιν ἐπὶ κεφαλῆς, κριταὶ δὲ τελοῦσι. Καὶ ὁ μὲν αὐτῶν τὰ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας οἰκονομεῖ ὑπέρ τε τῶν κληρικῶν καὶ τῶν πενήτων, κατὰ τὸν ἱερώτατον Στέφανον· ὁ δὲ τὰ τῶν ἱερῶν μονῶν· ὁ δὲ τὰ τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας· ὁ δὲ τὰ τῶν ἱερέων διευθετεῖ καὶ τῶν κρίσεων καὶ χαρτοφυλακεῖ τὰ πεπραγμένα· ὁ δὲ τὰ τῶν ἱερῶν οἴκων φροντίζει τῶν ἐν τῇ πόλει, ὅπως εὐτάκτως ἔχωσι, καὶ μάλιστα τὰ τοῦ βήματος· ὁ δὲ τὰ τῶν ἐπιστρεφόντων ἐκδικεῖ καὶ οἰκονομεῖ, καὶ ἁπλῶς ἡ τοιαύτη τάξις καὶ τοῖς μεγάλοις ἔργοις ἐγχρίνεται.

CAPUT CLXVI.

Quod diaconi, illorum septem more, et judices et administrationum maximarum curatores constituuntur.

Hoc etiam huc usque fieri videre est. Præcipuos enim et selectos e diaconis in episcoporum ordinem admittunt: cruces quoque in capite gestant, et judices constituuntur. Eorum quidem unus quæ ad Magnam Ecclesiam pertinent tam pro clericis quam pauperibus administrat juxta sanctissimum Stephanum: alius vero quæ ad sacra tantum: alius quæ ad vasa sacra, et ecclesiasticam disciplinam: alius quæ sunt sacerdotum et judiciorum inter eos exercendorum disponit et curat, actaque describit, archivis inserit, et custodit: alius sacrarum domuum quæ in urbe sunt, curam gerit, ut omnia in eis bene se habeant, præsertim quæ ad ecclesiarum sanctuaria: alius ad religionem vel meliorem frugem conversos protegit et procurat; atque, ut absolute dicam, ordo iste ad magna quæque agenda admittitur.

CAPUT CLXVII.

Quare subdiaconus vel diaconus ordinandus testimonio ornatur a septem presbyteris, non a diaconis.

Quapropter qui in diaconum promovendus est, non prius ordinatur quam sicut subdiaconus testimonium idoneum præstiterit, et vitæ sanctæ conveniens. Veluti cum Stephanum promoverunt, non prius constituerunt eum diaconum quam cognovissent, et testimonium accepissent eum Spiritu sancto plenum, sapientia et virtute præditum. Testimonium igitur de eo perhibent septem presbyteri, non autem diaconi, quoniam testimonium quod de eo perhibetur, perfectum esse debet et a perfectis redditum.

CAPUT CLXVIII.

Quod maturum annis ordinandum esse oportet.

Debet quoque esse ætatis perfectæ, ne sit in operibus reprobandus. Nam si qui ætate nondum est perfecta, nihil firmum et ratum in rebus mundi agere potest, multo magis ætatis esse debet perfectæ qui divinis rebus inservit, ut annorum numero et securitatem et majestatem sibi conciliet. Hoc statuunt divini Patrum Spiritu sancto actorum canones qui res omnes ecclesiasticas modo consentaneo disponunt et digerunt. Si autem nonnulli divini episcopi discretione quadam istos annos in monachis sibi subditis breviant et contrahunt, hoc ideo fit quod monachis voluntatem suam facere non licet, sed aliorum. Quod si hoc verum esse visum fuerit, forsan et audere rationabile erit. Attamen quæ a canone statuta sunt observare decet ; id enim est subjectio. Adducitur ergo qui ordinationem diaconatus suscipit; primumque testimonium illi perhibetur, non a duobus vel tribus, sed a septem presbyteris, ut accessuro ad sancti Spiritus ministerium. Ideo a perfectis testibus videlicet sacerdotibus, et quæ Spiritus sunt perfecte possidentibus, juxta numerum eligitur, ut firma sit et rata quæ per eos fit electio et testimonium. Nam sacrorum Ecclesiæ mysteriorum ministrum oportet ab omnibus eligi, ut electio suspicione vacet, et sit secura ; cum omnes Stephano testimonium perhibuerint, quod sapientia et fide plenus fuerit. Testes autem propriis manibus testimonium suum confirmant, videlicet quod moribus et vitæ instituto dignus sit sacerdotio fungi, et quod sit ætate ad ministrandum perfecta.

CAPUT CLXIX.

Ordinatio diaconi.

Si nondum subdiaconus factus est, prius, ut diximus, consecratur in subdiaconum antequam missa inchoetur, episcopo in inferioribus portis ei manum imponente, et eum consecrante, cum ministret non precibus quæ fiunt in altari, sed iis qui exterius sunt, aliisque secundum gratiam operibus. Si vero prius ordinatus est subdiaconus, idoneus est ut post sanctorum donorum consecrationem ante

ΚΕΦΑΛ. ΡΞΖ'.

Διατί μαρτυρεῖται ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι ὑποδιάκονος, ἢ διάκονος, καὶ ὑπὸ πρεσβυτέρων ἑπτὰ, καὶ οὐχὶ διακόνων.

Ὁ μέλλων τοίνυν γενέσθαι διάκονος οὐ πρότερον χειροτονεῖται, εἰ μὴ μαρτυρίαν ἱκανὴν ἀποδῶσι τῷ βίῳ ἁρμόζουσαν, ὡς καὶ ὁ ὑποδιάκονος. Ὅτε καὶ ἡνίκα προεχειρίσαντο Στέφανον, οὐ πρότερον ἂν κατεστήσαντο, εἰ μὴ ἄρα πλήρη Πνεύματος ἁγίου ἔγνωσαν αὐτὸν καὶ σοφίας τε καὶ δυνάμεως. Καὶ τοῦτο ἐπεμαρτύρησαν. Μαρτυρεῖται τοίνυν ὑπὸ ἑπτὰ πρεσβυτέρων, καὶ οὐχὶ διακόνων, ὅτι τελείαν εἶναι δεῖ καὶ παρὰ τελείων τὴν μαρτυρίαν αὐτῷ.

ΚΕΦΑΛ. ΡΞΗ'.

Ὅτι τελείων εἶναι δεῖ τὸν χειροτονούμενον χρόνων.

Καὶ τελείων δὲ εἶναί τῶν χρόνων ὀφείλει, καὶ μὴ τῇ ἡλικίᾳ ἀτελῆ, ἵνα μὴ εἴη ἐπὶ τοῖς ἔργοις ἀπρόσδεκτος. Εἰ γὰρ μὴ ὁ τῷ χρόνῳ τέλειος ἐν τοῖς τοῦ κόσμου ἀβέβαιος, πολλῷ γε δὴ τοῦτον εἶναι τέλειον χρὴ, τὸν ἐν τοῖς θείοις ὑπηρετούμενον, ὡς καὶ τῷ χρόνῳ τὸ ἀσφαλές τε καὶ σεβάσμιον ἔχειν. Καὶ τοῦτο οἱ τὰ πάντα κοσμοῦντές τε καὶ ῥυθμίζοντες θεῖοι κανόνες τῶν πνευματοφόρων Πατέρων φασίν· εἰ καί τινες ἐπὶ μοναχοῖς διακρίσει 142 θείων ἱεραρχῶν τὸν χρόνον τοῖς ὑποτασσομένοις συντέμνουσιν ἔστιν ὅτε. Ἐπεὶ οὐ τὸ θέλημα ἑαυτῶν αὐτοῖς ἐστιν, ἀλλ' ἑτέροις. Καὶ εἴ γε τοῦτο φανείη ὂν ἀληθὲς, ἴσως καί τινα ἕξει λόγον τὸ συντεμεῖν. Πλὴν τὰ κεκανονισμένα τηρεῖσθαι δέον· τοῦτο γὰρ ἡ ὑποταγή. Προσέρχεται τοίνυν ὁ τὴν χειροτονίαν δεξόμενος. Καὶ πρότερον μὲν μαρτυρεῖται οὐχ ὑπὸ δύο ἢ τριῶν, ἀλλ' ὑπὸ ἑπτὰ πρεσβυτέρων ὡς μέλλων ἐλθεῖν εἰς τὴν διακονίαν τοῦ Πνεύματος. Διὸ καὶ ὑπὸ τελείων μαρτύρων ἱερέων καὶ τὰ τοῦ Πνεύματος ἐχόντων τελείως καὶ κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἐκλέγεται, ἵνα βεβαία ᾖ διὰ πάντων ἡ ἐκλογή τε καὶ μαρτυρία· ὅτι καὶ τὸν λειτουργὸν τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἱερῶν μυστηρίων ὑπὸ πάντων ἐκλέγεσθαι χρὴ διὰ τὸ ἀνύποπτόν τε καὶ ἀσφαλές. Ἐπεὶ καὶ Στέφανος ὑπὸ πάντων ἐμαρτυρήθη πλήρης σοφίας καὶ πίστεως. Οἱ μάρτυρες δὲ οἰκείαις χερσὶ πιστοῦνται τὴν μαρτυρίαν, ὡς καὶ τῇ πολιτείᾳ τοῦ ἱεράσθαι ἄξιός ἐστι, καὶ τῷ χρόνῳ τέλειος τοῦ διακονεῖν.

ΚΕΦΑΛ. ΡΞΘ'.

Χειροτονία διακόνου.

ipso est divina synodus, advocant et adsciscunt sanctitatem tuam in episcopum sanctissimæ N. hujus Ecclesiæ.» Ipse autem hæc audiens, modeste, ut decet, de se loquitur, et se excusat. Deinde primum gratias Deo agit, qui eum supra meritum honorare dignatus est; postea archiepiscopo, et sacræ synodo, qui eum hujusmodi operis ministrum elegerunt, et eo dignari voluerunt. Denique ut Dei amicus Deum pie deprecatur ut ipsius gratia et eligentium precibus provinciam sibi commissam recte administret. Hoc modo sponsus Ecclesiæ sibi demandatæ in conspectu throni Christi, et monumenti ejus, sanctorumque angelorum et hominum constituitur. Cum autem consenserit, et Ecclesiam susceperit, de ea curam providam habere tenetur. His sic peractis quæ pertinent ad ordinationem et consecrationem præparantur.

CAPUT CXCVIII.

De ordinatione episcopi.

Instante igitur die dicta, omnes episcopi electores congregantur; adest quoque archiepiscopus ordinationem cum ipsis facturus, vel potius Christus operans quæ pecularia sunt, quæque ipse tradidit. Congregatur quoque omnis cleri multitudo, et antequam missa inchoetur, anabathra ponitur, et super eam thronus in quo sedet magnus episcopus, infra vero ex utraque parte positi sunt alii throni in quibus sedent episcopi.

CAPUT CXCIX.

De ejus confessione primoque signaculo.

Deinde cantores venientes primum adorant magnum episcopum, ut Salvatorem Christum sacerdotum princ'pem, faustis acclamationibus ingeminantes, « In multos annos, domine; » quo suum propter divinum opus gaudium non modo demonstrant, verum etiam illi continuam et perpetuam in opere perseverantiam deprecantur. Deinceps et cæteri clerici per ordinem similia faciunt, et stant juxta ordinem qui peculiariter de hac re descriptus est. Tandem venit electus præcedentibus ipsum clericis, ipsoque chartophylace, et ministro qui ex suis ab initio illi aderat.

CAPUT CC.

Quid denotent in solo descripta, tres fluvii, civitas et aquila.

Cum vero electus tres fluvios pertransiit in solo per gypsum figuratos, qui doctrinæ donum ad quod vocatus est, significant, subsistit super urbem ob oculos descriptam quæ ipsius episcopatum indicat, in cujus summitate aquila similiter describitur, puritatem, rectitudinem, et altitudinem theologiæ subindicans, quod de filio tonitrui theologo, discipulo virgine, qui in Christi sinu requiescere solebat, vulgo scribunt. Ideo lucis radios habet aquila qui theologicum et gratia donatum significant. Stans igitur super illam urbem, ipsius inscriptionem recitat, quæ dicendorum securitatem declarat.

σιν, ὡς « Ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος καὶ ἡ περὶ αὐτὸν θεία σύνοδος προσκαλοῦνται **156** τὴν ἁγιωσύνην σου εἰς ἀρχιερέα τῆς θείας ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας. » Ὁ δὲ, τούτων ἀκούσας, ἀπολογεῖται τὰ εἰκότα. Καὶ εὐχαριστεῖ πρῶτον τῷ Θεῷ, ἀξιωθεὶς τῶν ὑπὲρ αὐτόν· εἶτα τῷ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ τῇ ἱερᾷ συνόδῳ, τοιούτου ἔργου αὐτὸν ὑπηρέτην ἐκλεξαμένοις, καὶ εἰς τοῦτο καταξιῶσαι θελήσασιν. Εἶτα καὶ εὔχεται, καλῶς καὶ ὡς Θεῷ φίλον χάριτι αὐτοῦ καὶ εὐχαῖς τῶν ἐκλεξαμένων διακονῆσαι καὶ ἐκτελέσαι τὸ ἐγχειρισθέν. Καὶ οὕτως αὐτὸς μὲν μνηστὴρ τῆς ἐγχειρισθείσης ἐκκλησίας ἐνώπιον τοῦ θρόνου Χριστοῦ καὶ τοῦ μνήματος, καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων κατέστη, συμφωνήσας τε καὶ παραλαβὼν τὴν ἐκκλησίαν, καὶ φροντίζειν ταύτης καὶ προνοεῖσθαι ὀφείλων· τὰ τῆς χειροτονίας δὲ ἤδη μετὰ τοῦτο καὶ τῆς τελειώσεως ἑτοιμάζεται.

ΚΕΦΑΛ. ΡΙΗ'.

Περὶ χειροτονίας ἐπισκόπου.

Τῆς οὖν κυρίας ἐπιστάσης, συνάγονται μὲν πάντες οἱ ψηφισάμενοι ἀρχιερεῖς, πάρεστι δὲ ὁ ἀρχιεπίσκοπος τὴν χειροτονίαν σὺν αὐτοῖς ἐκτελέσων· ὁ Χριστὸς δὲ μᾶλλον εἰπεῖν δι' αὐτῶν ἐνεργῶν τὰ οἰκεῖα καὶ ἃ παραδέδωκε. Συναθροίζεται δὲ καὶ ἅπαν πλῆθος τοῦ κλήρου, καὶ ἔτι τῶν λαϊκῶν. Καὶ πρὸ μὲν τῆς ἱερᾶς λειτουργίας ἡ ἀναβάθρα τίθεται, καὶ κάθηται ἐπὶ θρόνου ἐν αὐτῇ ὁ μέγας ἀρχιερεύς· κάτω δὲ ἕτεροι ἑκατέρωθεν θρόνοι· καὶ ἐπ' αὐτοὺς οἱ ἐπίσκοποι.

ΚΕΦΑΛ. ΡΙΘ'.

Περὶ τῶν τῆς ὁμολογίας, καὶ τῆς πρώτης σφραγῖδος.

Καὶ οὕτως οἱ ψάλται μὲν ἐρχόμενοι, πρῶτον τὸν μέγαν προσκυνοῦσιν ὡς τὸν Σωτῆρα Χριστὸν ἀρχιερέα, καὶ εὐφημοῦσι τρὶς, « Εἰς πολλὰ ἔτη, δέσποτα, » λέγοντες, ἐπὶ τῷ θείῳ χαίροντες ἔργῳ, καὶ τὴν εἰς τὸ διηνεκὲς διαμονὴν τούτου καὶ ἐργασίαν εὐχόμενοι· ἑφεξῆς δὲ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ κατὰ τάξιν ἐκτελοῦντες τὰ ὅμοια, καὶ κατὰ τάξιν ἱστάμενοι, ὡς καὶ ἡ διάταξις περὶ τούτου διατυποῖ. Καὶ τελευταῖον ὁ ὑποψήφιος ἔρχεται, προηγουμένων αὐτοῦ κληρικῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ χαρτοφύλακος, ὡς ἀξιοπίστου καὶ τῶν τοιούτων ἐξαρχῆς ὑπηρέτου.

ΚΕΦΑΛ. Σ'.

Τί δηλοῦσι τὰ ἐπ' ἐδάφους ἀνιστορούμενα, τρεῖς ποταμοὶ, ἡ πόλις τε καὶ ὁ ἀετός.

Ὃς δὴ ὑποψήφιος τρεῖς ποταμοὺς διελθὼν, ἐπ' ἐδάφους διὰ γύψου ἐκτυπωθέντας, τὸ τῆς διδασκαλίας ἐφ' ᾧ ἐκλήθη δηλοῦντας χάρισμα, ἐπάνω πόλεως ἵσταται ἀνιστορουμένης, τὴν ἐπισκοπὴν δηλούσης αὐτοῦ, ἧς ἐπὶ τῇ κορυφῇ ἀετὸς ὁμοίως ἀνιστορεῖται, τὸ καθαρὸν καὶ ὀρθὸν τῆς θεολογίας καὶ τὸ ὑψηχὲν ὑπεμφαίνων· ὃ δὴ καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ τῆς βροντῆς τοῦ Θεολόγου μαθητοῦ καὶ παρθένου τοῦ καὶ ἐπιστηθίου γράφουσι. Διὸ καὶ φεγγεῖον ἔχει ὁ ἀετὸς, ὡς τὸ θεολογικὸν καὶ κεχαριτωμένον δηλῶν. Στὰς οὖν ἐπὶ τῆς πόλεως, ἐπιγραφὴν λέγει ἑαυτοῦ, τὸ ἀσφαλὲς δηλῶν περὶ τῶν μελλόντων ῥηθῆναι. Ἐπι-

λέγει δὲ τὸ ἱερὸν τῆς πίστεως Σύμβολον ὀρθῶς καὶ ὡς παρὰ τῶν Πατέρων ἐτέθη, καὶ τὰ λοιπὰ ἔτι τῆς τῶν ὀρθοδόξων Πατέρων ὁμολογίας· καὶ ὅτι οὐ δέδωκέ τι πρὸς τὸ ἐλθεῖν εἰς τὴν ἐπισκοπήν· καὶ ὡς καθαρῶς καὶ ἀμέμπτως διοικήσει τὴν ποίμνην. Καὶ τέλος λέγει τὴν ἰδίαν ὑπογραφήν, δι' ἧς τὰ προειρημένα σφραγίζει τε καὶ ὁμολογεῖ, μαρτυρῶν, ὡς καὶ τὰ ὀρθόδοξα ταῦτα τῇ ἑαυτοῦ κηρύξει ποίμνῃ, ἃ δὴ καὶ καθωμολόγησε, καὶ εἰς τέλος ταῦτα φυλάξει.

A Deinde sacrum fidei Symbolum recte et invariate refert, ut a Patribus positum est, cæterasque orthodoxorum Patrum confessiones. Affirmat quoque se ad episcopatum assequendum nihil dedisse, seque ovile suum sancte et irreprehensibiliter gubernaturum. Denique propriam subscriptionem recitat per quam quæ dicta sunt, confirmat, et confitetur, protestans se hanc doctrinam orthodoxam, quæque confessus est, gregi suo prædicaturum, et ad finem usque servaturum.

157 ΚΕΦΑΛ. ΣΑ'.

Περὶ τῆς πρώτης σφραγῖδος.

Τούτων οὖν τελεσθέντων, εἰς τὸν ἀετὸν ἔρχεται, τὴν θεολογίαν δηλαδὴ καὶ τὸ τῆς διδασκαλίας ὕφος. Καὶ παρὰ τοῦ χαρτοφύλακος τὴν κεφαλὴν γυμνωθεὶς, δι' ἣν μέλλει λαμβάνειν χάριν, καὶ κεφαλὴν ἑαυτοῦ μαρτυρῶν τὸν Χριστὸν, καὶ τὸν ἑαυτοῦ ἀρχιεπίσκοπον, δι' οὗ καὶ τὴν χειροτονίαν λαμβάνει, ὑποκλίνει τὴν κεφαλὴν, δεικνὺς τὴν ὑποταγὴν, καὶ τὴν ἐν ταπεινώσει τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος παραδοχήν. Καὶ τοῦ χαρτοφύλακος βοῶντος, « Κελεύσατε, » κατέχοντος τὸν σφραγιζόμενον ἀπὸ τοῦ τραχήλου, ἀνίστανται οἱ ἐπίσκοποι, καὶ ἐν τῇ ἀναβάθρᾳ ὁ ἀρχιεπίσκοπος· καὶ ἄνωθεν τὴν χεῖρα ἐκτείνων καὶ σφραγίζων τοῦτον, φησὶν, « Ἡ χάρις τοῦ παναγίου Πνεύματος διὰ τῆς ἡμῶν μετριότητος προχειρίζεταί σε ἐπίσκοπον ἢ μητροπολίτην τῆς δεῖνα, » καὶ τὰ λοιπά· ποιῶν σταυρὸν ἐν τῷ τέλει, σημαίνων, ὡς οὐκ αὐτὸς, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ ὁ Χριστὸς χειροτονεῖ. Καὶ τῶν ψαλτῶν ᾀδόντων τὸ, « Εἰς πολλὰ ἔτη, δέσποτα, » εὐκτέον γὰρ δεῖ εἶναι τὸ χορηγεῖσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν ὑμῖν, ὁ ὑποψήφιος ἀνερχόμενος, καθεσθέντος τοῦ ἀρχιεπισκόπου, ἀσπάζεται τούτου τὸ γόνυ, ὡς πρὸς Θεὸν κλίνων καὶ διὰ τὴν δουλείαν· καὶ τὴν δεξιὰν ὡς ὑπουργὸν θείου ἔργου, καὶ ὡς τοῦτον χειροτονήσασαν· καὶ τὴν παρειὰν διὰ τὴν ἐν Χριστῷ ἀγάπην καὶ ἕνωσιν. Ἀπερχόμενος δὲ καὶ πρὸς τοὺς ψηφισαμένους ἐπισκόπους, ἀσπάζεται τούτους κατὰ τὸ στόμα, ὡς ἤδη ἀρξάμενος τούτων γενέσθαι ὁμοταγὴς, καὶ διὰ τὰ ἱερὰ τούτων χείλη τὰ αὐτὸν ψηφισάμενα, καὶ διὰ τὴν ἐν Χριστῷ ἀγάπην τε καὶ εἰρήνην· καὶ οὕτω πάλιν ἐπὶ τοῦ ἀετοῦ ἱστάμενος, ὑποκλίνει τὴν κεφαλήν. Καὶ τοῦ χαρτοφύλακος λέγοντος τὸ, « Κελεύσατε, » ὑπανίστανται αὖθις οἵ τε ἐπίσκοποι, καὶ αὐτὸς ὁ ἀρχιεπίσκοπος. Καὶ τὴν χεῖρα ἐκτείνων, ἔσται μετὰ σοῦ. » Καὶ σφραγίζων αὐτὸν, ἀπολύει.

CAPUT CCI.

De primo signaculo.

His peractis, ad aquilam procedit, ad theologiam videlicet, et doctrinæ sublimitatem. Postea capite ipsius a chartophylace nudato per quod gratiam acceptarus est, testans Christum et archiepiscopum suum a quo ordinatur, sibi caput esse, illud inclinat, inclinatione subjectionem demonstrans, et Christi gratiæ cum humilitate acceptionem. Chartophylace autem tenente eum qui signandus est per collum, et exclamante : « Jubete, » surgunt episcopi, et qui est in anabathra archiepiscopus ; extendensque manum desuper, et cum cruce signans, ait : « Gratia sanctissimi Spiritus per mediocritatem meam promovet te in episcopum vel metropolitam civitatis N., et reliqua. » In fine autem crucis signum facit, quo demonstrat non se, sed Christum per ipsum ordinare. Psaltis autem cantantibus illud : « In multos annos, domine » (orandum enim est gratiam Dei nobis abunde suppeditari), ascendit electus, et sedente archiepiscopo illius osculatur genu, sese velut coram Deo inclinans, tam propter servitutem indicandam quam propter dexteram ejus quæ divini operis est adjutrix, quæque ipsum ordinavit. Genam quoque osculatur ut ordinatoris sui propter charitatem in Christo, et unionem. Abit quoque ad episcopos electores quos in ore osculatur, ut jam cum iis incipiens ejusdem esse ordinis, tum etiam propter sacra labia quæ ipsum elegerunt, et in Christo charitatem et pacem. Sic iterum ad aquilam subsistit capite inclinato. Et chartophylace dicente, « Jubete, » surgunt iterum et episcopi et ipse archiepiscopus, qui manu extensa exclamat : « Gratia sanctissimi Spiritus sit tecum, » eumque signans dimittit.

B

C

D

ΚΕΦΑΛ. ΣΒ'.

Ὅτι τὸ μήνυμα μὲν συμφωνία τε καὶ συμβόλαια καὶ μνῆστρα, ἡ τῆς προικὸς δὲ ἀπόδοσις καὶ τὰ θεῖα θεώρητρα καὶ οἱ τῆς χάριτος ἀρραβῶνες, ἡ ὁμολογία καὶ ἡ σφραγὶς καὶ ὁ ἀσπασμός.

Καὶ οὕτως ὁ μὲν ὑποψήφιος ἤδη τοὺς ἀρραβῶνας ἔσχε τῆς Ἐκκλησίας· καὶ τέλειος τυγχάνει μνηστὴρ, τὴν σφραγῖδα ταύτην ἀντὶ δακτυλίου λαμβάνων, καὶ τὸν ἀπαθῆ καὶ ἱερὸν ἀσπασμὸν ποιούμενος, ὡς φησι Παῦλος, ἀσπαζόμενος ἐν ἁγίῳ φιλήματι, καὶ χειρὶ ἤδη τὴν ἐκκλησίαν παραλαμβάνων.

CAPUT CCII.

Quod solemnis renuntiatio sit instar consensus documentorum et instrumentorum desponsationis : dotis autem traditio, sanctaque munera dotalitia et arrhabones gratiæ sunt confessio, signaculum crucis, osculumque.

Hoc modo electus arrhas matrimoniales Ecclesiæ consequitur, fitque perfecte illius sponsus, et crucis illud signum pro annulo nuptiali accipit, osculumque sacrum affectu humano carentem tradit, ut ait Paulus, salutantes in osculo sancto, et Ecclesiam jam ipsi traditam manu accipit. Ideo et facta

hactenus præclare in hac causa, et pacta magnifica, et munera ante nuptias data, et dona sponsi sponsæ oblata hæc sunt, fides in Deum verissima, quæ nulla impietate laborat, et recta confessio, et promissio conservandæ Ecclesiæ sibi desponsatæ in charitate et pace, et salutis distributione. Nondum tamen perfecte illius est vir, neque desponsatus, et jam ipsam possidens, neque unum corpus et membrum cum ipsa factus ; sed hoc jam fieri incipit, verum non absolute, sed in matrimonio magni et puri mariti, cum ipse præclaram dotem, sanguinem videlicet suum, tradens eam sibi ipsi nuptum collocavit ; irreprehensibilis ipse et castus immaculatam efficiens quæ prius meretrix erat, et gloriosam quæ nudata, et putram quæ sordibus contaminata erat, et regnum quæ mala et fœda erat ancilla. Incepta enim sacrorum operatione primus episcopus missam inchoat, primumque introitum eum episcopis et sacerdotibus more consueto facit.

CAPUT CCIII.

Quare mappulam episcopalem induit, et quare recens electus primo ingressu non egreditur.

Electus autem in secretario sese vestit, et supergeniculare sibi circumponit : jam enim castissimæ sponsæ Ecclesiæ arrham habet, signum nempe victoriæ et resurrectionis speciosi sponsi Jesu Christi Dei nostri per crucem in castitate et puritate datum. Hæc enim demonstrat supergeniculare quod est velut ensis e zona dependens, crucemque figurans, habensque resurrectionem inscriptam, qua Christi potestatem in mortem significant. Ipse equidem ad introitum non egreditur, sed honoratur ut sponsam jamjam ducturus, et privatim præeunte pompa introitum facturus. Sic autem fit ille introitus. E secretario educitur, et præeunte diacono, tenentibus cum duobus presbyteris, venit per dexteram templi partem, et solearn usque ad sanctuarium, ubi quæ ad divinum matrimonium spectant, perficiuntur ; quæ sic se habent. Post primum igitur introitum matrimonium hoc Spiritus, nempe ordinatio, perficitur, eo quod sic res ab initio hanc ordinis consequentiam nacta fuerit. Dominus enim noster incarnatus est, et pro nobis passus, et resuscitatus, deinde in cœlos assumptus est, quæ omnia primus introitus indicat. Post hæc Spiritus sanctus descendit, qui Salvatoris successores ordinavit, et ejusdem dignitatis effecit. Inde est quod pontifice cum reliquis ad altare velut in cœlos ingresso, antequam ad communem thronum velut ad supercœlestem sedem ascendat, ordinandus adducitur, et consecratur, atque ita eadem sede potitur. Nam post trisagium hymnum decantatum, qui angelorum est ode, et consentiens superiorum et inferiorum melodia, facto per tricerium in crepidine sanctæ mensæ crucis signo, non autem in synthrono propter ordinationem (Deus enim cum vult nos sanctificare et exaltare nobiscum humiliatur).

Διὸ καὶ τὰ γινόμενα ἐπὶ τούτῳ λαμπρὰ, καὶ τὰ συμβόλαια μεγαλοπρεπῆ, καὶ τὰ προγαμιαῖα δῶρά τε καὶ θεώρητρα. Ταῦτα δέ ἐστιν ἡ πίστις, ἡ τοῦ Θεοῦ ἀληθεστάτη καὶ ἀπαρέγκλητος καὶ ὀρθὴ ὁμολογία, καὶ τὸ καθυποσχέσθαι διατηρῆσαι τὴν ἁρμοζομένην ἐκκλησίαν ἐν ἀγάπῃ τε καὶ εἰρήνῃ καὶ σωτηρίας νομῇ. Οὔπω δὲ τελείως ἀνήρ ἐστιν, οὐδὲ ἁρμοσθεὶς καὶ ἤδη ἔχων αὐτὴν, οὐδὲ ἓν σῶμα καὶ μέλος γενόμενος μετ' αὐτῆς. Τοῦτο οὖν καὶ ἤδη ἔρχεται γίνεσθαι· καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐν τῷ τοῦ μεγάλου καὶ καθαροῦ νυμφίου γάμῳ· ἡνίκα προῖκα λαμπρὰν αὐτὸς τὰ αἵματα δοὺς, ταύτην ἑαυτῷ ἐνυμφεύσατο, ὁ ἄμωμός τε καὶ καθαρὸς, ἄσπιλον αὐτὴν τὴν πρὶν πόρνην ἀπεργασάμενος, καὶ ἔνδοξον τὴν γεγυμνωμένην, καὶ καθαρὰν τὴν ῥυπαρὰν, καὶ βασιλίδα τὴν πονηρὰν δούλην καὶ αἰσχρὰν ἀποδείξας. Τῆς ἱερουργίας γὰρ ἀρξαμένης, ὁ μὲν πρῶτος ἀρχιερεὺς τῆς θείας λειτουργίας ἀπάρχεται, καὶ τὴν πρώτην εἴσοδον ποιεῖται μετὰ τῶν ἀρχιερέων συνήθως καὶ ἱερέων.

158 ΚΕΦΑΛ. ΣΓ'.

Διατί ἐπιγονάτιον περιτίθεται, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ εἰσόδῳ ὁ ὑποψήφιος οὐκ ἐξέρχεται.

Ὁ ὑποψήφιος δὲ ἐν τῷ διακονικῷ φορέσας, καὶ ἐπιγονάτιον περιθέμενος, ἤδη γὰρ καὶ αὐτὸς τὸν ἀῤῥαβῶνα ἔσχε τῆς καθαρωτάτης νύμφης τῆς Ἐκκλησίας, τὸ σημεῖον τῆς διὰ σταυροῦ ἐν ἁγνείᾳ καὶ καθαρότητι νίκης καὶ ἀναστάσεως τοῦ ὡραίου νυμφίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦτό γὰρ δηλεῖ τὸ ἐπιγονάτιον, ὡς ῥομφαία κατὰ τὴν ζώνην ἐκκρεμάμενον, τόν τε σταυρὸν ἐκτυποῦν καὶ τὴν ἀνάστασιν γεγραμμένην ἔχον, τὸ κατὰ τοῦ θανάτου κράτος δηλοῦν, αὐτὸς μὲν εἰς τὴν εἴσοδον οὐκ ἐξέρχεται, οἷα νυμφεύσασθαι μέλλων τιμώμενος, ὡς ἰδίᾳ μετὰ προπομπῆς εἰσαγόμενος. Καὶ τοῦτο δὲ εἴσοδός ἐστιν· ἀπὸ τοῦ διακονικοῦ γὰρ ἐξάγεται, καὶ προηγουμένων αὐτοῦ διακόνων, παρακρατούντων τε δύο πρεσβυτέρων, διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ σωλέως ἄχρι τοῦ βήματος ἔρχεται, καὶ τὰ τοῦ θείου γάμου τελεῖται· ἃ καὶ ἔχουσιν οὕτως. Ἰδοὺ οὖν μετὰ τὴν πρώτην εἴσοδον ὁ γάμος οὗτος τοῦ Πνεύματος ἤτοι ἡ χειροτονία τελεῖται· ἐπεὶ καὶ οὕτω παρηκολούθησε τὴν ἀρχὴν σαρκωθέντος μὲν καὶ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ Δεσπότου καὶ ἀναστάντος καὶ ἀναληφθέντος εἰς οὐρανούς, ἃ δὴ πάντα ἡ πρώτη σημαίνει εἴσοδος· μετὰ τοῦτο δὲ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου κατελθόντος, ὃ τοὺς διαδόχους τοῦ Σωτῆρος κεχειροτόνηκε καὶ ὁμοθρόνους ἀπέδειξεν. Ὅθεν καὶ τοῦ ἀρχιερέως εἰσελθόντος εἰς τὸ θυσιαστήριον ὡς εἰς οὐρανοὺς μετὰ τῶν λοιπῶν, πρὸ τοῦ ἀναβῆναι τὸ σύνθρονον ὡς τὸν ὑπερουράνιον θρόνον, ὁ χειροτονούμενος ἄγεται καὶ τελεῖται, καὶ οὕτω σύνθρονος γίνεται. Μετὰ γὰρ τὸν τρισάγιον ὕμνον τὴν τῶν ἀγγέλων ᾠδὴν, τὴν σύμφωνον τῶν ἄνω τε καὶ κάτω μελῳδίαν, τῆς σφραγῖδος διὰ τοῦ τρικηρίου ἐν τῇ κρηπῖδι γινομένης τῆς ἱερᾶς τραπέζης, καὶ οὐκ ἐν τῷ συνθρόνῳ διὰ τὴν χειροτονίαν· συνταπεινοῦται γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῖν, ἁγιάζειν ἡμᾶς καὶ ἀνυψοῦν βουλόμενος.

ΚΕΦΑΛ. ΣΔ'.

Διατί ὑπὸ πρεσβυτέρων ὁ ὑποψήφιος ἄχρι τῶν ἁγίων θυρῶν φέρεται.

Τότε ὁ χειροτονούμενος ὑπὸ πρεσβυτέρων προσφέρεται. Εἰ γὰρ καὶ μνηστὴρ γέγονε τέλειος τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ τὴν σφραγῖδα τῶν μνήστρων εἴληφε καὶ τὸν ἀσπασμὸν, ἀλλ' οὔπω νυμφίος γέγονε ταύτης, οὐδὲ τὴν τιμὴν ἔλαβε τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως, ἣν ἐμνηστεύσατο ὡς μήπω ἁρμοσθεὶς αὐτῇ, οὐδὲ ἀνὴρ γεγονὼς, οὐδὲ ταύτην ἐμπιστευθείς, οὐδὲ ἓν σὺν αὐτῇ γεγονὼς πνεῦμα· ἐπεὶ καὶ πνευματικὰ πάντα ταῦτα· καὶ οὐδὲ σὰρξ ὧδε χωρεῖ· ὅτι καὶ τέκνα τίκτει δι' αὐτῆς, ἃ οὐκ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ τελοῦσι τικτόμενα. Διὸ καὶ πρεσβύτερος ἔτι καλεῖται πρὸ τῆς νυμφεύσεως, ἄχρι δὴ καὶ τοῦ ἀνὴρ τῆς Ἐκκλησίας καὶ ἐπίσκοπος γενέσθαι τε καὶ κληθῆναι.

ΚΕΦΑΛ. ΣΕ'.

Χειροτονία ἐπισκόπου.

Καὶ προάγεται μὲν ἄχρι καὶ τῶν θυρῶν ὑπὸ πρεσβυτέρων· ἔνδοθεν δὲ ὑπὸ ἐπισκόπων δύο τῶν πρώτων ὡς μαρτύρων τοῦ πράγματος ἅμα παραλαμβάνεται· καὶ ὅτι εἰς τὴν τάξιν ἔρχεται τούτων. Καὶ κύκλῳ τρὶς τὴν ἱερὰν τράπεζαν διελθὼν, θείας χορείας συνισταμένης, τοῦ ἤχου τῶν ἑορταζόντων καὶ πανηγυριζόντων ἐν Πνεύματι ᾀδομένου, καὶ τῶν μαρύρων συγχορεύειν ἡμῖν ἐπιβοωμένων, καὶ τοῦ, « Δόξα σοι, Χριστὲ ὁ Θεὸς, » τῶν ἀποστόλων καύχημα, μαρτύρων ἀγαλλίαμα,» ἅμα ἐν ἀγαλλιάσει μελπομένου, ὅτι τούτων ἡ Τριὰς ἡ ὁμοούσιος κήρυγμα, προσάγεται τῷ μεγάλῳ ἀρχιερεῖ ὁ χειροτονούμενος ἐπὶ τῇ τῆς ἱερᾶς τραπέζης **159** κρηπῖδι, ὡς λίθος στερρὸς ἑδραζόμενος ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῆς Ἐκκλησίας. Τό γε δὲ, « Δόξα σοι, Χριστὲ ὁ Θεὸς, » ἐν μὲν τῇ Κωνσταντινουπόλει ταῖς χειροτονίαις οὐκ ἔγνωμεν ὅλως ᾀδόμενον· ἐν τῇ τῶν Θεσσαλονικέων δὲ εὕρομεν μετὰ τὸ δὶς εἰπεῖν τὸ, « Ἅγιοι μάρτυρες. » Ὃ καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὡς ἐκεῖσε μὲν τῶν μαρτύρων μόνον τῇ χορείᾳ προσκαλουμένων, ὧδε δὲ καὶ τοῦ Σωτῆρος αὐτοῦ τοῦ ἑνὸς τῆς Τριάδος σεσαρκωμένου, καὶ τῆς Τριάδος αὐτῆς ὁμουσίου δοξαζομένης. Καὶ πάντων τῶν θειοτάτων ἐπισκόπων κυκλούντων τὸν χειροτονούμενον, καὶ ἁπτομένων αὐτοῦ ὡς συγχειροτονούντων τῷ πρώτῳ, ἡ πρώτη σφραγὶς καὶ ἀπαρχὴ τῆς χειροτονίας παρὰ τοῦ πρώτου ἀρχιερέως τῇ κεφαλῇ τοῦ χειροτονουμένου γίνεται. Εἶτα κάμπτει καὶ ἄμφω τὰ γόνατα ὁ χειροτονούμενος ἐπὶ τῆς κρηπῖδος· καὶ τὸ μέτωπον τῇ ἱερᾷ προσερείδει τραπέζῃ· ἐπειδήπερ οἰκονομεῖται μὲν καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν· δέχεται δὲ τὴν χάριν ἀπὸ τοῦ ὑπερουρανίου Θεοῦ, οὗ ὡς θρόνος μὲν τὸ θυσιαστήριον, ὡς χεὶρ δὲ ἡ χεὶρ τοῦ ἀρχιερέως. Ταύτης οὖν ἐπιτιθεμένης τῇ χειροτονουμένου κεφαλῇ καὶ τοῦ πτεροῦ φερομένου, ὃ δὴ τὴν περιστερὰν ὑπεμφαίνει διὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον,

CAPUT CCIV.

Quare a presbyteris usque ad sacras fores adducitur recens electus.

Tum ordinandus a presbyteris præsentatur. Licet enim factus sit sponsus episcopatus perfectus, et sigillum crucis atque osculum acceperit, ut nuptiarum pignus, nondum tamen istius Ecclesiæ vir est, neque filiæ regis quam desponsavit, dignitatem accepit, cum nondum ipsi connubio junctus fuerit, neque maritus factus, nec ejus fidei commissa sit, nec in unum spiritum cum ea coaluerit. Hæc enim omnia spiritalia sunt, et illuc caro non accedit, quoniam per eam filios gignit qui neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo gignuntur. Ideo et presbyter adhuc appellatur ante matrimonii celebrationem, quoadusque vir Ecclesiæ et episcopus fiat et vocetur.

CAPUT CCV.

Ordinatio episcopi.

Adducitur autem a presbyteris ad portas usque sanctuarii; interius vero ab episcopis duobus primis ut actionis testibus. Verum suscipitur ab iis, quoniam ad eorum ordinem progreditur. Ter autem chorea facta circumit sacram mensam. Interim cantantur hymni in tono diem festum agentium, et panegyrim celebrantium, martyresque ut nobis indulgentiam impetrent magno clamore invocantur. Cantatur quoque hymnus : « Gloria tibi, Christe Deus, » apostolorum gaudium, martyrum exsultatio ; » sed exsultatione et lætitia gestientes, quia Trinitas consubstantialis eorum prædicatio. Ordinandus magno episcopo adducitur ad crepidinem sacræ mensæ, velut lapis firmus positus et stabilitus super fundamentum Ecclesiæ. Quod ad hymnum, « Gloria tibi, Christe Deus, » non novimus omnino quod in ordinationibus quæ Constantinopoli fiunt, decantetur. In Thessalonicensium vero Ecclesia hoc invenimus, postquam bis dictum est, « Sancti martyres. » Quod necessarium est : nam illic quidem martyres tantum in chorea invocantur ; hic vero etiam Salvator ipse, qui unus de Trinitate incarnatus est, et ipsa quoque Trinitas consubstantialis glorificatur. Omnibus divinissimis episcopis circumdantibus ordinandum, et ipsum tangentibus ut appareant primo consentientes, primum sigillum, et ordinationis primitiæ a primo episcopo fiunt capiti illius qui ordinatur. Postea flectit utrumque genu ordinandus super crepidinem et frontem sacræ mensæ incumbit, quandoquidem gubernat et ædificat ipse super fundamentum apostolorum et prophetarum. Recipit autem gratiam a Deo supercœlesti, cujus quidem veluti thronus est altare ; cujus veluti manus est, episcopi manus. Ea igitur ordinandi imposita capiti, et alia portata quæ columbam subindicat propter Spiritum sanctum, elata voce quæ in ea scripta sunt, promulgat, « Divina gratia, » et quæ sequuntur. Cantato deinde

ter « Kyrie eleison, » secundum sigillum fit super caput consecrandi.

CAPUT CCVI.

Quare Evangelium ordinandi episcopi capiti imponitur.

Mox Evangelium aperitur, quod Christus est, et per ipsum Ecclesia ejus ; et apertum ponitur super caput et cervicem ordinandi. Qua actione significatur Christum habere pro capite, qui factus est Ecclesiæ caput et omnia quæ Christi sunt illum cognoscere, omnemque illius cognitionem, quantum licet, habere ; cum constituatur in ea quæ principatum ejus spectant : omnem præterea mentem, et rationem, et sensus secundum Christum efformare et accommodare, eumque cervicem levi Christi jugo submittere, nihilque agere præter ipsius sententiam ; quoniam Ecclesiam ipsius super caput et cervicem per Evangelium suscepit. Eo igitur aperto, et imposito, sacrisque litteris ordinandi capiti incumbentibus, episcopus primam precem precatur : « Ut Herus et Dominus Deus noster qui constituit in Ecclesia primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, » et reliqua, « quique hunc vocavit ad episcopalem dignitatem per manum meam et reliquorum coepiscoporum, corroboret per adventum et virtutem, et gratiam sancti Spiritus, sicut apostolos corroboravit et prophetas, et ungat quemadmodum reges, et sanctificet ut principes sacerdotum, et eo sine peccato et macula conservato, et episcopatu ornato in omni morum gravitate et severitate sanctum efficiat, ut postulet quæ ad populi salutem spectant, et ad obedientiam ipsi præstandam. » Quod equidem maximum est donum ; et revera maxima dona hæc sacra precatio præbet, cum tradat ordinando apostolorum et prophetarum virtutem. Quapropter episcopi donis gratiæ apostolicis et propheticis fruuntur. Hunc autem ungendum, inquit, « non secus ac reges ; » quoniam illi ungebantur oleo et spiritu ; et nunc etiam reges unguntur ab Ecclesia, principatum ab ea suscipientes. Episcopi quoque propter potestatem et principatum gratia Spiritus unguntur : « Constitues eos, inquit Scriptura, principes super omnem terram. » Sanctificat autem eum sicut principes sacerdotum, et antiquos illos Melchisedech, Aaron et Samuel ; ut etiam apostolos quos sacros gratiæ principes et mystas constituit, ut in altare supernum ingrediatur, et Agnum viventem sacrificet, et pro omnibus propitietur ; atque ut sanctificatus ingrediatur in Sancta sanctorum, et quæ vere sancta sunt, operetur, permaneatque Dei sacerdos irreprehensibilis et immaculatus, omni puritate et morum gravitate ornatus, demonstretque finem sanctum Dei sanctitate et gratia cumulatum.

τὰ ἐν αὐτῷ γεγραμμένα ἐκφωνεῖ ὁ ἀρχιερεύς· « Ἡ θεία χάρις » καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ τοῦ, « Κύριε ἐλέησον, » τρὶς ᾀδομένου, ἡ δευτέρα γίνεται ἐν τῇ κεφαλῇ τοῦ τελουμένου σφραγίς.

ΚΕΦΑΛ. ΣϚ'.

Διατὶ τὸ Εὐαγγέλιον τίθεται τῇ τοῦ χειροτονουμένου ἀρχιερέως κεφαλῇ.

Καὶ εὐθὺς τὸ Εὐαγγέλιον ἀνοίγνυται· ὃ δὴ ὁ Χριστός ἐστι, καὶ δι' αὐτοῦ ἡ Ἐκκλησία αὐτοῦ· καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἀνεφγμένον καὶ τοῦ τραχήλου τοῦ χειροτονουμένου τίθεται· δηλοῦντος τοῦ ἔργου, ὡς τὸν Χριστὸν ἔχει κεφαλὴν, κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας γινόμενος, καὶ πάντα τὰ τοῦ Χριστοῦ χρὴ εἰδέναι τοῦτον, καὶ πᾶσαν ἔχειν τὴν γνῶσιν αὐτοῦ ὡς ἐγχωρεῖ, ἐπεὶ καὶ περὶ τὸ ἡγεμονικὸν αὐτοῦ τίθεται· καὶ πάντα νοῦν καὶ λόγον καὶ τὰς αἰσθήσεις τυποῦν καὶ ῥυθμίζειν κατὰ Χριστὸν, καὶ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τοῦ Χριστοῦ τὸν ἐλαφρότατον ἔχειν τὸν αὐχένα, καὶ μηδὲν πράττειν παρὰ γνώμην αὐτοῦ, ὅτι καὶ τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ αὐχένος διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐδέξατο. Τούτου οὖν ἀνεῳγμένου τεθέντος, τῶν γραμμάτων τῶν ἱερῶν ἐπικειμένων τῇ τοῦ τελουμένου κεφαλῇ, ὁ ἀρχιερεὺς τὴν πρώτην εὐχὴν εὔχεται· ἵνα Ὁ Δεσπότης καὶ Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ κατασᾶσας ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους, καὶ τὰ λοιπὰ, ὁ καὶ τοῦτον καλέσας εἰς τὴν ἀρχιερατικὴν ἀξίαν, διὰ χειρὸς αὐτοῦ καὶ τῶν λοιπῶν συνεπισκόπων τῇ ἐπιφοιτήσει καὶ δυνάμει καὶ χάριτι τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνισχύσῃ, ὡς τοὺς ἀποστόλους ἐνίσχυσε, καὶ προφήτας, καὶ χρίσῃ ὡς τοὺς βασιλεῖς, καὶ ἁγιάσῃ ὡς τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ ἀνεπλήπτον αὐτοῦ τηρήσας τὴν ἀρχιερωσύνην κατακοσμῶν ἐν πάσῃ σεμνότητι, ἅγιον ἀναδείξῃ· ὥστε αἰτεῖσθαι τὰ πρὸς σωτηρίαν τοῦ λαοῦ, καὶ ὑπακούειν αὐτὸν αὐτοῦ· ὃ δὴ τὸ μέγιστόν ἐστι δῶρημα. Καὶ ὄντως μέγιστα λίαν παρέχεται δῶρα ἡ ἱερὰ αὕτη εὐχὴ, τὴν ἰσχὺν τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν τῷ χειροτονουμένῳ διδοῦσα. Διὸ καὶ ἀποστολικὰ καὶ προφητικὰ οἱ ἀρχιερεῖς χαρίσματα κέκτηνται. Χρίσαι δὲ τοῦτον φησὶν ὡς τοὺς βασιλεῖς, ὅτι καὶ οὗτοι ἐχρίοντο ἐλαίῳ καὶ Πνεύματι. Καὶ νῦν οἱ βασιλεῖς χρίονται παρὰ τῆς Ἐκκλησίας, τὸ ἄρχοντες εἶναι παρ' αὐτῆς λαμβάνοντες· καὶ οἱ ἀρχιερεῖς δὲ διὰ τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ Πνεύματος, τῇ χάριτι χριόμενοι. « Καταστήσεις γὰρ αὐτοὺς, φησὶν, ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. » Ἁγιάζει δὲ τοῦτον ὡς τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ τοὺς πάλαι μὲν ἐκείνους, τὸν Μελχισεδὲκ, τὸν Ἀαρών τε καὶ Σαμουὴλ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀποστόλους καὶ ἱεράρχας τῆς χάριτος, ὑπὲρ τὸν νόμον καθιστῶν, ὥστε εἰς τὸ ἄνω θυσιαστήριον εἰσιέναι, καὶ τὸν ζῶντα θύειν ἀμνὸν, καὶ ὑπὲρ πάντων ἱλάσκεσθαι, καὶ **160** ἡγιασμένον εἶναι, ὡς ἂν εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰσέρχηται καὶ αὐτὰ τὰ ὄντως ἅγια ἐνεργῇ καὶ ἀνεπλήπτον αὐτὸν μένειν ἱερέα Θεοῦ, καὶ κατακοσμεῖσθαι πάσῃ σεμνότητι· καὶ τέλος ἅγιον ἀναδείξαι, πεπληρωμένον τῆς Θεοῦ ἁγιότητός τε καὶ χάριτος.

ΚΕΦΑΛ. ΣΖ'.

Διατί τὸν ἀρχιερέα, « Δέσποτα ἅγιε » λέγουσι καὶ μεγάλην αὐτῷ τὴν ἁγιωσύνην.

Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ, « Δέσποτα ἅγιε, » καὶ μεγάλην αὐτῷ τὴν ἁγιωσύνην λέγουσιν, ἐπειδὴ καὶ τοῖς ἄλλοις μὲν ἱερεῦσιν ἁγιωσύνη ἐστὶ τῆς χάριτος ἁγιαζομένοις ἐν Πνεύματι, ἐξαιρέτως δὲ τῷ ἀρχιερεῖ, χειροτονουμένῳ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Καὶ τὸν βασιλέα δὲ χρίων ὁ ἀρχιερεὺς ἅγιον ἀνακηρύττει· ἀλλὰ μόνῳ λόγῳ τῇ ἀνακηρύξει φησὶ διὰ τὸ χρίσμα τὸ ἅγιον τοῦ ἱεροῦ μύρου, ἐξ οὗ δὴ καὶ πάντες πιστοὶ χρίονται, καὶ ἅγιοι ὀνομάζονται. « Ἀδελφοὶ ἅγιοι, Παῦλός φησι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι. » —« Τὸν ἀρχιερέα δὲ ἀνάδειξον, φησὶν, ἅγιον. » Καὶ οὕτω χειροτονεῖ ταῖς εὐχαῖς ἅγιον. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς τὰ τῆς ἱερωσύνης οὐκ ἔχει, οὐδὲ τὰ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν καὶ διδασκάλων χαρίσματα· μόνον δὲ ἀναγορεύεται ἅγιος τῇ χρίσει τοῦ μύρου. Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς σὺν αὐτοῖς τοῖς χαρίσμασι καὶ τὸ ἅγιος εἶναι διὰ τῶν εὐχῶν τῆς χειροτονίας λαμβάνει· τὸ δὲ μεῖζον, ἵνα καὶ ἐφ' οἷς ὑπὲρ τῆς τοῦ λαοῦ σωτηρίας αἰτεῖται καθυπακούηται. Ταῦτα εἰρηκὼς, ἐκφωνεῖ, « Ὅτι ἡγίασταί σου τὸ ὄνομα, δεδόξασταί σου ἡ βασιλεία· » ὅτι μόνος φύσει ἅγιος ὁ Θεὸς καὶ δεδοξασμένος ἐστὶ, καὶ αὐτὸς ὁ ἁγιάζων καὶ δοξάζων, καὶ μόνος ὢν βασιλεὺς καὶ ἀρχιερεύς. Καὶ ἐκφωνῶν, ὑμνεῖ τὴν Τριάδα, παρ' ἧς πάντα τελεῖται, καὶ ἧς τὰ τοιαῦτα δωρήματα. Ἀλλὰ καὶ ἡ ἐπίκλησις τῆς Τριάδος ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος τελεσιουργεῖ καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐν πάσαις ἱεραῖς τελεταῖς.

Εἶτα παρὰ τοῦ πρώτου τῶν συνόντων ἀρχιερέων αἱ αἰτήσεις εἰκότως λέγονται, κατὰ τοῦτον δὴ τὸν καιρὸν, ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης καὶ σωτηρίας ἁπάντων, τοῦ ἀρχιεπισκόπου ὡς ἐνεργοῦντος τὸ θειότατον ἔργον, καὶ τοῦ ἔργου τῶν χειρῶν αὐτοῦ, τῆς χειροτονίας δηλαδὴ καὶ τοῦ χειροτονουμένου αὐτοῦ, τῶν εὐσεβῶν τε βασιλέων τῆς πόλεως, καὶ πάντων πιστῶν· καὶ τὸ, « Κύριε, ἐλέησον, » οἱ λοιποὶ ἀποκρίνονται· μαρτυρουμένου τοῦ ἔργου, ὅτι παρὰ πάντων τελεῖται ἱεράρχης· καὶ πάντες συμφωνοῦσι τῷ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ συνεύχονται καὶ συγχειροτονοῦσιν αὐτῷ οἱ ἀρχιερεῖς· ἐπεὶ καὶ συνεφάπτονται τοῦ τὴν χειροτονίαν δεχομένου· τοῦτο δὲ ἐν μόνῃ ἐπισκόπου χειροτονίᾳ τελεῖται· καὶ ὅτι ἐν τοιαύτῃ μεγίστῃ δωρεᾷ καὶ ἐπιφοιτήσει τοῦ θείου Πνεύματος δεῖ πάντων μεμνῆσθαι τῶν πιστῶν, ἵνα τύχωσιν ἐλέους καὶ σωτηρίας καὶ χάριτος. Ὁ ἀρχιεπίσκοπος δὲ τὴν χεῖρα ἔχων ἐπικειμένην, ὡς τὴν σκεπαστικὴν καὶ φρουρητικὴν χάριν δηλοῦσαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιδημίαν τε καὶ ἐνέργειαν καὶ ἐπισκίασιν γινομένην, μᾶλλον δὲ κατασκήνωσιν ἐν τῷ χειροτονουμένῳ τῆς χάριτος, μετὰ τὰς αἰτήσεις, εὐθὺς καὶ τὴν δευτέραν ἐπιφέρει εὐχὴν, τὴν χεῖρα ἔχων ἀεὶ ἐπικειμένην τῇ τοῦ χειροτονουμένου κεφαλῇ· δηλῶν, ὡς ὅσαπερ

CAPUT CCVII.

Quare episcopum alloquentes, « Sanctum dominum » nuncupant et magnam illi tribuunt sanctimoniam.

Propter hoc enim, « Domine sancte, » magnam dicunt esse illius sanctimoniam, quandoquidem et aliis presbyteris sanctimonia inest gratiæ per Spiritum sanctificantis, præsertim vero episcopo qui sanctus ordinatur. Episcopus autem imperatorem ungens, eum sanctum proclamat, sed verbo tantum hoc per proclamationem dicit, propter unctionem sacri ungenti chrismatis, a quo fideles omnes et unguntur et sancti denominantur. « Fratres sancti, inquit Paulus, vocationis cœlestis participes. »—« Effice illum, inquit, episcopum sanctum, » et ita illum ordinat precibus sanctitate donatum. Imperator equidem quæ sunt sacerdotii non habet, neque apostolorum, prophetarum, aut doctorum dona. Solum renuntiatur pontifex unctione chrismatis : verum episcopus per preces ordinationis accipit cum ipsis donis et sanctum esse, et quod majus est, ut in iis quæ pro alicujus salute postulaverit, exaudiatur. Hæc cum dixerit, alta voce pronuntiat orationis conclusionem : « Quoniam sanctificatum est nomen tuum, glorificatum est regnum tuum. » Quia solus est natura Deus sanctus, et glorificatus : ipse quoque est qui sanctificat, et glorificat, quique rex solus est et episcopus. Postea exclamans laudat Trinitatem, a qua omnia consecrantur, et cujus sunt omnia ejusmodi dona. Verum enim vero Trinitatis invocatio ut in baptismate, ita et hic, et in omnibus sacris mysteriis, sacras initiationes et consecrationes operatur.

Deinceps rogationes eo tempore a primo congregatorum episcoporum merito dicuntur pro superna pace, et omnium salute, pro archiepiscopo velut operante divinissimum opus : et pro operibus manuum ejus, ordinatione scilicet ; pro ipso quoque ordinando, et piis imperatoribus ; pro urbe et omnibus fidelibus. Reliqui respondent : « Kyrie, eleison. » ipso facto testante eum ab omnibus episcopum consecrari ; omnes enim episcopi cum archiepiscopo consentiunt, et comprecantur, et coordinant, cum simul contingant suscipientem ordinationem. Hoc autem fit in sola episcopi ordinatione ; quoniam in hac maxima donatione, et Spiritus Dei accessione omnium fidelium memoriam agere oportet, ut misericordiam, salutem, et gratiam consequantur. Archiepiscopus autem manum habet impositam, ut gratiam Dei significet protectricem, et conservatricem, et sancti Spiritus adventum et virtutem, et obumbrationem tum fieri, potius vero gratiæ in ordinando inhabitationem. Recitatis rogationibus, statim ad secundam progreditur orationem, manum semper habens capiti illius qui ordinatur impositam. Qua ratione docet quæcunque precatur efficacia esse, et ea, qui manus impositione donatur, accipere. Oratio au-

tem ipsa quam admirabilis! « Domine Deus, qui eo quod non potest natura humana divinitatis ferre præsentiam, œconomica tua dispensatione constituisti nobis doctores affectibus nobis similes, qui thronum tuum vicesque tenerent. » Papæ mysterium! potestatem et virtutem homo accipit, et throno ipsius Dei dignus judicatur. O rem mirandam! Cum non possit natura humana, inquit, divinitatis præsentiam capere. Solum enim illud quod a nobis assumptum est, Verbo secundum omnia unitum est, et ipsius mater Virgo Verbum in utero suo personaliter carnem factum donec pareret, excepit et continuit. Ideo omnium maxime post Deum honorari meretur, nosque tremenda ejusmodi œconomia maximo isto dono, sacerdotio nempe Christi Dei nostri, digni facti sumus.

Ipse igitur orando pergit: « Et hunc declaratum et effectum œconomum sacræ episcopalis gratiæ. » En œconomus rei maximæ efficitur: unde et fidelis et prudens, ut requiritur, esse debet. « Fac eum imitatorem veri pastoris, qui animam posuit pro ovibus suis. » En pastor, verum qui secundum Jesum tenetur totis viribus curam gerere gregis sui rationalis. O gratiam magnam! at et debitum. Mori debet pro ovibus Christi, ut ordinatione factus ipsius imitator, et pactor secundum ipsum constitutus, potensque omnia quæ sunt ejus per ipsum in sancto Spiritu operari, et administrare. Et addit, dicens: « Cæcorum ducem, » infidelium videlicet ad fidem, insipientium institutorem, eorum qui propter ignorantiam ab hæresi possidentur, ut eos ad fidem orthodoxam revocet, aut etiam peccatorum ad pœnitentiam, necnon « institutorem, et correctorem » refractariorum et audacter contumaciam, « Doctorem simplicium, » secundum veram prudentiam. « Lumen mundi, » secundum apostolos qui lumen mundi fuerunt, sicque a Christo vivo lumine vocati; et secundum Paulum, lucem mundi verbum vitæ tenentem. Tandem: « Ut cum animas ipsi creditas, inquit, recte gubernaverit. » Hæc est rei summa, omni studio conetur et efficiat ut salventur. Creditæ sunt illi animæ, magnum debitum! sed Deus maximam gratiam concedit certantibus, magnamque officii sui præstiti mercedem reportabunt. Vides magnam omnesque alias excedentem divini operis remunerationem, episcopali scilicet officio redditam. Quæ vero illa? Quam præparavit, inquit, iis qui decertarunt pro prædicatione Evangelii tui. En certaminis obligatio, et pro prædicatione, nempe Evangelii. Et qui decertant velut athletæ sunt. Quis autem hoc certamen decertavit? Ipse primus est Salvator, qui pro veritate testimonium perhibuit, bonamque illam confessionem confessus est: Quod Pater ipsius est Deus, et ipse Dei Patris Filius. Eum in hoc agone secuti sunt apostoli. Unde episcopus qui pulchre pro Evangelio decertaverit, sive

εὔχεται, ἐνεργεῖται, καὶ λαμβάνει ὁ χειροθετούμενος. Ἡ εὐχὴ δὲ πάλιν ὡς θαυμαστή! « Κύριε ὁ Θεός, ὁ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὴν ἀνθρώπου φύσιν τὴν τῆς Θεότητος ὑπενεγκεῖν οὐσίαν, τῇ σῇ οἰκονομίᾳ ὁμοιοπαθεῖς ἡμῖν καταστήσας διδασκάλους, τὸν σὸν ἐπέχοντας θρόνον. » Βαβαὶ τοῦ μυστηρίου! τὴν τοῦ Θεοῦ ἐξουσίαν καὶ δύναμιν ἄνθρωπος λαμβάνει, καὶ εἰς τὸν θρόνον αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καταξιοῦται καθῆσθαι. Ὦ τοῦ θαύματος! Ἐπεὶ οὐ δύναται ἀνθρωπίνη φύσις, φησὶ, τὴν οὐσίαν τῆς θεότητος δέχεσθαι. Μόνον γὰρ τὸ ἀφ' ἡμῶν πρόσλημμα τῷ Λόγῳ κατὰ πάντα ἡνώθη· καὶ ἡ αὐτοῦ Παρθένος Μήτηρ ὑποστατικῶς ἕως ἔτεκεν αὐτὸν τὸν Λόγον σαρκωθέντα ἐν τῇ μήτρᾳ ἐδέξατο. Διὸ καὶ πάντων **161** μετὰ Θεὸν τιμιωτέρα· καὶ τῇ τοιαύτῃ φρικτῇ οἰκονομίᾳ καὶ ἡμεῖς τοῦ τοιούτου μεγίστου θώρου τῆς ἀρχιερωσύνης Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἠξιώθημεν.

Αὐτὸς οὖν φησι, « Καὶ τοῦτον τὸν ἀναδειχθέντα οἰκονόμον τῆς ἀρχιερατικῆς χάριτος. » Ἰδοὺ οἰκονόμος τοῦ μεγίστου· δῆθεν καὶ πιστὸς καὶ φρόνιμος, ὡς ἀπαιτεῖται, ὀφείλει εἶναι. « Ποίησον μιμητὴν σοῦ τοῦ ἀληθινοῦ ποιμένος, τιθέντα τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων σου. » Ἰδοὺ καὶ ποιμήν· πλὴν κατὰ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν χρεωστῶν εἶναι, καὶ τῆς λογικῆς αὐτοῦ δι' ὅλης δυνάμεως ἐπιμέλεσθαι ποίμνης. Ὦ τῆς μεγάλης δωρεᾶς, ἀλλὰ καὶ τῆς ὀφειλῆς! Ὑπαραποθνήσκειν ὀφείλει τῶν προβάτων Χριστοῦ, ὡς καὶ μιμητὴς αὐτοῦ τῇ χειροτονίᾳ καὶ ποιμὴν κατ' αὐτὸν καθιστάμενος, καὶ τὰ αὐτοῦ πάντα ἰσχύων δι' αὐτοῦ ἐνεργεῖν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. Καὶ ἐπιφέρει λέγων, « Ὁδηγὸν τυφλῶν, » ἀπίστων δηλαδὴ πρὸς τὴν πίστιν, παιδευτὴν ἀφρόνων, τῶν ἀγνωσίᾳ κρατουμένων αἱρέσεων, ὡς ἐπανάγειν εἰς τὸ ὀρθόδοξον, ἢ καὶ ἁμαρτανόντων εἰς τὴν μετάνοιαν· ἢ καὶ « παιδευτὴν » τῶν ἀνυποτάκτων τε καὶ θρασυνομένων, « Διδάσκαλον νηπίων κατὰ τὴν ἀληθῆ σύνεσιν. » Φωστῆρα ἐν κόσμῳ κατὰ τοὺς ἀποστόλους; αὐτοὺς «φῶς» ὄντας τοῦ κόσμου καὶ κληθέντας ὑπὸ Χριστοῦ τοῦ ζῶντος φωτός· καὶ κατὰ Παῦλον φωστῆρα ἐν κόσμῳ λόγον ζωῆς ἐπέχοντα. Τὸ δὲ τέλος· « Ὡς ἂν τὰς ἐμπιστευθείσας αὐτῷ, φησὶ, ψυχὰς καλῶς ἐξοικονομήσας, » τοῦτο γὰρ τὸ κεφάλαιον, σωθῆναι ταύτας σπουδάσῃ τε καὶ ποιήσῃ. » Ὅτι δὲ ἐμπεπίστευται ψυχὰς, μέγα τὸ χρέος. Ἀλλὰ καὶ μεγίστην δίδωσι τὴν χάριν τοῖς ἀγωνιζομένοις ὁ Θεὸς, καὶ τὸν μέγαν μισθὸν λήψονται. Ὁρᾷς μέγαν παρὰ πάντα ἄλλον ἔργου θείου μισθὸν τὸν ἐκ τοῦ ἔργου τῆς ἀρχιερωσύνης; Τίς δὲ οὗτος; « Ὃν ἡτοίμασας, φησὶ, τοῖς ἀθλήσασιν ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος τοῦ Εὐαγγελίου σου. » Ἰδοὺ καὶ ἀθλήσεως ὀφειλή· καὶ ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος αὕτη δὴ τοῦ Εὐαγγελίου. Καὶ ὡς ἀθληταὶ οἱ ἀγωνιζόμενοι. Καὶ τίς ὁ ταύτην ἀθλήσας; Αὐτὸς πρῶτος ὁ Σωτὴρ, μαρτυρήσας ὑπὲρ τῆς ἀληθείας καὶ τὴν καλὴν ὁμολογήσας ὁμολογίαν, ὅτι Πατὴρ αὐτοῦ ὁ Θεὸς, καὶ αὐτὸς Υἱὸς τοῦ Πατρός· καὶ οἱ τούτου ἀπόστολοι. Ὥστε ὁ καλῶς ἀναθλήσας ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου ἀρχιερεὺς, εἴτε ἐν ἀγῶσι καὶ κόποις, εἴτε ὴ καὶ δι' αἵματος, εἴτ' ἐν πειρασμοῖς, διωγμοῖς τε καὶ ὕβρεσιν, εἴτε ἐν ζήλῳ,

ἢ ἐν ἐλέει, ἢ θείοις ἄλλοις ἔργοις, μετὰ τῶν ἀποστόλων ἔσται καὶ τοῦ Χριστοῦ, ὡς καὶ τὴν αὐτοῦ καὶ αὐτῶν κομισάμενος χάριν καὶ συνδοξασθησόμενος. Ὁ δὲ ἱεράρχης τὴν εὐχὴν τελέσας, ἐκφωνεῖ καὶ δοξάζει τὸ κράτος καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ τοῦ σαρκωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν Υἱοῦ, καὶ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, καὶ τοῦ Πνεύματος, τῇ ἐπικλήσει τῆς Τριάδος τὰ προλεχθέντα βεβαιωσάμενος, καὶ τὸν χειροτονούμενον τελειώσας. Διὸ καὶ τὴν τελευταίαν ποιεῖται σφραγῖδα τούτου τῇ κεφαλῇ, εἰς δεῖγμα τῆς τελειώσεως. Καὶ οὕτω τὸ μὲν ἱερὸν Εὐαγγέλιον αἴρων, τίθησι τῇ τραπέζῃ· ὅτι τὴν χάριν αὐτοῦ ὁ χειροτονηθεὶς λαβὼν ἔχει· καὶ ὅλος ἐστὶν Εὐαγγέλιον καὶ τοῦ Εὐαγγελίου Χριστοῦ ὄργανον θεῖον.

A in certaminibus et laboribus, sive etiam ad sanguinis usque effusionem, sive in tentationibus, et persecutionibus, et contumeliis, sive in zelo, aut misericordia, aut aliis divinis operibus, cum apostolis erit et ipso Christo, ut qui ipsius, et ipsorum gratiam retulerit, et cum iis glorificabitur. Episcopus oratione completa exclamat, et glorificat imperium et misericordiam ipsius Filii qui pro nobis incarnatus est, et Patris ejus et Spiritus; invocatione Trinitatis confirmans prius dicta, et ordinandum perficiens. Propter quod sigillum postremum ipsius capiti imprimit in perfectionis et consecrationis argumentum. Et sic sacrum Evangelium attollens reponit in mensa; quia ordinatus gratiam ejus possidet, et totus est Evan-
B gelium, et Evangelii Christi divinum instrumentum.

ΚΕΦΑΛ. ΣΗ'.

Τί τὸ ὠμοφόριον δηλοῖ.

Εἶτα καὶ ὡς ποιμένα δειχθέντα τῶν τοῦ Χριστοῦ προβάτων καὶ κατὰ χάριν ὡς τὸν Χριστὸν γενόμενον, τῷ ὠμοφορίῳ κοσμεῖ, ὃ τὴν τοῦ Σωτῆρος δηλοῖ ἐνανθρώπησιν. Καὶ γὰρ εὐλογῶν αὐτό, ἀσπαζομένου τοῦ χειροτονηθέντος, τῷ τραχήλῳ αὐτοῦ περιτίθησιν, ἐκφωνῶν τὸ, « Ἄξιος. » Ὁ δὴ τρὶς ἐντός τε καὶ ἐκτὸς λαμπρῶς ᾄδεται, πιστουμένων πάντων τὴν χάριν, καὶ βεβαιούντων μετὰ τῶν ἄνω τάξεων, καὶ ἐπὶ τούτῳ λίαν εὐφραινομένων. Τὸ δέ γε ὠμοφόριον αὐτὴν δηλοῖ προφανῶς, ὡς εἰρήκαμεν, τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου σάρκωσιν, ὅτι τὸ ἀπολωλὸς ἡμᾶς πρόβατον ἐπὶ τῶν ὤμων ἐβάστασε, τὴν ἀνθρωπίνην ἐνδυσάμενος **162** σὴν φύσιν, καὶ ἑνώσας ἑαυτῷ καὶ θεώσας ταύτην, καὶ ἅμα προσάξας ὑπὲρ ἡμῶν αὐτὸ τὸ πρόσλημμα τῷ Πατρὶ διὰ σταυροῦ καὶ θανάτου, καὶ ἀναστήσας καὶ ἀνυψώσας ἡμᾶς. Διὸ καὶ τοὺς σταυροὺς περιφέρει, καὶ ἐξ ἰρίου ἐστὶ, καὶ τῷ τραχήλῳ τοῦ ἀρχιερέως τοῖς ὤμοις τίθεται· μᾶλλον δὲ κατὰ καιρὸν καὶ κύκλῳ τῶν ὤμων καὶ ἔμπροσθέν τε καὶ ὄπισθεν. Ἄρτι δὲ ὡς ἐν προχείρῳ καὶ ὡς ζυγὸν θεῖον ἐν τῷ τραχήλῳ λαμβάνει, καὶ ὅτι μετ' ὀλίγον ἐξελεῖν αὐτὸ μέλλει τοῦ Εὐαγγελίου κηρυσσομένου.

C

CAPUT CCVIII.

Quid per humerale denotatur.

Deinde eum pallio ornat, ut ovium Christi pastorem probatum atque ut ipsum Christum per gratiam factum. Denotat autem pallium Salvatoris incarnationem. Illud enim benedicens archiepiscopus, osculante eum ordinato, ipsius collo imponit, exclamans : « Dignus. » Ter autem clare et magnifice interius et ab ipso archiepiscopo cantatur, omnibus cum superioribus ordinibus gratiam probantibus et confirmantibus, et in ea admodum lætantibus. Pallium autem manifeste significat, ut diximus, Verbi Dei incarnationem, quoniam nos ovem perditam juvencus super humeros portat, naturamque humanam integram induens, eamque sibi adunatus deificavit, atque idipsum quod assumpserat per crucem et mortem Patri pro nobis obtulit, et suscitatus nos exaltavit. Ideo pallium circumfert cruces, et e lana texitur, et collo humerisque episcopi imponitur, maxime vero secundum tempus circa humeros anterius et posterius. Nunc autem illud sumit ut præsens et ad manum, atque ut divinum jugum cervici impositum, et brevi illud ablaturus, cum scilicet Evangelium prædicatur.

ΚΕΦΑΛ. ΣΘ'.

Τί σημαίνει τὸ ἐκβάλλειν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τὸν ἀρχιερέα τὸ ὠμοφόριον, καὶ ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ.

Τοῦτο δὲ τὸ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἐκβάλλειν τὴν δουλείαν τε καὶ ὑποταγὴν πρὸς τὸν Σωτῆρα σημαίνει, οὐ τολμᾷ γὰρ ὁ ἀρχιερεὺς αὐτὸ περιτίθεσθαι, μαρτυρῶν αὐτὸν σαρκωθέντα τε καὶ παθόντα καὶ ζῶντα, ἀναγινωσκομένων τῶν ῥημάτων αὐτοῦ· ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ λαλῶν. Καὶ δείκνυσι τὸ ὠμοφόριον ἐξελὼν, ὡς Ὑπηρέτης τούτου καὶ δοῦλος ἐγὼ, καὶ αὐτοῦ τὴν χάριν περίκειμαι. Καὶ τὸ τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ καὶ τοῦ πάθους καὶ τῆς ζωῆς σύμβολον τοῦτο. Διὸ καὶ οὐ τολμᾷ ἐνδεδῦσθαι· ἀλλ' ὁρᾷν ἔμπροσθεν βασταζόμενον, ὥστε μεμνῆσθαι τῶν αὐτοῦ, καὶ φρίττειν ἐπὶ τοῖς οὕτω θαυμαστοτάτοις ἔργοις. Τοῦ Εὐαγγελίου

D

CAPUT CCIX.

Quid significet quod cum Evangelium legitur et in divinæ missæ celebratione episcopus humerale exuit.

Illa autem pallii cum Evangelium legitur remotio, significat servitutem et subjectionem Servatori devotam. Non audet enim episcopus illud sibi circumponere, testificans Christum esse incarnatum et passum, et viventem, lectisque ipsius verbis quod illemet est qui loquitur. Removens autem a se pallium, indicat se velut servum illius esse : Sim utinam servus illius, et gratia tua circumder ! Illud præterea symbolum est, et incarnationis, et passionis, et vitæ. Ideo non audet illud induere, sed conspicit ante se gestatum ut recordetur eorum quæ portendit, et contremiscat in cogita-

tione operum tanta admiratione et stupore dignissimorum. Evangelio igitur prædicato, et mystico sacrificio confecto ab Evangelio usque ad tempus quo sunt exaltanda mysteria divina, sic facit propter ea quæ dicta sunt, quoniam sacrorum operatio Salvatoris nostri opus est, et ipse est qui per nos sacerdotes et servos suos sacrificat et sacrificatur. A principio autem missæ et in exaltatione divini panis, et in ordinationibus, et in aliis sacris mysteriis, episcopus semper, ut dictum est, pallio ab humeris in orbem cingitur.

A τοίνυν κηρυσσομένου, καὶ τῆς μυστικῆς θυσίας ἐκτελουμένης ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου ἄχρι καὶ τοῦ μέλλειν ὑψοῦν τὰ θεῖα μυστήρια, οὕτω δὴ ποιεῖ διὰ τὰ προειρημένα· ὅτι καὶ ἡ ἱερουργία ἔργον αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν· καὶ αὐτὸς ὁ δι' ἡμῶν τῶν ἱερέων αὐτοῦ καὶ δούλων ἱερουργῶν καὶ ἱερουργούμενος. Ἐξ ἀρχῆς δὲ τῆς λειτουργίας, καὶ ἐν τῇ ὑψώσει τοῦ θείου ἄρτου, καὶ ταῖς χειροτονίαις, καὶ ταῖς ἄλλαις ἱεραῖς τελεταῖς, πάντοτε ἀπὸ τῶν ὤμων κύκλῳ, ὡς εἴρηται, τοῦτο περιβάλλεται ὁ ἀρχιερεύς.

CAPUT CCX.

Quid vox Dignus, *quam super ordinando pronuntiant: et quid osculum sacræ mensæ, et quo primi episcopi dextram genamque, et cæterorum ora osculatur.*

Quod etiam tunc ordinatus a primo episcopo accipiens, collum induitur, et dignus renuntiatur, utpote a Deo dignus effectus, et talis ab angelis et hominibus cognitus, atque in posterum obligatus operi condigne et condecore vivere et conversari, et eo dignum veluti precibus et votis acceptum sese præbere. Postea eum osculatur pontifex, ut propter gratiæ magnitudinem sibi amabilem, et per ipsum æquali honore fruentem, et in Christo sanctificatum et unitum. Ipse quoque sacram mensam osculatur, eam ut gratiæ officinam honorans, in qua et consecratus est, et ordinationem accepit. Osculatur etiam dexteram quæ ipsum ordinavit, quasi et ipsa sit sanctificata, et gratia abundet, eamque communicandi jus habeat, itemque perficiendi et consecrandi per Spiritum sanctum, et benedictionem largiendi, divinaque dona distribuendi, per quam et ipse ordinatus est episcopus, et consummatus. Osculatur insuper pontificis genam ut sermonis instrumentum, ut precum ministram, atque etiam propter charitatem et unionem. Amat enim et ipse communicantis gratiam. Ut autem amatus et dilectus vere in Christo solo amabili amat et diligit. Mendax autem osculum, ut Judas, non figit, nec alapis genam cædit ut deicidæ; sed contra osculo testatur se eam honorare, sanctamque judicare, et dilectissimam, atque etiam se ejusdem ordinis cum episcopo consecrante, licet sub eo, esse factum. Hoc est enim eorum manum et genas osculari, non autem labia. Nam labiis osculatur sibi ordine æquales, et qui ante ipsum ordinati sunt episcopi, et ab ipsis mutuis osculis honoratur, ut ipsis unitus, ut charissimus, ut gratia divina donatus, ut collega iisdem secundum omnia prærogativis dignatus, amans et amatus, pacificus, et cooperator, atque ut in divinis mysteriis eorum comministeri.

ΚΕΦΑΛ. ΣΓ.

Τί τὸ Ἄξιος ἐπὶ τῷ χειροτονουμένῳ λεγόμενον, καὶ ὁ ἀσπασμὸς τῆς τε ἱερᾶς τραπέζης, καὶ τοῦ ἀρχιερέως τοῦ πρώτου ἐν τῇ δεξιᾷ, καὶ τῇ παρειᾷ, καὶ τῶν λοιπῶν ἐν τῷ στόματι.

Ὅπερ δὴ καὶ τότε χειροτονηθεὶς, ἐπενδύεται τῷ τραχήλῳ παρὰ τοῦ πρώτου ἱεράρχου λαβὼν, καὶ ἀναγορεύεται ἄξιος, ὡς παρὰ Θεοῦ γεγονὼς ἄξιος, καὶ γνωστὸς ὢν τοῖς ἀγγέλοις καὶ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἀξίως τοῦ ἔργου ὀφείλων πολιτεύεσθαι, καὶ ὡς εὐχὴν τοῦτο δεχόμενος ἄξιος εἶναι. Εἶτα ἀσπάζεται τοῦτον ὁ ἱεράρχης, ὡς ἐραστὸν αὐτῷ διὰ τὸ μέγα τῆς χάριτος καὶ ὡς ὁμοταγῆ δι' αὐτοῦ, καὶ ἡγιασμένον ἐν Χριστῷ καὶ ἡνωμένον· καὶ αὐτὸς δὲ, τὴν ἱερὰν τράπεζαν ἀσπασάμενος, τιμῶν αὐτὴν ὡς τῆς χάριτος ἐργαστήριον, ἐν ᾗ καὶ τετέλεσται, καὶ τὴν χειροτονίαν ἐδέξατο, καὶ τὴν χειροτονήσασαν ἀσπάζεται δεξιὰν, ὡς καὶ αὐτὴν ἡγιασμένην καὶ κεχαριτωμένην, καὶ τὸ μεταδοτικὸν τῆς χάριτος ἔχουσαν, καὶ τελεστικὴν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι καὶ εὐλογίας χορηγὸν, καὶ χαρισμάτων θείων παρεκτικὴν, δι' ἧς καὶ οὗτος ἀρχιερεὺς κεχειροτόνηται καὶ τετέλεσται. Ἔτι δὲ καὶ τὴν τοῦ ἱεράρχου ἀσπάζεται παρειὰν, ὡς ὄργανον τοῦ λόγου, ὡς ὑπηρέτιν τῶν εὐχῶν, καὶ διὰ τὴν ἀγάπην τε καὶ ἕνωσιν. Ἐρᾷ γὰρ καὶ αὐτὸς τοῦ μεταδόντος τὴν χάριν, καὶ ἀγαπῶν ἐστι καὶ φιλῶν ἀληθῶς ἐν Χριστῷ τῷ ἐραστῷ μόνῳ, ὡς καὶ ἀγαπώμενος καὶ φιλούμενος· καὶ ὅτι οὐ ψευδῶς ἀσπάζεται, ὡς ὁ Ἰούδας, οὐδὲ ῥαπίζει τὴν παρειὰν, ὡς οἱ θεοκτόνοι· ἀλλὰ μᾶλλον ταύτην τιμᾷ, καὶ ἁγίαν ἡγεῖται καὶ φιλτάτην, καὶ ὅτι καὶ αὐτὸς τῆς αὐτῆς τῷ ἱεράρχῃ γεγένηται τάξεως, εἰ καὶ ὑπ' αὐτόν ἐστι. Τοῦτο γὰρ τὸ τὴν χεῖρα καὶ παρειὰν ἀσπάζεσθαι, καὶ οὐ τὰ χείλη αὐτῶν. Ἀσπάζεται γὰρ τοῖς χείλεσι τοὺς καὶ κατὰ τὴν τάξιν ἴσους καὶ τὴν ἀρχὴν ἀρχιερεῖς, καὶ παρ' αὐτῶν ἀντασπάζεται **163** ὡς ἡνωμένος, ὡς φίλτατος, ὡς τὴν θείαν χάριν λαβὼν, ὡς ὁμοταγὴς τῶν ἴσων κατὰ πάντα ἠξιωμένος, καὶ φιλῶν, καὶ φιλούμενος, καὶ εἰρηνικὸς καὶ συνεργὸς, ὡς ἐν τοῖς θείοις συλλειτουργός.

CAPUT CCXI.

Quis sit ritus osculi in ordinatione patriarchæ.

Unde in ordinationibus archiepiscoporum, patriarcharum scilicet, patriarcha ordinatus, nec

ΚΕΦΑΛ. ΣΙΑ'.

Ὅπως ὁ ἀσπασμὸς ἐν τῇ χειροτονίᾳ τοῦ πατριάρχου.

Ὅθεν καὶ ἐν ταῖς τῶν ἀρχιεπισκόπων χειροτονίαις, τῶν πατριαρχῶν δηλαδὴ, οὐ τὸν ἀσπασμὸν ὁ

χειροτονηθεὶς πατριάρχης ποιεῖται εἰς τὴν χεῖρα τοῦ χειροτονήσαντος καὶ τὴν παρειάν· ἀλλ' ἀσπασάμενος πρῶτον τὴν θείαν τράπεζαν, ἀνέρχεται εἰς τὴν κρηπῖδα· καὶ τὸν ἀσπασμὸν ποιεῖται κατὰ τὸ ἔθος, τοῦ μὲν χειροτονήσαντος αὐτὸν τὴν ἱερὰν τράπεζαν ἀσπαζομένου πρότερον, ὡς τῶν ἱερῶν ἔργων πηγὴν, εἶτα τὴν χεῖρα τοῦ χειροτονηθέντος πατριάρχου, ὡς πρώτου καταστάντος τῷ θείῳ Πνεύματι καὶ πατριάρχου αὐτῶν, καὶ διὰ τὴν ἕνωσιν εἰς τὸ στόμα, ἢ τὴν παρειὰν διὰ τὴν ὑποταγήν· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ ἀρχιερεῖς οἱ σὺν αὐτῷ τοῦτον χειροτονήσαντες.

manum ordinantis nec genas osculatur, sed primum divinam mensam osculatus ascendit ad altaris crepidinem, et more consueto tradit osculum. Postquam ipsius ordinator sacram mensam primum osculatus fuerit, ut sacrarum operationum fontem, osculatur ordinati patriarchæ manum, ut divino Spiritu secundum omnia primi, et ipsorum patriarchæ, os quoque ipsius osculatur propter unionem, vel genam propter subjectionem; similiter faciunt cæteri episcopi, qui cum ipso hunc ordinaverunt.

ΚΕΦΑΛ. ΣΙΒ'.

Περὶ τάξεως πατριαρχῶν, ἀρχιεπισκόπων καὶ ἐπισκόπων.

Εἰ γὰρ καὶ μία ἡ τῆς ἐπισκοπῆς χάρις καὶ δύναμίς τε καὶ τάξις ἐκ τοῦ Θεοῦ, τοῦ πρώτου καὶ μόνου Πατρὸς καὶ ἐπισκόπου, ἀλλὰ καὶ πατριὰς ἔχει υἱότητάς τε καὶ χάριτας διαφόρους, ὡς καὶ ἑκάστη τάξις, ἐπεὶ Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα ἡ Θεότης. Καὶ μία μὲν τῇ Τριάδι ἡ φύσις· ἓν δὲ τὸ αἴτιον ὁ Πατὴρ, ὅπερ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα κατὰ πάντα ὑπεἰχει· καὶ ἓν θέλημα τούτων, καὶ μία κίνησίς τε καὶ δύναμις. Ἐκ τῆς Τριάδος δὲ καὶ πᾶσα εὐταξία ἄνω τε καὶ κάτω ἐστί. Διὸ καὶ πρώτην μέσην καὶ τελευταίαν τάξιν ἑκάστη τῶν ἄνω τάξεων ἐν ἑαυτῇ κέκτηται· καὶ διδασκάλων εἰσὶ καὶ ἐν ἐκείνοις διδάσκαλοι καὶ Πατέρων Πατέρες.

CAPUT CCXII.

De ordine patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum.

Etsi enim una est episcopatus gratia, et virtus, et ordo ex Deo, primo et solo Patre et episcopo emanans, patrias tamen habet, filiationes et gratias differentes, ut unusquisque ordo postulat, cum Pater, et Filius et Spiritus sanctus una sint in Trinitate divinitas et natura. Unum autem est principium Pater, quemadmodum Filius et Spiritus, secundum omnia consentiens; una eorum voluntas, et una motio et virtus. Ex Trinitate autem omne decus et bonus ordo tam rerum superiorum quam inferiorum procedit. Ideo unusquisque superiorum ordinum in se possidet primum, medium et postremum ordinem, atque e doctoribus est, et in iis sunt doctores, et Patrum Patres.

ΚΕΦΑΛ. ΣΙΓ'.

Κατὰ Λατίνων, ὅτι ἓν μόνον τὸ αἴτιον ἐν τῇ Τριάδι ὁ Πατὴρ, ἵνα μὴ διάφοροι ὦσιν ἀρχαί.

λοκλισίας εὐχὴν, « Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, κλῖνον τὰς
καρδίας ἡμῶν. » Εἰς τὸ τέλος δὲ τοῦ, « Κύριε,
ἐλέησον, » ὁ διάκονος, « Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τοῦ
εἰσακοῦσαι. » Καὶ πάλιν τρὶς τὸ, « Κύριε, ἐλέησον. » B
Καὶ ὁ ἱερεὺς τὸ, « Ἐπάκουσον ἡμῶν. » Ὁρᾷς τὸ θαυ-
μαστὸν τῆς τάξεως, ὅτι διὰ μεσίτου τοῦ ἱερέως
μυστικῶς ἔνδον εὐχομένου, τὰ τῶν δεήσεων τοῦ λαοῦ
πρὸς Θεὸν ἀναφέρονται; Εἶτα τὸ, « Εἴη τὸ ὄνομα
Κυρίου εὐλογημένον, » ἐπεὶ καὶ πρὸς τὴν σωμα-
τικὴν χρείαν ἐρχόμεθα, τὸ τραφῆναι. Καὶ τοῦτο δὲ
οὐ χωρὶς ἁγιασμοῦ· ἀπαρχὴν γὰρ λαμβάνομεν ἡγια-
σμένην τροφήν· τοῦ, « Εὐλογήσω γὰρ τὸν Κύριον, »
λεγομένου, ἡ διάδοσις τοῦ ἀντιδώρου γίνεται, καὶ
ἀπόλυσις. Αὕτη καὶ τοῦ ᾄσματος ἡ ἀκολουθία, ἀναγ-
καιοτάτη τε οὖσα καὶ ἀρχαιοτάτη, καὶ μετὰ ἱερέως
ἐνεργουμένη, ὃς μεσίτης καθίσταται τὰ πρὸς τὸν
Θεὸν εἰς τύπον Ἰησοῦ, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν, καὶ
τὴν ἰσχὺν ἔχει μεσιτεύειν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ ἀπὸ C
τῆς χειροτονίας. Ἀλλὰ καὶ τὴν ἑπτάκις αἴνεσιν
ἀποσώζει αὕτη ἡ τάξις· καὶ τὰ μὲν ἐν τῷ νάρθηκι
τάξιν ἐπέχουσι μεσονυκτικοῦ· τὰ ἐντὸς δὲ τοῦ
βήματός ἐστιν ἡ τάξις. Ἡ τριτοέκτη δὲ, αὐτὸ δὴ
τοῦτο τὴν τρίτην πληροῖ καὶ τὴν ἕκτην ὥραν ὁμοῦ·
τὰ τοῦ λυχνικοῦ δὲ τὰ τῆς ἐννάτης τυποῖ· τὰ δὲ
τοῦ ᾄσματικοῦ ἑσπερινοῦ αὐτὸν τὸν ἑσπερινόν· καὶ
τὰ τῆς παννυχίδος δὲ τὰ τῶν ἀποδείπνων. Ἀλλὰ
νῦν διὰ ῥᾳθυμίαν ἀφείθη, ἣν ἔδει τηρεῖσθαι ταῖς
καθολικαῖς κἂν ἐκκλησίαις, ἢ πάντοτε ἢ κατὰ καιρὸν, εἰς τὸ μένειν τὴν ἀρχαίαν παράδοσιν ἀκατάλυτον· ἐν ταῖς μοναῖς δὲ γίνεσθαι καὶ τοῖς λοιποῖς ναοῖς τὴν μοναχικὴν ἀκολουθίαν ὡς καὶ δι' ἑνὸς ψαλλομένην. Ἀλλ' ὅμως ἡμεῖς καὶ τὰ περὶ αὐτῆς ἐξεθήκαμεν πρὸς ὑμᾶς τοὺς αὐτὴν ἔτι χάριτι Θεοῦ ἐνεργοῦντάς τε καὶ τηροῦντας· καὶ ἐν συνόψει τὰ περὶ ταύτης ἐθεωρήσαμεν εἰς δόξαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

« Omnis spiritus. » Et Evangelium dicit primus sacerdotum in ambone; statimque psallitur hymnus : « Incorporalis natura, » qui versibus constans Trinitatem celebrat, omnesque sanctorum choros ad intercedendum invitat, simulque alta voce cantor ter clamat : « Kyrie eleison, » quod omnes simul toties repetunt. Sacerdos autem secreto dicit orationem inclinationis capitis : « Domine Deus noster, inclina corda nostra. » Finito autem « Kyrie eleison, » diaconus dicit : « Precamur adhuc ut nos exaudiat, et ter iterum : « Kyrie eleison ; » et sacerdos : « Exaudi nos. » Viden' quam mirabilis sit hic ordo, quoniam per mediationem sacerdotis intus secreto deprecantis orationes populi Deo offeruntur? Deinde : « Sit nomen Domini benedictum, » quoniam ad corporis necessitatem, scilicet ad manducandum procedimus; hoc autem nequaquam sine sanctificatione, cibum enim sumimus prius sanctificatum; nam dicto : « Benedicam Dominum, » fit traditio panis præsanctificati et dimissio. Hic est cantionum ordo valde necessarius et antiquissimus, et cum sacerdote impletus qui mediator constituitur in his quæ Dei sunt, Jesu instar, prout sæpe diximus, et potestatem habet in medio standi gratia Dei ex manuum impositione. Sed et septenam laudationem salvat ordo iste, nam quæ fiunt in narthece nocturni officii sequuntur ordinem; verum quæ intus, ad ordinem matutini spectant officii; canticum vero inter tertiam et sextam horam has duas horas adimplet; lampadum preces ad nonam referuntur, cantio vespertina ad ipsas vesperas, vigilia autem ad completorium. Nunc vero præ ignavia obsolevit hic ordo quem oportebat conservare in universis ecclesiis, vel semper, vel secundum tempus, ut jugiter maneat antiqua traditio, sed in monasteriis cæterisque templis fieri oportebat ordinem monasticum seu solitarium utpote ab uno solo decantatum, quem nos vobis explicavimus eum adhuc gratia Dei implentibus atque custodientibus, et breviter quæ ad eum spectant perlustravimus in gloriam Domini nostri Jesu Christi.

ΚΕΦΑΛ. ΤΝΖ'.

Περὶ τοῦ ἀνυψουμένου ἱεροῦ ἄρτου τῆς Παναγίας.

Ἐπεὶ δὲ ὧδε τῷ λόγῳ ἤκομεν, καὶ περὶ τοῦ ἀνυψουμένου ἱεροῦ ἄρτου τῆς Παναγίας μικρά τινα ὑπομνήσομεν, καὶ τελευταῖον ἐπὶ πᾶσι τὰ περὶ τοῦ τέλους ἡμῶν ἐκθήσομεν ὡς ἂν καὶ ἐν τοῖς περὶ τοῦ τέλους ἡμῶν τὸν λόγον τελέσωμεν. Ὃ τῇ ἐπικλήσει τοίνυν τῆς Παναγίας μου ἀνυψούμενος ἄρτος τέτακται μὲν ἐξαιρέτως ὑψοῦσθαι ἐν τῷ τέλει τῆς τραπέζης τῶν ἀδελφῶν, εἰς ἁγιασμὸν αὐτῶν, καὶ ἧς μετέλαβον τροφῆς εἰς σφραγῖδα· ἀλλὰ καὶ εἰς δόξαν ἐξαιρέτως τῆς Θεομήτορος, ἣ καὶ τὸν οὐράνιον ἡμῖν ἀπέτεκεν ἄρτον, τὸν ζῶντα καὶ μένοντα, καὶ τὰς

CAPUT CCCLVII.

De pane sacro sanctissimæ Virginis qui in altum attollitur.

Porro cum ad hæc disserendo venerimus, de sacro etiam sanctissimæ Virginis pane qui in altum attollitur pauca memorabimus, et tandem omnia quæ in fine vitæ nostræ aguntur explanabimus, ita ut per hæc sermonem adimpleamus. Igitur in eo quod attinet ad panem qui invocatione Sanctissimæ meæ exaltatur, præceptum est ut præcipue in altum attollatur in fine mensæ fratrum in sanctificationem eorum, necnon ad obsignandam quam sumpserunt escam, sed et præsertim ad gloriam Dei Genitricis, quæ cœlestem nobis peperit panem vivum

et manentem animasque nostras semper nutrientem. Sed attollitur in quolibet alio tempore, cui opus fuerit, id adjutorium nostrum; sæpiusque in ipsa Missa, quibusdam petentibus, attollitur, etsi de more sanctificetur pluribus ministris desiderantibus invocare et celebrare Virginem omnino celebrandam, præsertim et quando mysteria Filii ejus Deique nostri litantur, ut majus ab ea obtineamus auxilium. Tunc vero attollitur, quando in divina liturgia de ea fit memoria, velut quando dicimus: «In primis sanctissimæ,» verum in omnibus necessitatibus et adjunctis eam adjutricem et certissimam auxiliatricem invocamus, et multam opem ex exaltato ejus pane consequimur, quemadmodum et nos experientia sæpe novimus, et a multis aliis fide dignis didicimus; non enim sunt tantummodo quædam dicta in hac panis exaltatione, sed et universorum solus in Trinitate Deus noster invocatus multoque clamore obsecratus, Deique Genitricis reipsa sanctissimæ invocatio, illius adjutorii postulatio, in quibus ponitur mysterium fidei nostræ. Itaque in mensa fratrum (quoniam nec ipsa est sine benedictione, sine ratione, sine ordine, quomodo enim sic esset? quæ divini Verbi servorum mensa accipit solum purum sanctumque et vivum panem qui secundum rationem omnia fecit et facit, utpote qui est sola vivens Dei sapientia) fit quidem primo gratiarum actio, et oratio « Pater noster » propter panem supersubstantialem; qua dicta, e loco proposito tripartitus omni modo effertur panis, Trinitatem ejusque unitatem ex omni parte exprimens, angulis quidem et partibus trinitatem personarum, superno autem uno aculeo eorumdem unitatem. Ideo quoque illum vertes panem, tres quidem habet angulos, in unum vero desinit aculeum. Igitur istam panis cæsuram apostolica traditione a Patribus ex initio sine Scripturarum testimonio acceptam et quotidie de more factam soli in Trinitate Deo nostro in nomine Dei Genitricis offerimus, quia per divinum ejus partum Trinitatem cognovimus, et quia unam Trinitatis personam ipsa peperit incarnatam, vere domina valdeque prædicanda Deipara; ipsa nobis viventis Manna auctor divinique potus Mater.

CAPUT CCCLVIII.

De bono ordine in convivio fratrum et precibus.

Posito autem pane in sacro quodam vase ad id præparato, et per sacerdotem signato, accenditur lampas in eo, cibosque signat sacerdos, Deum nostrum Jesum Christum ad benedicendum invocans. Dum fit convivium divini leguntur sermones, ut, quemadmodum didicimus, omnia faciamus in gloriam Dei. Ait enim: «Sive manducatis, sive bibitis, omnia in gloriam Dei facite,» et: «Sanctificantur omnia per verbum Dei et orationem.» Ideo fit signum crucis et oratio, divinique leguntur sermo-

ψυχὰς ἡμῶν ἀεὶ διατρέφοντα. Ἀνυψοῦται δὲ καὶ ἐν παντὶ καιρῷ ἄλλῳ, ὅτε τι χρείαν ἔχει, εἰς ἡμετέραν βοήθειαν· καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ἱερᾷ λειτουργίᾳ πολλάκις αἰτουμένων τινῶν ὑψοῦται, εἰ καὶ κατ' ἔθος τελεῖται παρὰ πλείστων ἱερουργῶν, ποθούντων ἐπικαλεῖσθαι καὶ ἀνυμνεῖν τὴν πανύμνητον, καὶ μᾶλλον ὅτε τὰ μυστικὰ τοῦ ταύτης Υἱοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν θύεται, ὡς ἂν καὶ μείζονος τῆς παρὰ ταύτης ἐπιτύχοιμεν βοηθείας. Ὑψοῦται δὲ τότε ὅτε καὶ τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ ἔθος μνημονεύειν αὐτῆς· οἷον ἡνίκα τὸ, « Ἐξαιρέτως τῆς Παναγίας, » λέγομεν, καὶ ἐν πάσαις δὲ ἡμῶν χρείαις καὶ περιστάσεσι βοηθὸν αὐτὴν καὶ φρουρὸν οὖσαν ἀσφαλεστάτην ἐπικαλούμεθα· καὶ πλείστης τυγχάνομεν ἐκ τοῦ ἀνυψοῦσθαι τὸν ἄρτον τοῦτον τῆς βοηθείας· ὡς καὶ ἡμεῖς πείρᾳ πολλάκις ἐγνωμεν, καὶ παρὰ πολλῶν ἄλλων ἀξιοπίστων ἐμάθομεν· οὐ γὰρ ἁπλῶς τινα τὰ ἐν τῇ ἀνυψώσει τοῦ ἄρτου λεγόμενα· ἀλλ' ὁ τῶν ὅλων καὶ μόνος ἐν Τριάδι Θεὸς ἡμῶν ἐπικαλούμενος **258** καὶ ἐπιδοώμενος, καὶ ἡ τῆς Θεοτόκου τῆς Παναγίας ὄντως ἐπίκλησις, καὶ ἡ τῆς βοηθείας αὐτῆς ἔξαίτησις, ἐν οἷς τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἡμῶν, καὶ ἡ ὁμολογία, ἡ προσδοκία τε τῆς σωτηρίας ἡμῶν. Τοίνυν ἐν μὲν τῇ τραπέζῃ τῶν ἀδελφῶν (ἐπεὶ οὐδ' αὕτη εὐλογίας χωρὶς καὶ λόγου καὶ τάξεως, πῶς γάρ; ἥτις τῶν τοῦ Θεοῦ Λόγου δούλων τυγχάνει τράπεζα τοῦ μόνου καθαροῦ ἁγίου καὶ ζῶντος ἄρτου, καὶ κατὰ λόγον πεποιηκότος ἅπαντα καὶ ποιοῦντος, ὡς μόνου ζώσης ὄντος Θεοῦ Σοφίας) γίνεται μὲν πρότερον εὐχαριστία, καὶ ἡ τοῦ, « Πάτερ ἡμῶν, » προσευχὴ διὰ τὸν ἄρτον τὸν ἐπιούσιον. Καὶ λεγομένου τούτου, ἐκ προκειμένου τριμερῆς διὰ πάντων ἄρτος ἐξάγεται, τὴν Τριάδα καὶ τὸ ἑνιαῖον αὐτῆς πανταχόθεν τυπῶν· καὶ ταῖς γωνίαις μὲν καὶ τοῖς μέρεσι τὸ τρισσὸν, τῷ ἄνω δὲ ἑνὶ κέντρῳ τὸ ἑνιαῖον. Διὸ καὶ ὅθεν ἂν τοῦτον στρέψῃς τὸν ἄρτον τρεῖς μὲν ἔχει γωνίας, εἰς ὀξὺ δὲ καὶ ἓν καταλήγει τὸ κέντρον. Τοῦτο οὖν τὸ τμῆμα τοῦ ἄρτου, ἀποστολικῇ παραδόσει, ἐκ τῶν Πατέρων ἀρχῆθεν ἀγράφως παραδοθείσῃ, ὡς καθ' ἑκάστην κατ' ἔθος γινομένῃ, τῷ ἐν Τριάδι μόνῳ Θεῷ ἡμῶν ἐπ' ὀνόματι τῆς Θεοτόκου προσάγομεν· ἐπεὶ διὰ τοῦ θείου τόκου αὐτῆς τὴν Τριάδα ἐγνώκαμεν· καὶ ὅτι τὸν ἕνα τῆς Τριάδος αὕτη τέτοκεν ἐν σαρκὶ, κυρίως οὖσα καὶ ὑμνουμένη ἀληθῶς Θεοτόκος· καὶ αὕτη ἡμῖν ἡ τοῦ ζῶντος Μάννα χορηγὸς, καὶ τοῦ θείου πόματος Μήτηρ.

ΚΕΦΑΛ. ΤΝΗ'.

Περὶ τῆς εὐταξίας ἐν τῇ ἑστιάσει τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῶν προσευχῶν.

Τιθεμένου δὲ τοῦ ἄρτου τούτου ἐν σκεύει τινὶ ἱερῷ ἀποτεταγμένῳ πρὸς τοῦτο, καὶ διὰ τοῦ ἱερέως σφραγιζομένου, ἀνάπτεται λαμπὰς ἐν αὐτῷ· καὶ τὰ βρώματα σφραγίζει ὁ ἱερεὺς, τὸν Θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς τὸ εὐλογῆσαι ἐπικαλούμενος. Καὶ τῆς ἑστιάσεως γινομένης, λόγοι θεῖοι ἀναγινώσκονται, ἵνα, ὡς ἐδιδάχθημεν, πάντα εἰς δόξαν ποιῶμεν Θεοῦ. «Εἴτε γὰρ ἐσθίετε, φησὶν, εἴτε πίνετε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε·» καὶ ὅτι « Ἁγιάζεται πάντα διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως.» Διὸ καὶ ἡ σφραγὶς

τελεῖται καὶ ἡ εὐχή· καὶ θεῖοι δὲ λέγονται λόγοι, ἵνα μὴ ὡς ἄλογα πρὸς τὴν γαστέρα μόνον ὁρῶμεν· ἀλλ' ὡς λογικοὶ μετὰ σαρκὸς, τὴν μὲν σάρκα στηρίζωμεν τοῖς ἐσθιομένοις, τὴν ψυχὴν δὲ τοῖς λεγομένοις. Μετὰ δὲ τὴν τροφὴν ἀνιστάμενοι, εὐχῆς γινομένης, δοξολογοῦμεν ἅπαντες, μετὰ τοῦ Δαβὶδ εὐλογοῦντες τὸν ἐλεοῦντα καὶ τρέφοντα ἡμᾶς ἐκ νεότητος· καὶ τὸ, « Δόξα σοι, ἅγιε, δόξα σοι, Κύριε, ὅτι ἔδωκας ἡμῖν βρώματα εἰς εὐφροσύνην, » καὶ τὰ λοιπὰ λέγομεν, ὅσα καὶ ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς περὶ τούτου παραλαβὼν ἑρμηνεύει.

nes, ut non sicut animalia quæ rationem non habent ad ventrem tantum spectemus, sed ut ratione constantes et corpore, carnem quidem escis sustineamus, dictis autem animam. Porro post cœnam stantes, oratione facta, glorificamus universi benedicentes cum David eum qui misericordiam cibumque nobis a juventute præstitit, et dicimus : «Gloria tibi, sancte, gloria tibi, Domine, quoniam dedisti nobis escas in jucunditatem », et cætera, quæ Chrysostomus de his disserendo interpretatus est.

ΚΕΦΑΛ. ΤΝΘ'.

Περὶ τῆς ὑψώσεως τοῦ ἄρτου τῆς Παναγίας.

Τῶν τελεσθέντων μετὰ δοξολογίας, ὁ ἀναγνοὺς καὶ τὰ πνευματικὰ διακονήσας τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ τούτῳ τῷ πνευματικῷ ἔργῳ διακονῆσαι ἔρχεται· καὶ συγχώρησιν ἐξαιτησάμενος καὶ λαβὼν, τοῖς καθαροῖς γὰρ καθαρὸν ἐξυπηρετεῖσθαι δεῖ, καθαίρει δὲ ἡ συγχώρησις, πάντων σιγώντων, ἀνυψοῖ τὸν ἄρτον, καὶ ἐκφωνεῖ, « Μέγα τὸ ὄνομα· » καὶ ἐκβοῶσι πάντες, « Τῆς ἁγίας Τριάδος· » ὃ τὸ φρικτόν ἐστιν ὄνομα τοῦ μόνου τῶν ὅλων Θεοῦ ἐν Τριάδι ὄντος· καὶ σταυροῦ τύπον ποιῶν, ἐπιφέρει, « Παναγία Θεοτόκε, βοήθει ἡμῖν· » καὶ συμφώνως λέγουσιν ἅπαντες, « Αὐτῆς πρεσβείαις, ὁ Θεὸς, ἐλέησον καὶ σῶσον ἡμᾶς. Σὺ εἶ ὁ ὁμολογηθεὶς καὶ ἀνυμνηθεὶς παρ' ἡμῶν, ἡ ἁγία Τριὰς, ὁ μόνος ὄντως Θεός. Οὐ γὰρ ἔστιν ἄλλος πλὴν σοῦ, ὁ ποιήσας καὶ συνέχων ἡμᾶς. » Καὶ τότε τοὺς ὕμνους τῇ Θεομήτορι ἐπιφέρουσι, τὸ μὲν, « Μακαρίζομέν σε πᾶσαι αἱ γενεαὶ, » διὰ τὴν αὐτῆς προφητείαν· ἐν τῷ τέλει δὲ τούτου τὴν τοῦ ἀγγέλου φωνὴν, τὸ, « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· » ὅτι τοῦτο ἀρχὴ τὸ ῥῆμα τῆς σωτηρίας ἡμῶν· **259** καὶ εὔχονται ὡς, « Καὶ διὰ σοῦ μεθ' ἡμῶν ὁ Κύριος, » τῇ χάριτι δηλονότι. Εἶτα καὶ εὐφήμως καὶ μελῳδικῶς ἀπερικάλυπτοι τὰς κεφαλὰς μελῳδοῦσι δεικνύντες ὅτι κεφαλὴ ἡμῶν αὕτη, τὴν κεφαλὴν ἡμῶν ἀποτεκοῦσα Χριστὸν, καὶ σκέπη ἡμῶν ἀπ' οὐρανοῦ καὶ προνοητὴς καὶ σωτηρία· καὶ τὸ, « Ἄξιόν ἐστιν, » ᾄδουσι· καὶ Θεοτόκον αὐτὴν ὁμολογοῦσι· καὶ τιμιωτέραν τῶν Χερουβὶμ μέλπουσιν, ὡς τὸν Θεὸν Λόγον ἐνυποστάτως τῇ γαστρὶ δεξαμένην, καὶ ἀδιαφθόρως τεκοῦσαν· καὶ κυρίως καὶ ὄντως Θεοτόκον αὐτὴν μεγαλύνομεν, τὸ *Μεγαλύνομεν* ἀπὸ τῆς ᾠδῆς λαβόντες αὐτῆς καὶ τὸ *Μακαρίζομεν*. Καὶ γὰρ αὕτη τοῦτό φησι, « Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον, » καὶ, « Ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί. » Τὸ μὲν οὖν ἀνυψῶσαι τὸ τῷ Θεῷ ἀναφέρειν δηλοῖ· τὸ δὲ εἰπεῖν, « Μέγα τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας Τριάδος, » τὴν ὁμολογίαν κηρύττει τοῦ τῶν ὅλων ἐν Τριάδι Θεοῦ· καὶ τούτῳ προσφέρειν τὸν ἄρτον, καὶ μεγαλύνει τούτου τὸ ὄνομα. Τὸ δὲ εἰπεῖν, « Παναγία, Θεοτόκε, βοήθει ἡμῖν, » καὶ τὴν σάρκωσιν κηρύττει τοῦ Λόγου. Τοῦτο γὰρ σημαίνει ἡ Θεοτόκος φωνή· καὶ ταύτης ἐπίκλησις γίνεται· καὶ πιστεύομεν ὡς πάρεστιν, ἑτοίμη πρὸς βοήθειαν οὖσα· καὶ ὁ ἄρτος αὐτῇ ὡς δῶρον κομίζεται· μᾶλλον δὲ δι' αὐτῆς τῷ Υἱῷ αὐτῆς ὑπὲρ ἡμῶν ἐξ αὐ-

CAPUT CCCLIX.

De ritu panem sanctissimæ in altum sustollendi.

Quibus cum doxologia perfectis, lector, postquam spiritalia fratribus ministravit, accedit huic quoque spiritali operi ministraturus, petitaque et accepta venia, nam pura puris tractanda sunt, venia autem purgat, tacentibus universis, panem sustollit, et clamat : «Magnum nomen,» omnesque exclamant : «Sanctæ Trinitatis,» quod est tremendum solius universorum in Trinitate Dei ; et signum crucis faciens addit : « Sanctissima Dei Genitrix, succurre nobis, » simulque dicunt omnes : « Ejus intercessione miserere nostri, Deus, et salva nos ; tu es quem confitemur et hymnis celebramus, sancta Trinitas, solus vere Deus, nam alius non est præter te qui fecisti nos atque conservas. » Et tunc hymnus Dei Genitrici adjiciunt, dicentes : «Beatam te dicimus omnes generationes,» ob ejus prophetiam. At in hujus fine salutationem angelicam proferunt : «Ave, gratia plena, Dominus tecum,» quoniam verbum istud nostræ salutis est principium, et precantur ut, «Per te nobiscum sit Dominus,» nempe per gratiam suam. Deinde devote et canore nudo capite modulantur, quoniam ipsa est caput nostrum, quæ caput nostrum peperit ; ipsa est e cœlo protectio nostra atque providentia et salus, cantantque : «Dignum est» et eam Dei Genitricem confitentur, et majore cherubim honore dignam concinunt, quoniam Deum Verbum substantialiter in utero recepit, et sine corruptione peperit, eamque vere ac indubitanter Dei Genitricem magnificamus, hæc verba, *Magnificamus et beatam dicimus*, ex ejus cantico sumentes. Ipsa enim istud dixit : «Magnificat anima mea Dominum,» et : « Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. » Dum panis quidem in altum tollitur, Deo offerri ostenditur ; at dum dicitur : Magnum nomen sanctæ Trinitatis, confessionem prædicat trini universorum Dei, et dum panis huic offertur, nomen ejus magnificatur. Dicere vero ; « Sanctissima Dei Genitrix, succurre nobis, » incarnationem Verbi prædicat, hoc enim significat vox Dei Genitrix ; necnon illius fit invocatio, et credimus eam adesse ad succurrendum paratam, et panis ei velut donum præstatur, potius autem per eam Filio ejus pro nobis ex ipsa incarnato, et propter nos libenter crucem passo, quod per crucem qui eum sustollit repræsentat. Hic igitur panis, utpote divina invocatione super

eum facta, expressoque ab initio crucis signo, et rursum deinde in prædicata Deipara, nechon agnita incarnatione Verbi, ipsaque Dei genitrice in auxilium invocata, magna potest et a multis malis eruit, seu potius ab omnibus, et omnibus replet bonis ac salvat continuo. Quapropter die ac nocte atque fere in omni hora istud nos oportet facere, semperque has voces clamare, necnon magnificare Trinitatem Deique Genitricem in auxilium invocare. Quodnam enim majus quam ejus auxilium? Vel quis ipsa majorem habet potestatem? vel quis magis ipsa salvare potest? Igitur ego quidem istud multi faciens divina hæc verba dico assidue, multosque ad hoc incitavi ut et ipsi illa dicant assidue, et vos scitis me in universis ecclesiis præcepisse istud quotidie facere, et in omni matutino officio post finem horæ nonæ, panem hunc in altum a sacerdote sustolli, consuetasque dici sacras has preces a Patribus traditas, in confessionem sanctæ Trinitatis unius universorum Dei nostri, prout diximus, et incarnationis Verbi, necnon in honorem Matris ejus sanctissimæ solius semper virginis vereque Deiparæ, atque ejus opem invocare, quoniam multum ex hoc invenimus adjutorium, istud etiam facere mando in Christo, et hortor et præcipio, vosque omnes advoco in salutem nostram. Si ergo nonnulli a fide alieni mane ac vespere semper dicere student, « Ave, gratia plena, » hoc ducentes honorem castæ Dei Genitricis, quod non invenerunt ipsi, sed antiqua Patrum consuetudine traditum est, prout brevi disces, quanto magis oportet nos orthodoxos vere catholicæ Ecclesiæ filios hoc facere sine intermissione et diligentissime. Illud autem, « Ave, gratia plena, » olim in Ecclesia cantari solitum fuisse discite ex vesperis sanctæ quadragesimæ, quum ante quodcunque aliud in fine post « Pater noster, » hoc protinus dicitur : « Dei Genitrix Virgo, ave, gratia plena, Dominus tecum, » necnon a vesperis vigiliarum, ante benedictionem panum illud assidue dicitur, et in cantionis ordine in omnibus vesperis, ut nostis, mos est istud singulis vesperis dici in hac magna Thessalonicensi Ecclesia. Igitur si simplices istæ voces, « Ave, gratia plena, » ita sunt efficaces, atque in honorem et gloriam Dei Genitricis tendentes, quoniam archangeli sunt salutatio in qua soluta est maledictio et impertita lætitia, quia universorum Salvator Deus Dei Verbum in ea habitavit atque ex ea fuit incarnatum, quanto magis oportet fieri et perfici divinum istud opus ac antiquissimum, utpote a Patribus traditum. Testantur typica omnia et consuetudo desuper a Patribus ad nos transmissa sanctam esse istam panis elevati Deoque oblati cæremoniam, Trinitatis confessionem, sanctæ Dei genitricis invocationem ac laudem in adjutorium nostrum factam, necnon illud : « Beatam te dicimus omnes generationes, » bonum ei esse cantatu et acceptabile tanquam ab ea prædictum et ex ea institutum ac quemadmodum ipsa protulit repetitum;

A τῆς σαρκωθέντι, καὶ δι' ἡμᾶς ἑκουσίως σταυρὸν ὑπομείναντι· ὅπερ καὶ διὰ τοῦ σταυροῦ ὁ ἀνυψῶν ἐκτυποῖ. Ὁ ἄρτος οὖν οὗτος, ὡς καὶ τῆς θείας ὀνομασίας ἐπ' αὐτῷ γινομένης, καὶ ἐξ ἀρχῆς τῆς σταυρικῆς σφραγῖδος καὶ πάλιν ὕστερον καὶ τῆς Θεοτόκου ἐπ' αὐτῷ ἀνακηρυχθείσης, καὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Λόγου ἀνομολογηθείσης, καὶ τῆς Θεομήτορος αὐτῆς εἰς βοήθειαν ἐπικληθείσης, μεγάλα δύναται· καὶ πολλῶν ῥύεται δεινῶν· μάλιστα δέ γε πάντων, καὶ πάντων ἐκπληροῖ χρηστῶν, καὶ σώζει διηνεκῶς. Διόπερ καὶ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν πάσῃ ὥρᾳ σχεδὸν τοῦτο δεῖ ποιεῖν ἡμᾶς, καὶ ἀεὶ ταύτας τὰς φωνὰς ἐκβοᾷν, καὶ μεγαλύνειν τὴν Τριάδα, καὶ τὴν Θεοτόκον ἐπικαλεῖσθαι εἰς βοήθειαν· ὅτι τίς μείζων τῆς βοηθείας αὐτῆς; ἢ τίς παῤῥησίαν ἔχουσα μείζω; B ἢ τίς δυναμένη σῶσαι πλέον αὐτῆς; Ἐγὼ μὲν οὖν τοῦτο περὶ πλείστου ποιούμενος, συνεχῶς τὰς θείας ταύτας λέγω φωνάς· καὶ περὶ τούτου πολλοῖς ἀνέθηκα, ὥστε συνεχῶς τοῦτο ποιεῖν· καὶ ὑμεῖς οἴδατε ὡς καὶ ἐν ταῖς καθολικαῖς ἐκκλησίαις παρέδωκα τοῦτο καθ' ἡμέραν ποιεῖν, καὶ ἐν παντὶ ὄρθρῳ μετὰ τὸ τέλος τῆς ἐννάτης ᾠδῆς, παρὰ τοῦ ἱερέως ἀνυψοῦσθαι τοῦτον τὸν ἄρτον, καὶ τὰς συνήθεις ἱερὰς ταύτας λέγειν τὰς ὑπὸ τῶν Πατέρων παραδεδομένας φωνὰς, εἰς ὁμολογίαν τε τῆς ἁγίας Τριάδος τοῦ μόνου τῶν ὅλων Θεοῦ ἡμῶν, ὡς εἰρήκαμεν, καὶ τῆς τοῦ Λόγου ἐνανθρωπήσεως· καὶ ἔτι εἰς τιμὴν τῆς αὐτοῦ Μητρὸς τῆς Παναγίας μόνης ἀειπαρθένου τε καὶ κυρίως Θεοτόκου· καὶ τὴν αὐτῆς ἐπικαλεῖσθαι C βοήθειαν· ἐπεὶ καὶ πλείστην εὑρήκαμεν τὴν ἐκ τούτου βοήθειαν, καὶ τοῦτο ποιεῖν παρακελεύομαι ἐν Χριστῷ· καὶ ἀνατίθημι, καὶ παραγγέλλω, καὶ παρακαλῶ ὑμᾶς πάντας εἰς σωτηρίαν ἡμῶν. Εἰ οὖν τῶν ἑτεροδόξων τινὲς πρωΐ καὶ ἑσπέρας τὸ, « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, » λέγειν ἀεὶ σπουδάζουσι, τιμὴν τοῦτο ἡγούμενοι τῆς ἁγνῆς Θεστόκου, ὅπερ οὐδὲ παρ' αὐτῶν ἐστιν εὑρημένον, ἀλλ' ἔθος ἀρχαῖον πατρικὸν, καθὰ καὶ μαθήσῃ μετὰ βραχυ, πολλῷ γε μᾶλλον χρὴ τοὺς ὀρθοδόξους ἡμᾶς καὶ τῆς καθολικῆς ὄντως Ἐκκλησίας τοῦτο ποιεῖν ἀδιαλείπτως καὶ ἐν σπουδῇ. Ὅτι δὲ τὸ, « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, » ᾄδεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πάλαι εἰθισμένον ἐστὶ, γνῶτε ἀπό τε τῶν κατὰ τὴν ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν ἑσπερινῶν, ὅτε πρὸ παντὸς ἄλλου ἐν τῷ τέλει μετὰ τὸ, « Πάτερ D ἡμῶν, » τοῦτο εὐθὺς λέγομεν, « Θεοτόκε Παρθένε, χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, » καὶ ἀπὸ τοῦ ἐν τοῖς ἑσπερινοῖς τῶν ἀγρυπνιῶν πρὸ τῆς εὐλογίας τῶν ἄρτων τοῦτο διηνεκῶς λέγεσθαι· καὶ ἐν τῇ ᾳσματικῇ δὲ τάξει ἐν πᾶσι τοῖς ἑσπερινοῖς, ὥσπερ οἴδατε, ἔθος τοῦτο καθ' ἑσπέραν ἐν ταύτῃ τῇ μεγάλῃ τῶν Θεσσαλονικέων Ἐκκλησίᾳ λέγεσθαι. Εἰ οὖν ἁπλῶς τὸ, « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, » μόνον λεγόμενον **260** ἀναγκαῖον, καὶ εἰς τιμὴν καὶ δόξαν τῆς Θεομήτορος, διὰ τὸ τοῦ ἀρχαγγέλου εἶναι φωνὴν, ἐν ᾗ δὴ ἡ ἀρὰ ἐλύθη, καὶ ἡ χαρὰ ἐβραβεύθη, ὁ Σωτὴρ τῶν ὅλων ὁ τοῦ Θεοῦ Θεὸς Λόγος ἐνσκηνώσας ἐν αὐτῇ, καὶ ἐξ αὐτῆς σαρκωθείς· πολλῷ γε μᾶλλον δεῖ τὸ θεῖον τοῦτο ἔργον καὶ ἀρχαιότατον ἐκτελεῖσθαι, ὡς ὑπὸ τῶν Πατέρων παρα-

δολέν. Καὶ μαρτυροῦσι τά τε τυπικὰ ἅπαντα, καὶ ἡ ἄνωθεν ἐκ Πατέρων εἰς ἡμᾶς συνήθεια παραδοῦσα τοῦτο· ὅπερ δὴ καὶ ὡς τελετὴ θεία ἐστὶν ἀνυψουμένου τοῦ ἄρτου, καὶ ἀναφερομένου Θεῷ, καὶ τῆς Τριάδος ὁμολογία, καὶ τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἐπίκλησίς τε καὶ αἴνεσις, εἰς ἡμετέραν βοήθειαν γινομένη. Καὶ τὸ, « Μακαρίζομέν σε πᾶσαι αἱ γενεαὶ, » καλὸν αὐτῇ προσαδόμενον καὶ εὐπρόσδεκτον ἔσται, ὡς προφητευθὲν ὑπ' αὐτῆς, καὶ παραδοθὲν ἐξ αὐτῆς, καὶ καθὼς ἔφη λεγόμενον, καὶ τὸ *Μεγαλύνομεν*. Καὶ τὴν τοῦ ἀγγέλου δὲ φωνὴν τὸ « Χαῖρε, κεχαριτωμένην, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, » λέγειν αὐτῇ ἀναγκαῖον. Ἐγένετο γὰρ ἐνυποστάτως ἐν αὐτῇ σαρκωθεὶς, καὶ νῦν ἐστιν ἐνσκηνῶν τῇ χάριτι ὑπὲρ πάντας· δι' ἧς καὶ μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς κατὰ τὸν Ἡσαΐαν ἐγένετο καὶ ἔστι. Καὶ τοῦτο δὲ ἐκ ταύτης αἰτούμεθα· καὶ « Διὰ σοῦ μεθ' ἡμῶν » ἀνακράζομεν. Ὡς καὶ εἴη πάντοτε ἡμῖν δι' αὐτῆς. Ἀμήν.

sicut et istud, «Magnificamus.» Angelicam vero salutationem, «Ave, gratia plena, Dominus tecum,» ei dicere necessarium, fuit enim in ea secundum substantiam incarnatus, et nunc est per gratiam super omnes inhabitans, per quam nobiscum Deus secundum Isaiam fuit et nunc est, quod ex ea poscimus et « Per te nobiscum » clamamus. Qui sit nobiscum semper per eam. Amen.

Κληρικός. Τὸ περὶ τούτου, δέσποτα, χρήσιμον ὄντως ἡμῖν καὶ ἐπωφελὲς, καὶ πᾶσιν ἀναγκαιότατον ἐνεργεῖσθαι, καὶ μᾶλλον ἀφ' οὗπερ ἡμῖν ἀνέθηκας καὶ παρέδωκας ἐνεργεῖν, καὶ ἡμεῖς σπουδὴν ἔχομεν· καὶ ἐν τοῖς καθολικοῖς ναοῖς, ὡς ἐκέλευσας, ἐνεργοῦμεν. Καὶ εἴη ἡμῖν τὸ τὰ θεῖα διενεργεῖν ἀόκνως πάντοτε διὰ τῶν ἱερῶν εὐχῶν σου.

Clericus. Hæc, domine, nobis sunt admodum opportuna et perutilia, eaque operari omnibus est omnino necessarium, et præsertim ex quo illa nobis facere mandasti ac præcepisti, nos quoque eis studiose incumbimus, et in universis ecclesiis, ut jussisti, adimplemus. Et sit nobis semper per sacras preces tuas divina diligenter operari.

Ἀρχιερεύς. Εἴη τοῦτο παρὰ Θεοῦ πρεσβείαις τῆς Θεομήτορος ὑμῖν τε καὶ ἐμοὶ, ὅτι πάντες χρῄζομεν τῆς ἀπὸ τῶν εὐχῶν βοηθείας· καὶ συνεχῶς ταύτας ποιεῖν ἀναγκαῖον καὶ ὀφειλόμενον, καὶ μεσίτας ἡμῶν ἐπικαλεῖσθαι τοὺς ἁγίους, καὶ πρὸ πάντων τὴν ὑπὲρ πάντας ἁγίαν τὴν ὑπέραγνον Θεομήτορα, ὡς ὑπὲρ πάντας σῶσαι ἡμᾶς δυναμένην· πολλὰ γὰρ πταίομεν ἕκαστος. Ἴωμεν δὲ ἤδη καὶ πρὸς τὸ τέλος ἡμῶν αὐτὸ, ὡς ἂν καὶ τὰ τῆς ὑποσχέσεως ἡμῖν ἐκτελέσωμεν.

Pontifex. Sit istud a Deo per intercessionem Deiparæ vobis et mihi, quoniam omnes indigemus auxilio quod per preces consequemur, easque sine intermissione facere necesse est atque debemus, sanctosque ut intercedant pro nobis invocare, ac ante omnes, quæ super omnes est sancta et purissima, Dei Matrem, utpote quæ super omnes nos salvare potest, in multis enim offendimus omnes. Sed jam veniamus ad ipsum finem nostrum, ut promissa nostra adimpleamus.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΕΛΟΥΣ ΗΜΩΝ
ΚΑΙ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΤΑΞΕΩΣ ΤΗΣ ΚΗΔΕΙΑΣ
ΚΑΙ ΤΩΝ ΚΑΤ' ΕΘΟΣ ΥΠΕΡ ΜΝΗΜΗΣ ΓΙΝΟΜΕΝΩΝ.

—

DE FINE ET EXITU NOSTRO E VITA
ET
DE SACRO ORDINE SEPULTURÆ
ET QUÆ PRO MEMORIA DEFUNCTORUM SOLENT FIERI.

—

Τὰ περὶ μὲν τοῦ τέλους ἡμῶν τοῦ φρικτοῦ καὶ ἀπαραιτήτου διηνεκῶς καὶ ἀπαύστως καὶ ἐν παντὶ καιρῷ μεριμνᾷν ὀφείλομεν· καὶ χρήσιμον ἡμῖν τοῦτο ὡς καὶ τὸ βλέπειν· καθὰ καὶ τὸ μεμνῆσθαι Θεοῦ χρήσιμον ἡμῖν ὡς τὸ ἀναπνεῖν τὸν ἀέρα. « Μιμνήσκου γὰρ, φησὶν, τὰ ἔσχατά σου, καὶ οὐ μὴ ἁμάρ-

Ea quæ spectant ad horrendum et ineluctabilem finem nostrum continuo et indefessim ac in omni tempore meditari debemus, quod non minus fructuosum est nobis quam lucem videre, quemadmodum et Dei meminisse tam utile est nobis quam aerem spiritu ducere. Ait enim : « Memorare no-

visima tua et in æternum non peccabis, » et, Præ para ad exitum opera tua. » Hujus gratia omnis sollicitudo nostra, et fuga mundi, et deserta, et monasteria, et exercitia, ut quando venerit finis, parati inveniamur, quod qui venit ad salvandum nos nosque salvavit nos docet dicens : « Estote parati, quia nescitis qua hora Dominus venturus sit, » et : « Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret utique et non sineret perfodi domum suam ; et vos estote parati, quia qua hora non putatis Filius hominis veniet. » Quamobrem nos omnes semper oportet esse ad exitum paratos, neque tantum sollicitos esse de his quæ aliis relinquemus, sed de nobis ipsis, ne forte hodie a nobis animas nostras repetant. Cæterum quænam crit utilitas nobis horum de quibus solliciti sumus? Ideo oportet negligere præsentia et humiliari, et pœnitentiam agere, et Deum confiteri, et eum ad misericordiam provocare, et mysticæ communioni studiose participare et sine intermissione istud facere in diligentia et humilitate animæ, quoniam inde nos cum Deo sumus, Deusque nobiscum erit, cujus causa incarnatus est.

CAPUT CCCLX.

De eo quod tremendis mysteriis communicare assidue oportet, quæ res est salutaris imprimis.

Ideo etiam ista nobis tradidit mysteria, ut unum simus cum eo, ut pontifices quidem et sacerdotes assidue in diligentia contritoque corde ac confessione ministrantes tremendis communicemus (mysteriis), cæteri vero et ipsi assidue in confessione contritaque et devota mente communione fruantur. Itaque nemo ex eis qui timent Dominum eumque diligunt, quadragesimam transgrediatur, sed quantum poterit ad communionem Christi accedat, vel in singulis Dominicis, si possit, in primis senes et infirmi, quoniam ibi est vita et fortitudo nostra. Si vero a morte nonnulli metuant, majori studio ad communionem approperent, neque secundum quosdam insensatos vitæ communicare dubitent, ne forte moriamur, inquiunt ; nam potius morieris si a tremenda communione abstineas ; in hoc enim tibi vita, sanitas, virtus, et ad illam perennem vitam viaticum, ubi si dignus es vivere, quanto magis inde et præsentem vitam obtinebis cujus nulla est utilitas ; quippe nihil est aliud ac cursus laboriosus qui te ducit ad mortem et ad corruptionem, certamen interminatum et indeficiens, merces inutilis, iter omni metu et tumultu refertum, vita sapientibus nequaquam amata, quoniam incerta est et corruptibilis semperque fallax nimiumque sollicitudine anxia ; tu autem mysteriorum Christi communionem invenies vitæ tibi ac fortitudinis auctorem, quoniam ipse est quem quum tetigisset mulier fluxum sanguinis patiens, sanitatem recepit, et leprosi solo ejus tactu mundati sunt, et mortui tangente eos manu illius resurrexerunt,

τῆς ποτέ· » καὶ, « Ἑτοίμαζε πρὸς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα σου. » Καὶ τούτου ἕνεκεν ἡμῖν ἅπασα ἡ φροντὶς, καὶ φυγαὶ κόσμου, καὶ ἐρημίαι, καὶ μοναὶ, καὶ ἀσκήσεις, ὡς ἂν, τοῦ τέλους ἐλθόντος, ἕτοιμοι εὑρεθῶμεν· ὅτι καὶ ὁ σῶσαι ἡμᾶς ἐλθὼν, καὶ σώσας ἡμᾶς, οὕτω διδάσκει ἡμᾶς, « Γίνεσθε, λέγων, ἕτοιμοι, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ Κύριος ὑμῶν ἔρχεται. » Καὶ τὸ, « Εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν ἄν, καὶ οὐκ ἂν εἴασε διορυγῆναι τὸν οἶκον αὐτοῦ· » καὶ, « Ὑμεῖς γίνεσθε ἕτοιμοι· ὅτι ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. » Διὰ τοῦτο πάντας ἡμᾶς πάντοτε χρὴ ἑτοίμους πρὸς τὴν ἔξοδον εἶναι, καὶ μὴ μεριμνᾷν μόνον περὶ τῶν ὧδε ἄλλοις ἐφιεμένων, ἀλλὰ περὶ τῶν μεθ' ἡμῶν ὄντων ἡμῶν αὐτῶν, μήποτε σήμερον ἀφ' ἡμῶν τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἀπαιτῶσι. Καὶ τίς ἔσται ἡμῖν περὶ ὧν τὴν φροντίδα ποιούμεθα ἡ ὠφέλεια ; Διὸ καὶ ἀμεριμνεῖν ἀπὸ τῶν παρόντων, καὶ ταπεινοῦσθαι καὶ μετανοεῖν χρὴ καὶ ἐξομολογεῖσθαι Θεῷ, καὶ τοῦτον ἐπικαλεῖσθαι εἰς ἔλεον, καὶ **261** τῆς μυστικῆς κοινωνίας μετέχειν σπεύδειν, καὶ συνεχῶς τοῦτο ποιεῖν ἐν προσοχῇ καὶ ταπεινώσει ψυχῆς· ὅτι τοῦτο τὸ μετὰ Θεοῦ ἡμᾶς εἶναι, καὶ τὸ μεθ' ἡμῶν εἶναι τὸν Θεὸν, δι' ὃν καὶ σεσάρκωται.

ΚΕΦΑΛ. ΤΞ'.

Περὶ τοῦ συνεχῶς κοινωνεῖν ἅπαντας τῶν φρικτῶν μυστηρίων, ὡς ὑπὲρ πάντα ἐπωφελοῦς ὄντος τοῦ ἔργου.

Διὸ καὶ τὰ μυστήρια ἡμῖν παρέδωκε ταῦτα, ἵνα ἓν ὦμεν μετ' αὐτοῦ, καὶ ἀρχιερεῖς μὲν καὶ ἱερεῖς συνεχῶς ἐν προσοχῇ τε καὶ κατανύξει καὶ ἐξομολογήσει ἱερουργοῦντες τῶν φρικτῶν μετέχωμεν. Οἱ λοιποὶ δὲ καὶ αὐτοὶ συνεχῶς ἐν ἐξαγορεύσει καὶ συντριβῇ καὶ εὐλαβείᾳ ψυχῆς τῆς κοινωνίας ἀπολαυέτωσαν, καὶ μή τις τῶν φοβουμένων καὶ ἀγαπώντων τὸν Κύριον, παρερχέσθω τὰς τεσσαράκοντα· ἀλλ' ὅση μᾶλλον ἰσχὺς αὐτῷ τε καὶ προσοχὴ, καὶ ἐγγύτερον τῇ κοινωνίᾳ Χριστοῦ προσερχέσθω· καὶ ἐν πάσῃ Κυριακῇ εἰ δυνατόν· καὶ μάλιστα οἱ ἐν τῷ γήρᾳ καὶ ἄῤῥωστοι· ὅτι τοῦτο ἡμῖν ἡ ζωή τε καὶ ἰσχύς. Εἰ δὲ καὶ πρὸς φόβον εἰσὶ θανάτου τινὲς, πρὸς τὴν κοινωνίαν σπουδαιότεροι ἔστωσαν· καὶ μὴ κατά τινας ἄφρονας τῆς ζωῆς κοινωνῆσαι φοβείσθωσαν· μή ποτε, φησὶν, ἀποθάνωμεν· καὶ μᾶλλον ἔσῃ εἰ μὴ μετάσχῃς τῆς φρικτῆς κοινωνίας ἀποθανών. Τοῦτο γάρ σοι ζωὴ, ῥῶσις, δύναμις, καὶ πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν ἐκείνην ἐφόδιον· καὶ εἴγε ἄξιος ὧδε ζῆν, καὶ τῆς παρούσης ἔτι ἐπιτεύξῃ μᾶλλον ἐκ τούτου ζωῆς· ἧς οὐδὲν ὄφελος· αὕτη γὰρ δρόμος μόνον ἐπίπονος, εἰς τέλος ἄγων σε καὶ φθοράν· καὶ ἀγὼν ἄμετρος καὶ ἀσυντελής· καὶ μισθὸς ἀνωφελής· καὶ τρίβος ἀνάμεστος παντὸς φόβου καὶ ταραχῆς, καὶ τοῖς νοοῦσι μὴ φιλούμενος βίος, ὡς ἀδηλός τε καὶ φθαρτικὸς, καὶ κλεπτῶν ἀεὶ, καὶ λίαν ἐμμέριμνος. Σὺ δὲ μᾶλλον τὴν κοινωνίαν εὑρήσεις τῶν μυστηρίων Χριστοῦ ζωῆς σοι καὶ δυνάμεως παραιτίαν· ὅτι αὐτός ἐστιν, οὗ ἡ αἱμόῤῥους ἁψαμένη ἰάθη· καὶ λεπροὶ τῇ ἁφῇ τούτου μόνῃ ἐκαθαρίσθησαν· καὶ νεκροὶ, τῆς χειρὸς αὐτοῦ τούτων

ἁψαμένης, ἠγέρθησαν· καὶ σὲ ζωώσει, μᾶλλον οὐ θανατώσει. Εἰ δὲ τὸ τέλος προητοιμάσθη σοι, καὶ πάρεστιν ὁ καιρὸς, πρόσελθε μᾶλλον, ἵνα τοῦτον ἐντεῦθεν εἰς ἀῤῥαβῶνα λάβῃς· αὐτὸς γάρ σοι ἐκεῖσε καὶ ἡ ζωὴ καὶ ἡ τροφὴ καὶ τὸ φῶς καὶ ἀνάπαυσις· καὶ εἰ τούτου μετάσχῃς ὧδε, οἰκτειρηθήσῃ· καὶ ἐντεῦθεν ἕξεις τὰς τῆς ζωῆς ἀπαρχὰς αὐτοῦ· καὶ σὺν τούτῳ πάντοτε ἔσῃ· καὶ οἱ ἐχθροὶ ἀπὸ σοῦ πόῤῥω φεύξονται· οὐ γὰρ ἰσχύσουσι κατὰ σοῦ, τὸ πῦρ μετὰ σοῦ λαβόντος τὸ ἄτρεκτον. Ὁ πρὸς τὸ τέλος τοίνυν ἐξομολογείσθω, μετανοείτω, περὶ πάντων ἑτοιμαζέσθω· καὶ ὁ ἀτελὴς τὸ σχήματι τελεσθήτω, ἵνα μὴ ἀτελὴς καὶ δίχα τῆς τελεωτάτης τελετῆς ἀπέλθῃ τοῦ σχήματος. Οἶδα γὰρ κἀν τούτῳ πλείστους καταμελοῦντας, καθὰ δὴ καί τινες πρότερον πρὸς τὸ βάπτισμα διαμέλλοντες ἦσαν, καὶ τούτου ἡστόχησαν, ἀλλ' ὡς ὁ μὴ βαπτισθεὶς οὐ Χριστιανὸς, καὶ ὁ μὴ τῷ σχήματι τελεσθεὶς, οὐ μοναχὸς ἔσται. Καὶ τὰ πρὸς τούτῳ μαθήσῃ παρὰ τῶν διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας, καὶ Βασιλείου μᾶλλον καὶ Γρηγορίου, καὶ οἱ πρὸς τὸ βάπτισμα τούτων λόγοι νῦν πρὸς τὸ σχῆμά σοι καὶ τὴν μετάνοιαν ἐτέτωσαν. Ὁ δέ γε μὴ μοναχὸς φθάσας εἶναι, περὶ τὸ τέλος αὐτοῦ γινέσθω· μέγιστον γὰρ τὸ δῶρον, βασιλικὴ ἡ σφραγὶς, δεύτερόν ἐστι βάπτισμα· ἐκ τῶν ἁμαρτημάτων καθαίρει· δῶρα παρέχει καὶ χάριτας· ὁπλίζει καὶ σημειοῖ· ἐξαιρεῖται ἐχθρῶν· τῷ βασιλεῖ παριστᾷ, καὶ φίλον καθιστᾷ τούτου. Εἰ προσέλθῃς, φωτισθήσῃ καὶ οὐ καταισχυνθήσῃ, εἰ δειλιᾷς, οὐ μετανοεῖς· καὶ ἀμβλὺς εἶ. Καὶ πῶς κατίδοις τὸν βασιλέα; Ὅμως κἂν μετανόησον λόγοις· κάλεσον ἱερέα τὸν ἰσχὺν ἔχοντα· ταπεινώθητι· ἐξαγόρευσον· μετανόησον ἀληθῶς· ἐγγίζει γάρ σοι μᾶλλον ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· συγχώρησιν αἴτησαι· ἐλέησον ἐξ ὧν ἔχεις· ἀπόδος **262** τὴν ἀδικίαν· τὰ συκοφαντηθέντα, εἰ ἐγχωρεῖ, κατὰ τὸν Ζακχαῖον τετραπλασίασον· στῆσον τοῦ μὴ ποιῆσαι τὸ κακὸν ἔτι· ἀπόστησον πόρνην ἀπὸ σοῦ· δίωξον μοιχαλίδα· καταλλάγηθι τῷ προσκεκρουκότι· δὸς εἰρήνην· λάβε εἰρήνην, ἵνα μετὰ τῶν φίλων γένῃ Χριστοῦ. Ποίησον τὰ τοῦ ἐλέου, ἵνα θείου τύχῃς ἐλέους· καὶ τὰ τοῦ ἁγίου δὲ ἐλαίου κατὰ τὴν ἀποστολικὴν ἐντολὴν, πιστεύων εὑρεῖν ἐξάλειψιν τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ τῆς νόσου ἐξεγερθῆναι, ἐκτέλεσον. Καὶ τὴν ἄφεσιν εὑρηκὼς, εἰ μὲν θείῳ ἐλέει ἐξιαθῇς τῇ σαρκὶ καὶ ἐξεγερθῇς, εὐχαρίστησον, καὶ τὰ τῆς ὑποσχέσεως τέλεσον, μετανοῶν μένων· καὶ τὰ τοῦ τέλους πάλιν περίμενε· ἐλεύσεται γὰρ, καὶ ἐγγύς ἐστι· καὶ οὐ μὴ φύγῃς τούτου ποτέ· καὶ πρὸς αὐτὸ διηνεκῶς ἑτοιμάζου. Καὶ πολλάκις σοι τοῦτο λέγω, τὸ, « Ἕτοιμος ἴσο. » Ἐπεὶ καὶ ὁ Σωτὴρ διαπαντός φησι τοῦτο, « Γίνεσθε ἕτοιμοι, » ἤτοι πάντοτε. Εἰ δὲ προσκληθῇς τῷ θανάτῳ, ἵνα ἕτοιμος εὑρεθεὶς, μετὰ Θεοῦ εἶῃς, καὶ μετὰ τῶν φίλων αὐτοῦ ταχθείης, καὶ ἧς ἐπιθυμεῖς ἐπαπολαύσεις χαρᾶς τε καὶ ἀπολαύσεως· τοῦτο καὶ γὰρ ὧδε τὸ ἀπατηλῶς σαίνον σε, ἡ ταλαίπωρος ἡδονὴ, ἀγνοοῦντα τὴν ἡδονήν. Εἰ οὖν τὴν ἀληθῆ θέλεις, τὴν ἐν τῷ ὄντως καὶ μὴ ληγούσῃς ἐπιτύχῃς. Καὶ ταῦτα

A necnon vivificabit te nedum te interficiat. Porro si finis appropinquet tibi et jam adsit tempus, magis accede, ut inde eum in arrhas accipias, ipse enim tibi erit ibi vita, et cibus, et lux et requies, et si illi his in terris communicaveris, misericordiam consequeris, et hinc habebis primitias illius vitæ, et cum eo eris semper, et inimici procul a te fugient; nam non prævalebunt adversum te qui ignem omnia urentem tecum acceperis. Qui ergo ad finem vitæ attingit, confiteatur, pœniteat, in omnibus se præparet, imperfectus seu novitius habitu perficiatur ne imperfectus et absque perfectissimo habitus indumento abscedat. Multos enim novi in hoc etiam incuriosos, quemadmodum olim quidam erant ad baptismum indiligentes, quo non baptizatus non
B est Christianus, ita et habitu non indutus monachus non erit. Quod disces ex doctrina Ecclesiæ et præsertim a Basilio et Gregorio quorum sermones de baptismo nunc ad habitum et ad pœnitentiam accommoda. Qui ergo prius non fuerit monachus, talis fiat in fine vitæ suæ; donum enim est maximum et regale sigillum, secundus est baptismus, a peccatis purgat, dona et gratias impertit, armis instruit et signat, ab inimicis eruit, ad regem introducit, eique amicum efficit hominem; si accedas, illuminaberis et non confunderis, si fueris socors, nequaquam pœnitens et segnis es, et quomodo regem conspiceres? Simul tamen lingua pœnitentiam enuntia, advoca sacerdotem facultate gau-
C dentem, humiliare, confitere, veram age pœnitentiam propius enim appropinquat tibi regnum cœlorum. Veniam posce, fac ex his quæ tibi sunt misericordiam, redde injuste ablata, fraudatorum, si potueris, secundum Zacchæum redde quadruplum; cave ne adhuc malum committas; amove a te fornicariam, ejice adulteram, cum eo qui te offendit reconciliare, da pacem, pacem accipe, ut cum amicis Christi fias; fac opera misericordiæ, ut divinam obtineas misericordiam; oleum sanctum secundum apostoli mandatum suscipe, credens te peccatorum remissionem et a morbo solatium inventurum, veniaque obtenta, si divina quidem miseratione carne sanatus allevatusque fueris, gratias age, et promissa adimple in pœnitentia permanens,
D mortemque iterum exspecta. Veniet enim, et jam prope est, nec illam usque fugies, et ad eam te jugiter præpara, sæpiusque hoc tibi dico: Paratus esto, quoniam Salvator semper istud dixit: Estote parati, nempe semper. At si mors tibi instat, sic fac ut paratus inventus, sis cum Deo, et cum amicis ejus colloceris, et quam concupiscis potiaris lætitia et jucunditate. Hic enim tibi falso blanditur misera voluptas qui voluptatem nescis; si ergo veram volueris, præsentem et carnalem odio insequere, ut veram et sempiternam consequaris. Et ista quidem de iis qui ex vita abscedunt, utpote quæ ab ipsis sunt facienda.

παρόντι καὶ τὴν τῆς σαρκὸς μίσησον, ἵνα τῆς μὲν περὶ τῶν ἐξοδεύοντων ὡς ὀφειλόμενα αὐ-

CAPUT CCCLXI.

De sepultura episcoporum, sacerdotum, nec non monachorum, laicorumque.

Fratrem vero in fide defunctum ita sepelire præcepit Ecclesia. Pontificem quidem et sacerdotem manibus sacerdotum committit tanquam totum sanctum, qui eum mundis vestibus proprii habitus induunt. Prius quidem intus aqua tantum corpus in formam crucis spongia aspergentes in signum divini baptismatis, scilicet in fronte, in oculis, in labiis, in pectore et insuper in genibus ac manibus, cum deinde desuper præcinctum pontificiis seu sacerdotalibus vestimentis induunt, caligas autem communes in pedes inducunt; manibus vero sacrum inserunt Evangelium, quod prius quidem dicitur in ipsum e vita discedentem vel post mortem, si dederit tempus, quoniam secundum Evangelium vixit, simulque ut miserationem et propitiationem assequatur ex divinis eloquiis. Quænam enim alia magis idonea ad Deum pro mortuo propitiandum quam hæc dicta, incarnatio Verbi annuntiata, doctrinæ, mysteria, data peccatorum remissio, toleratæ pro nobis passiones, mors vivificans, et resurrectio. Hæc igitur totum ordinem superant, dicendaque sunt etiam in decessu sacerdotum. At pro monachis legitur Psalterium, quod pariter servatur apud multos et usque ad hanc horam dicitur sicque super eum de more factis precibus et suffitu, quoniam Deo commendavit spiritum, corpusque sanctificatum sancte committitur terræ; incensum enim Deo oblatum est in propitiationem pro mortuo, et in signum piæ et orthodoxæ ejus vitæ quæ boni odoris, quia pura, exstitit; levant postea et in templum cum lampadibus portant divinam illam et indeficientem lucem significantes. At si monachus fuerit mortuus, postquam in formam crucis fuit aspersum, habitu eum induunt, et desuper in eo consuitur pallium quod sepulcri speciem gerit, crucibus desuper factis propter Christum cui crucifixus est.

CAPUT CCCLXII.

Quare sacra Christi imago super cadaver defuncti ponatur.

Et ipsius quem dilexit sursum ponunt imaginem et oratione dicta a sacerdote, eum tollunt, ac in divinum templum cum lampadibus inferunt. Similiter fit pro laicis, eos enim mundis e consuetis vestibus induunt, quibus sacrum imponunt instrumentum, quoniam fidelis fuit atque sanctus, et propter Christi protectionem, cujus insuper erigitur imago propter ejus fidem in Christum, et quoniam huic suam commendavit animam. Deinde oratione facta, attollitur, et cum lampadibus in templum Dei inducitur.

CAPUT CCCLXIII.

Quare cantetur hymnus Trisagii, quando defuncti in templum inferuntur.

Hymnus vero, dum inferuntur sacerdotes et laici,

ΚΕΦΑΛ. ΤΞΑ'.

Περὶ κηδείας ἀρχιερέων καὶ ἱερέων, ἔτι τε μοναχῶν καὶ λαϊκῶν.

Τὸν δέ γε ἐν πίστει ἀδελφὸν τετελευτηκότα οὕτω κηδεύειν ἡ Ἐκκλησία παρέλαβεν. Ἀρχιερέα μὲν ὄντα καὶ ἱερέα χερσὶν ἱερέων οἰκονομεῖ, ὡς ἱερὸν ὅλον ὄντα· οἱ καὶ καθαρὰ τοῦτον ἱμάτια τοῦ ἰδίου σχήματος ἐνδιδύσκουσι· πρότερον μὲν ἐντὸς τὸ σῶμα ἀπονίπτοντες ὕδατι μόνῳ διὰ σπόγγου σταυροειδῶς, εἰς τύπον τοῦ ἱεροῦ βαπτίσματος, κατά τε τὸ μέτωπον καὶ τοὺς ὀφθαλμούς, τὰ χείλη τε καὶ τὸ στῆθος, καὶ ἔτι τὰ γόνατα καὶ τὰς χεῖρας· ἔπειτα δὲ περιζώσαντες ἄνωθεν, τὰ ἀρχιερατικὰ, ἢ ἱερατικὰ περιβάλλουσιν ἄμφια. Καὶ ὑποδήματα δὲ καινὰ ἐμβάλλουσιν εἰς τοὺς πόδας. Εἰς τὰς χεῖρας δὲ τὸ ἱερὸν διδόασιν Εὐαγγέλιον· ὃ δὴ καὶ πρότερον ἀναγινώσκεται ἐπ' αὐτὸν ἤδη τελευτῶντα· ἢ καὶ μετὰ θάνατον, εἰ ὁ καιρὸς δίδωσιν, ὡς εὐαγγελικῶς αὐτὸν ζήσαντα· ἅμα δὲ καὶ εἰς ἱλασμὸν καὶ ἁγιασμὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν θειοτάτων λογίων· τίνα γὰρ ἕτερα εἰς ἐξιλέωσιν Θεοῦ μείζονα ὑπὲρ τοῦ κειμένου ἔσται ἢ ταῦτα λεγόμενα; Σάρκωσις Θεοῦ καταγγελλομένη, διδασκαλίαι, μυστήρια, δόσις ἀφέσεως ἐγκλημάτων, τὰ ὑπὲρ ἡμῶν πάθη, ὁ ζωοποιὸς θάνατος, καὶ ἡ ἔγερσις· ὑπὲρ ἅπασαν οὖν ταῦτα ἀκολουθίαν· καὶ λεκτέον ἐπὶ τοῖς ἱερωμένοις. Ἐπὶ δὲ μονάζουσι τὸ Ψαλτήριον, ὃ καὶ φυλάσσεται παρὰ τοῖς πολλοῖς ἔτι, καὶ ἕως τοῦ νῦν λέγεται. Καὶ οὕτω τῇ εὐχῇ ὡς ἔθος σὺν Τρισαγίῳ ἐπάνω τούτου γινομένης καὶ θυμιάματος, ὅτι Θεῷ παρεδέδωκε τὴν ψυχήν, καὶ τὸ σῶμα ἡγιασμένον ἁγίως τῇ γῇ παραδίδοται· καὶ τὸ θυμίαμα γὰρ Θεῷ προσαγόμενον εἰς ἱλασμόν ἐστιν ὑπὲρ τοῦ κειμένου, καὶ δεῖγμα τῆς εὐσεβοῦς αὐτοῦ καὶ ὀρθοδόξου ζωῆς, εὐωδεστάτης οὔσης ὡς καθαρᾶς. Εἶτα αἴρουσι, καὶ εἰς τὸν ναὸν μετὰ λαμπάδων κομίζουσι, τὸ θεῖον ἐκεῖνο καὶ ἀκατάπαυστον ἐκτυποῦντες φῶς. Εἰ δέ γε μοναχὸς ὁ τελευτήσας ἐστὶ, μετὰ τὸ ἀποσπογγίσαι σταυροειδῶς, τὰ τοῦ σχήματος ἐνδιδύσκουσι, καὶ τὸν μανδύαν ἄνωθεν ἐπιῤῥάπτουσιν, ὃς καὶ ὡς τάφος ἐστὶν αὐτῷ· καὶ σταυροὺς ἄνωθεν ποιοῦντες, διὰ Χριστὸν ᾧ ἐσταύρωται.

ΚΕΦΑΛ. ΤΞΒ'.

Διατὶ ἁγία εἰκὼν ἐπάνω τοῦ λειψάνου τοῦ κοιμηθέντος τίθεται.

Καὶ εἰκόνα αὐτοῦ οὗπερ ἠγάπησεν, ἐπάνω τιθέασι. Καὶ τὴν εὐχὴν εἰρηκότος τοῦ ἱερέως, αἴρουσιν αὐτὸν, καὶ εἰς τὸν θεῖον ναὸν μετὰ λαμπάδων κομίζουσιν. Ὁμοίως δὲ καὶ **263** ἐν λαϊκοῖς γίνεται· καθαρὰ γὰρ ἐνδύουσιν ἀπὸ τῶν συνήθων. Ἄνω δὲ τούτων ἱερὸν τιθέασιν ἔπιπλον, ὅτι πιστός τε καὶ ἱερὸς καὶ ὑπὸ τὴν τοῦ Χριστοῦ σκέπην. Καὶ εἰκὼν ἐπάνω τούτου διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν τίθεται· καὶ ὅτι τούτῳ παρέδωκε τὴν ψυχήν. Καὶ τῆς εὐχῆς λεγομένης αἴρεται, καὶ σὺν λαμπάσιν εἰς τὸν θεῖον ναὸν ἀπάγεται.

ΚΕΦΑΛ. ΤΞΓ'.

Διατὶ ὁ Τρισάγιος ὕμνος ᾄδεται, ἐν τῷ τοὺς τελευτῶντας εἰς τὸν ναὸν ἀπάγεσθαι.

Ὕμνος δὲ ἐν τῷ ἀπάγεσθαι ἱερωμένους καὶ λαϊ-

κοὺς ὁ Τρισάγιος μετὰ μέλους· ὅτι καὶ τῆς Τριάδος οἱ τελευτῶντες δοῦλοι, καὶ ταύτην ἐκήρυξαν, καὶ ἐν αὐτῇ τετελείωνται, καὶ ἐν αὐτῇ πορεύονται, καὶ σὺν ἀγγέλοις ταχθήσονται, τοῖς τὸν Τρισάγιον ὕμνον ἀπαύστως ᾄδουσι. Τίθενται δὲ ἐν τῷ ναῷ ἀρχιερεῖς μὲν πρὸ τῶν ἁγίων θυρῶν, ἤτοι ἐγγυτέρω αὐτῶν, οὓς ὁ ἱερὸς Διονύσιος καὶ τοὺς ἱερεῖς εἰς τὸ θυσιαστήριόν φησι τίθεσθαι, ἔνθα καὶ τὰ τῆς ὑπηρεσίας αὐτοῖς· τοὺς δὲ μοναχοὺς πρὸ τῶν ἱερῶν θυρῶν, ἔνθα ἡ στάσις αὐτοῖς· τοὺς λαϊκοὺς δὲ κατὰ τὸ μέσον τοῦ ναοῦ, ὅπου καὶ τὴν τάξιν τῆς στάσεως ἔχουσιν. Ἀλλ' οὐχ οὕτω νῦν γίνεται· πάντας γὰρ τιθέασι μεσαίτατα τοῦ ναοῦ. Οἶμαι δὲ διὰ τὸ πολυχωρητότερον, καὶ ἵνα πάντες ὁρῶσί τε καὶ παρίστανται· ἢ ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου καὶ οἱ ἱερωμένοι τὸν ναὸν περιτρέχουσιν ἔν τε εἰσόδοις καὶ θυμιάμασι, τοὺς πάντας καθαγιάζοντες· καὶ τὸν ναὸν δὲ τὸν θεῖον αὐτοὶ καθιεροῦσι τῷ Θεῷ, διὰ τοῦτο καὶ οὗτοι τοῦ ναοῦ μέσον τίθενται, προσαγόμενοι τελευτῶντες ὥσπερ ἐν οὐρανῷ. Ὅμως χρεὼν καὶ τὰ τοῦ μεγάλου τηρεῖσθαι Διονυσίου, ὡς παραδεικνύντα σαφῶς τὴν ἑκάστου τάξιν καὶ τὸν βαθμὸν τῇ καταθέσει· ὅτι καὶ Παῦλος τοῦτό φησιν, « Ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι. »

cum cantu dicitur Trisagion, quoniam defuncti Trinitatis servi eam prædicaverunt, et in ipsa sanctificati sunt, et in ipsa ambulant, et cum angelis collocabuntur qui Trisagii indefessum hymnum concinunt. Verum in templo reponuntur pontifices quidem ante sanctas januas seu in loco his proximo, quos sanctus Dionysius atque sacerdotes dixit ante altare locandos esse ubi ministérium exercent, monachos autem ante sacras fores; ubi adstant, laicos vero in medio templi ubi loci ordinem habent. Sed nunc non ita fit; omnes enim ponuntur in medio templi, quod fieri censeo quoniam locus est latior, necnon ut omnes videant et adstent, vel quia ab altari sacerdotes templum perambulant per ingressus et suffitum omnes sanctificantes, ipsumque divinum templum Deo dedicant, ideo ipsi quoque defuncti afferuntur et in medio templi tanquam in cœlo reponuntur. Oportet tamen servari mandata magni Dionysii, quoniam per collocationem recte manifestant uniuscujusque gradum et ordinem, et quia Paulus hoc dixit: Quisque in proprio ordine.

ΚΕΦΑΛ. ΤΞΔ'.

Περὶ τῶν κοιμητηρίων, ὅπως ἐν αὐτοῖς τὰ λείψανα θάπτεται.

Καὶ ἡ ἀρχαία δὲ τάξις οὕτως εἶχε. Καὶ δηλοῦσι τὰ λεγόμενα κοιμητήρια. Καὶ γὰρ ἐν μὲν τῇ Κωνσταντίνου ἐν τῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων μεγίστῳ σηκῷ οἱ μὲν ἀρχιερεῖς ἔνδον τοῦ θυσιαστηρίου ἐξ ὀρχῆς κατετίθεντο, ὡς καὶ τὰ λείψανα τῶν ἁγίων, διὰ τὴν τῆς θείας ἱερωσύνης χάριν. Καὶ πολλοὶ περὶ τούτου γράφουσιν ὡς οὕτως ἐγίνετο, περὶ λειψάνων ἀρχιερατικῶν διηγούμενοι. Οἱ βασιλεῖς δὲ περὶ τὸν ναὸν καὶ κύκλωθεν τοῦ ναοῦ, ὡς δείκνυνται ἐκ τῶν τάφων, λαϊκοὶ τελοῦντες καὶ αὐτοί, εἰ καὶ τὸ χρίσμα τῆς βασιλείας ἔλαβον, ἡγεμονίαν τῆς κοσμικῆς ταύτης ἀρχῆς ἐγκεχειρισμένοι. Καὶ ἐν τοῖς μοναστηρίοις δὲ τὰ ἀποτεταγμένα κοιμητήρια ἰδίᾳ μὲν ἔχουσι τοὺς τάφους τῶν ἱερωμένων μοναχῶν καὶ ὑποκάτω θυσιαστηρίου· ἰδίᾳ δὲ τῶν ἰδιωτῶν. Διὸ καὶ ὧδε χρεὼν τοὺς μὲν ἀρχιερεῖς ἐγγύτερον τιθέναι τοῦ θυσιαστηρίου· τοὺς ἱερεῖς δὲ μετ' αὐτοὺς καὶ λοιποὺς πάντας κληρικούς· περὶ δὲ τὰς πύλας τοῦ ναοῦ τοὺς λαϊκούς· ὃ δὴ καὶ ἐν ταῖς μοναῖς ἀκριβέστερον ἔτι τηρεῖται· καὶ τοὺς μὲν καθηγουμένους καὶ ἱερωμένους ψάλλουσιν ἔνδον τοῦ ναοῦ, τοὺς ἰδιώτας δὲ μοναχοὺς, ἢ καὶ λαϊκοὺς, ἐν τῷ νάρθηκι· ὃ καὶ ἐφ' ἡμῖν ἔτι γινόμενον εἴδομεν ἔν τισιν ἱεραῖς μοναῖς. Νῦν δὲ πάντα τῇ ἀμελείᾳ παρεωράθη τὰ εὐλαβῆ, καὶ τὰ τῆς τάξεως καταλέλυται· καὶ πάντα γίγνεται φύρδην· καὶ γὰρ ἡ ἀταξία τῇ ὑπερηφανίᾳ συζεύγνυται ἀπαρχῆς, καὶ σὺν αὐτῇ τῇ φιλοκερδείᾳ, καὶ τὰ κοσμικὰ φρονήματα πλέον διὰ τὰ ἑκάστου πάθη· καὶ οὐ τὰ τῶν ἁγίων κρατεῖ. Καὶ πολλοὶ ἐν τούτοις ἀφιλοσόφως φιλοσοφοῦσιν, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀλόγως. Καὶ, Τί ἐστι τοῦτο, λέγουσι; καὶ τί ἐκεῖνο; καὶ διατί μὴ καὶ τὸν λαϊκὸν ἔνδον εἰσάγουσιν; Οὐκ

CAPUT CCCLXIV.

De cœmeteriis, quomodo in illis corpora defunctorum sepeliuntur.

Porro antiqua dispositio sic erat, ut patet ex locis quibus cœmeterii nomen fuit impositum. Etenim in basilica Constantini, in maxima sanctorum apostolorum ecclesia, pontifices quidem intra altare ab initio deponebantur propter gratiam divini sacerdotii. Et multi de hoc scribunt quod ita fiebat de reliquiis pontificum disserentes, reges vero in templo et circa templum, ut ex eorum monumentis apparet, quum et ipsi sint laici, licet accepta regali unctione, dominationem et sæculare hoc demandatum susceperint imperium. At in monasteriis designata sunt cœmeteria in quibus propria quidem monachi sacerdotio induti habent monumenta subter altare, alia autem propria fratres idiotæ. Ideo hic etiam oportet pontifices quidem propius altari, sacerdotes vero post eos et universos cæteros sepeliri clericos, laicos autem circa portas templi; quod adhuc accuratius in monasteriis servatur; præsides quidem et sacerdotes psallunt intra templum, idiotæ autem et monachi aut laici in narthece, quod apud nos adhuc fieri novimus in quibusdam monasteriis. Nunc vero omnes pii ritus negligentia contempti sunt, eversusque ordo, et omnia fiunt promiscue, nam confusio superbiæ ab initio fuit commixta, et cum ipsa avaritia, et mundana prævalent consilia propter singulorum vitia, et minime sanctorum cogitationes; multi in hoc contra philosophiam philosophantur, seu magis sine ratione. Et quid hoc? inquiunt, et quid illud? Quare laicum non intus inferunt? Nonne Christianus est? Etiam, frater, Christianus est, sed non sacerdos; aliud quidem sacerdos, et aliud laicus; si

nullum esset discrimen, igitur et laicus baptizabit, et ministrabit, et ad altare accedet.

CAPUT CCCLXV.

De illis qui inordinate ac confuse faciunt omnia; idque vehementer grave ac molestum esse.

Sed quid hæc dico? Isti qui omnia commiscent et confuse faciunt nullum ponentes discrimen sacrum inter et profanum, illud audent facere, sinuntque in sacrum sanctuarium intrare quos in hoc ingredi indignos sciunt, et absque sigillo pontificio jubent in ecclesia sacras Scripturas legere, quod in pestem ita damnosam prodiit ut in morem inordinatio transiverit, multique nequaquam de sacro sigillo curent, sed vix illud quærant quum ad ordines promovendi sunt, virque tum ita agant ut secundum consuetudinem illud accipiant. O homo, num parva hæc perpendis? et Patrum leges desuper traditas aspernaris? Nihil parvum in Ecclesia magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, nihil sine sapientia, quoniam ipsius est sapientiæ viventis Ecclesia. Ideo omnia maximam habent rationem. Quomodo igitur auderet aliquis rationabiles Verbi Dei institutiones suis insultibus contemnere, et semetipsum constituere judicem earum exstinctionis? Num ignoras ordinem omnia continere, sicut dictum est? et in cœlesti Ecclesia eximium stare ordinem? Igitur cave ne supernum destruas ordinem, sed potius præsentem conserva, et pro illo quantum potes zelare, neque tantum studeas ut quæ accepisti custodias, et ut ea sanctis augeas incrementis, eaque adornes tanquam Patres nostri. Itaque pugna pro sanctis ordinibus, ut multam a Deo mercedem referas utpote diligens decorem domus Domini, sanctumque ordinem serva, et adstantes in sanctuario majore aliis honore prosequere secundum convenientem eis gradum, et sedendo, et communicando, et mutuum donum accipiendo, et augustas imagines atque sanctissimam crucem adorando, utpote divino sigillo signatos.

CAPUT CCCLXVI.

De illis qui neglecto ordine in bema ingrediuntur, cum nec sacerdotes nec monachi sint, arroganterque præ sacerdotibus et monachis stant vel sedent.

In sanctuarium intrare nullum permittas præter eos qui impositione manuum digni sunt habiti et electi ad ministrandum æterno regi, at post eos pone monachos et post monachos laicos, et cave ne superbis desilocum sanctos despiciendi, qui quum stulte cogitent in sancta et divina inducunt vitia sua istaque manifestant, et nedum sanctificentur, damnati sunt et aversione digni. Volunt enim divinis participare secundum genus ignobile et abjectum, necnon secundum divitias assidere

Ἔστι Χριστιανός; Ναὶ Χριστιανὸς, ἀδελφέ· ἀλλ' οὐχ ἱερεύς. Ἕτερον δὲ ἱερεὺς, καὶ ἕτερον λαϊκός. Εἰ δὲ οὐδὲν, καὶ ὁ λαϊκὸς λοιπὸν βαπτίσει, καὶ ἱερουργήσει, καὶ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσελεύσεται.

264 ΚΕΦΑΛ. ΤΞΕ'.

Περὶ τῶν ἀτάκτως πάντα καὶ συγκεχυμένως ποιούντων· ὅτι τοῦτο λίαν δεινόν.

Non enim cum angelis constituitur qui corpore amictus est, nec sacrificium Patri offert. Quin simul adoratur sicut Dei Filius incarnatus, cum Patre et Spiritu ; nec Trinitati quolibet modo superadditur, siquidem non alius est incarnatus et aliud Verbum, quod priusquam carnem assumeret in Patre manebat, manebat et idem assumpta carne.

Καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos.

Ὅτε μὲν γὰρ ἐκ Παρθένου σαρκωθεὶς ἦλθεν, ἐν ὑπερβαλλούσῃ πτωχείᾳ ὤφθη καὶ ταπεινότητι, καὶ οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλ' οὐδ' ἀγγέλοις ἅπασι γνωστὸς ἦν· καὶ τοῦτο ἄχρι καὶ τοῦ ἀναβαίνειν ἄνω τελέσαντα τὴν οἰκονομίαν αὐτόν· οἱ γὰρ ὑπεράνω μὴ γινώσκοντες ἔφασκον, « Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης ; » Ὅτε δὲ ὕστερον ἐλεύσεται, μετὰ δόξης φανήσεται πολλῆς, ὁ αὐτὸς μὲν ὢν ἐνδεδυμένος τὴν σάρκα, καθὰ δὴ καὶ ἀνελήλυθε, ταῖς ἀστραπαῖς δὲ τῆς θεότητος ὑπεραυγάζων τὴν κτίσιν, ἀγγέλων παρισταμένων, ἀνθρώπων ἀνισταμένων, **303** δαιμόνων καταργουμένων καὶ εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ παραπεμπομένων, ἀσεβῶν καὶ ἁμαρτωλῶν διηνεκῶς κατακρινομένων, καὶ εὐσεβῶν καὶ δικαίων αἰωνίως στεφανουμένων. Δικαίως οὖν μετὰ δόξης ἐλεύσεται· ὅτι Κύριος τῆς δόξης ὤν, πάντας πρὸς τὸ δοξασθῆναι παρὰ τῆς δόξης αὐτοῦ καὶ ἐδημιούργησε καὶ

Quando e Maria quidem venit incarnatus, in nimia paupertate visus est et abjectione, nec hominibus tantum, nec etiam angelis omnibus agnoscendus ; et sic erat donec perfecta œconomia in altum ascendit ; non agnoscentes enim dicebant cœlites : « Quis est iste rex gloriæ ? » Quando autem iterum veniet, multa cum gloria apparebit, idem quidem, corpore amictus, quemadmodum ascendit, divinitatis vero fulgoribus creaturas illuminans, assistentibus angelis, resurrectione stantibus hominibus, debellatis dæmonibus et in æternum missis ignem, in perpetuum damnatis impiis et peccatoribus, æternaliter e contra coronatis piis justisque. Merito igitur cum gloria veniet qui gloriæ Dominus cum sit, omnes ut ad gloriam exaltaret suam et creavit et vocavit. De cætero qui gloriam ipsius noluerunt, nec eum

glorificaverunt sive de angelorum, sive de hominum natura, damnati juste ejicientur : et quia suis gloriam suam quam manifestaverit, non amplius absondet, erit e contra, prout scriptum est, deorum per eum fulgentium in medio Deus.

αὐτοῖς ὑποκρύψει, ἀλλ' ἔσται, καθὼς γέγραπται,

Judicare vivos et mortuos.

Id est, omnes homines : non quia tunc aliqui non demortui atque ideo vivi, aut spiritaliter quidem exsistentes, corpore autem defuncti sunt, aut quasi is qui corpore resurrexit, tum subsistet. Non ita : sed omnes resuscitabuntur, et nemo mortalium vita non defunctus, tunc resurget. Nam si Dominus ipse, qui nobis resurrectionis auctor est, quoad corpus, mortem oppetiit, quanto magis ii qui morti addicti sunt ! Nec mirum. Quotquot enim Adami filii, ideoque mortales sumus, moriemur, et a Salvatore resuscitabimur. Vivos dicit et mortuos. Qui enim olim a principio mortui sunt, et qui resurrectionis tempore in vivis erunt, uno oculi ictu ac subito morte plexi, ut divus dicit Paulus natura permutata, resuscitabuntur.

Judicare vivos et mortuos.

Omnes judicabit solus et verus judex, Verbum Dei exsistens, Deus vivens, qui omnia fecit, omnia scit, discretor cordis intentionum et cogitationum, usque ad ossa et medullas pertingens, sicut scriptum est, solus universorum Dominus qui intima omnium novit, et unicuique secundum motus et actiones et voluntatem retribuere valet ; quod et verum eum præsertim demonstrat Deum, sicut supra diximus, tanquam natura Dei Filium ; nam judex solus, qui justus, verus, qui servorum suorum judex, qui novit quæ in servis sunt, qui retribuere valet, qui Dominus omnium est.

Cujus regni non erit finis.

Nunc quidem qui peccatum in carne sua delevit, solus innocens visus homo et crucifixus et resurgens super mortem regnavit, et malum vinculis ligavit, adhuc vero et rex est tanquam Deus, sed similiter vere super agnoscentes eum ipsique servientes tantum regnat. Super impios autem et adversantes et contra legem viventes qui ipsorum est Creator et Providentia non perfecte regnat ; ejus imperium nolunt, quinimo submisse serviunt dæmoni cui ad peccatum juxta propriam voluntatem impellere concessum est, donec corruptus adhuc corrumpendus stat mundus iste, ad bonorum gloriam ac discretionem. Quando autem e cœlo descendet Dominus ille et renovabitur quidem mundus, sicut scriptum est, penitus vero ligabitur malitiæ auctor, tunc delebitur peccatum, et omnem inimicum suum sub pedibus suis ponet, et omnis quidem malus foras cum dæmonibus ejicietur ; sola autem lux vera Christus cum angelis et sanctis suis, inventa æterna vita, erit. Cujus itaque regni non erit finis, sicut dicit Daniel, in nubibus incedentem videns Filium hominis et usque ad Anti-

A ἐκάλεσε· λοιπὸν οἱ μὴ θελήσαντες τὴν δόξαν αὐτοῦ, μηδὲ δοξάσαντες αὐτὸν, εἴτε ἐκ τῆς τῶν ἀγγέλων, εἴτε ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως κατακριθέντες, δικαίως ἐκδιωχθήσονται· καὶ ὅτι φανερώσας τὴν δόξαν αὐτοῦ τοῖς οἰκείοις, οὐκ ἔτι ταύτην ὅλως Θεὸς ἐν μέσῳ θεῶν τῶν ἐξ αὐτοῦ λαμπομένων.

Κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

Τουτέστι πάντας ἀνθρώπους, οὐχ ὅτι τινὲς ἔσονται τότε μὴ τεθνηκότες, καὶ οὕτω ζῶντες, ἢ ταῖς ψυχαῖς μέν τινες ζῶντες, νεκροὶ δὲ τοῖς σώμασι· οὐδ' ὁ μὴ ἀναστὰς τῷ σώματι ἔσται τότε. Πάντες γὰρ ἐγερθήσονται. Καὶ οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων μὴ θανὼν ἔσται τότε καὶ ἀναστάς. Εἰ γὰρ τῇ σαρκὶ καὶ ὁ Κύριος νέκρωσιν ὑπέστη, ὁ τὴν ἀνάστασιν ἡμῖν B χορηγήσας, πολλῷ γε δὴ οἱ τῷ θανάτῳ καθυπεκύψαντες. Καὶ εἰκότως. Πάντες γὰρ οἱ ἐξ Ἀδὰμ, ὡς ἐξ ἐκείνου θνητοὶ, καὶ θανούμεθα, καὶ παρὰ τοῦ Σωτῆρος τὴν ἀνάστασιν εἰληφότες ἀναστησόμεθα. Ζῶντας λέγει καὶ νεκρούς. Ὅτι ἀναστήσονται μὲν οἱ πάλαι καὶ ἐξ ἀρχῆς θανόντες, καὶ οἱ ζῶντες δὲ τότε κατὰ τὴν ὥραν τῆς ἀναστάσεως, νεκρωθέντες ἐν ἀτόμῳ καὶ ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ὡς ὁ θεῖος Παῦλός φησιν, ἀλλοιωθέντες ἐξαναστήσονται.

Κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

Κρινεῖ γὰρ οὗτος ἅπαντας, ὡς μόνος καὶ ἀληθὴς ὢν κριτὴς, τοῦ Θεοῦ Λόγος ὑπάρχων ὁ ζῶν, ὁ ποιήσας πάντα, ὁ εἰδὼς πάντα, ὁ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας, ὁ διϊκνούμενος ἄχρις ὀστέων καὶ μυελῶν, καθὰ γέγραπται, ὁ μόνος τῶν ὅλων Δεσπότης, ὁ τὰ τῶν ὅλων εἰδώς, καὶ ἑκάστῳ ἀποδοῦναι ἰσχύων κατὰ κίνησιν, καὶ πρᾶξιν, καὶ C βούλησιν. Ὅπερ καὶ Θεὸν ἀληθῆ τοῦτον μαρτυρεῖ μάλιστα, ὡς προείπομεν, ὡς φύσει Θεοῦ Υἱόν. Κριτὴς γὰρ οὗτος μόνος ὡς δίκαιος, ὡς ἀληθὴς, ὡς τῶν δούλων αὐτοῦ κριτὴς, ὡς γινώσκων τὰ τῶν δούλων, ὡς ἰσχύων ἀποδιδόναι, ὡς Δεσπότης τῶν ὅλων ὤν.

Οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος.

Τὸ μὲν γὰρ παρὸν, εἰ καὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ ἑαυτοῦ σαρκὶ κατήργησε, μόνος ἀναμάρτητος ὀφθεὶς ἄνθρωπος, καὶ σταυρωθεὶς καὶ ἀναστὰς βεβασίλευκε κατὰ τοῦ θανάτου, καὶ τὸν πονηρὸν δεσμοῖς ἐπέδησεν, ἔτι δὲ καὶ βασιλεύς ἐστιν ὡς Θεὸς, ἀλλ' ὅμως ἀληθῶς βασιλεύει μόνον τῶν ἐπιγινωσκόντων καὶ λατρευόντων αὐτῷ. Τῶν δέ γε ἀπίστων καὶ ἑτεροφρόνων, καὶ τῶν παρανόμως βιούντων, καίτοι γε κτίστης ὢν αὐτῶν καὶ προνοητὴς, οὐ βασιλεύει τελείως τῷ αὐτεξουσίῳ αὐτῶν μὴ βουλομένων, ὑποκυπτόντων δὲ μᾶλλον τῷ πονηρῷ, ἔτι δὲ καὶ αὐτῷ τὴν ἁμαρτίαν κατὰ θέλησιν οἰκείαν ἐνεργεῖν παραχωρηθέντι, ἕως φθαρτὸς ἔτι ὁ φθειρόμενος οὗτος ἵσταται κόσμος, πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν δοκιμήν τε καὶ ἐκλογήν. Ὅτε δὲ ἀπ' οὐρανοῦ οὗτος δὴ ὁ Δεσπότης κατέλθοι, καὶ ἀνακαινισθῇ μὲν ὁ κόσμος, ὡς γέγραπται, δεσμευθῇ δὲ τελέως ὁ τῆς κακίας ἀρχηγὸς, τότε μὲν ἀργήσει ἡ ἁμαρτία· πάντα δὲ ἐχθρὸν αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ θήσει· καὶ πᾶς μὲν πονηρὸς ἐκβληθήσεται μετὰ τῶν δαιμόνων ἔξω· μόνον δὲ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ὁ Χριστὸς μετὰ τῶν ἀγγέλων ἔσται καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, τῆς αἰωνίου

ζωῆς ἐνεργουμένης. Διὸ καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος, ὡς φησι Δανιὴλ, ἐπὶ νεφελῶν αὐτὸν θεωρήσας Υἱὸν ἀνθρώπου ἐρχόμενον, καὶ ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἰδίου Πατρὸς ἐφθακότα, καὶ πᾶσαν τὴν ἐξουσίαν εἰληφότα, τὴν κατὰ πάντων ἄρ ἦν δηλαδὴ, καὶ ὡς ἄνθρωπον, ἣν δὴ καὶ ὡς Λόγος ἀϊδίως ἔχει σὺν τῷ Πατρὶ, **304** ὅτε καὶ πάντες ὁμολογήσουσιν αὐτὸν Κύριον, καὶ πᾶν γόνυ κάμψει, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, Παῦλός φησιν, ὅτι καὶ οὐδεὶς ὁ ἀνθιστάμενος ἔσται.

quum dierum Patrem ejus pervenientem et omnem ejus potestatem accipientem, scilicet super omnia principatum, et tanquam hominem qui principatum ut Verbum æternaliter cum Patre habet. Quod fiet quando Dominum illum confitebuntur omnes et flectetur omne genu et omnis lingua confitebitur, ait Paulus, quod Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris, et nullus adversator erit.

Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ἡ μὲν ἐν Νικαίᾳ τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων Πατέρων τῆς πίστεως ἔκθεσις, ἄχρι τούτου τὴν Τριάδα κηρύττουσα, καὶ μηδὲν ἐλλειπὲς ἔχουσα· τὸν μὲν γὰρ Θεὸν καὶ Πατέρα ἐν πρώτοις ἐκήρυξε, καὶ τὸν Υἱὸν εὐθὺς πρὸ τῶν αἰώνων γεγεννημένον, καὶ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιον· οὗ καὶ τὴν σάρκωσιν διεσάφησεν ὕστερον γεγονυῖαν ὑπὲρ τῆς ἡμῶν ἀναπλάσεως, Πνεύματι ἁγίῳ τελεσθεῖσαν ἐκ τῆς παναμώμου Παρθένου τῆς Θεοτόκου. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ὡμολόγησεν, εἰ καὶ μὴ πλατύτερον ἐξέθετο τὰ περὶ αὐτοῦ, μὴ καλούσης τῆς χρείας. Ὅθεν καὶ τὸ τέλειον ἀνεκηρύχθη τῆς θεότητος ἐκ τοῦ θείου ἐκείνου τῶν Πατέρων χοροῦ· ὅτι Τριὰς καὶ μονὰς ὁ Θεὸς ἡμῶν· ὅτι Πατὴρ ἄναρχος· ὅτι Υἱὸς ὁμοούσιος, σαρκωθεὶς ὕστερον, ὡς εἴρηται, δι' ἡμᾶς· ὅτι Πνεῦμα ἅγιον Θεοῦ, καὶ μία θεότης καὶ δύναμις τῶν τριῶν, καὶ εἷς τὰ τρία Θεὸς, καὶ Θεὸς ἄλλος οὐκ ἔστιν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ Υἱοῦ πλατύτερον εἴρηκεν· οὐκ ἦν γὰρ τότε ὁ ἀθετῶν τὸ Πνεῦμα· κατὰ τοῦ Υἱοῦ δὲ μόνον βλασφημῶν ἦν ὁ δυσσεβέστατος Ἄρειος. Ἐπεὶ δὲ καὶ κατὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὑπὸ τοῦ πονηροῦ κινούμενος πνεύματος, Μακεδόνιος ἀνεβλάστησε, καθαιροῦσι μὲν καὶ αὐτὸν οἱ τοῦ θείου Πνεύματος, τόπος δὲ τῆς πάλης ἡ Κωνσταντίνου. Διὸ καὶ χωρίον αὐτὴ τοῦ Πνεύματος· καὶ μέχρι τοῦ νῦν ὑπὲρ τοῦ Πνεύματος ἀγωνιζομένη, πᾶσαν κίνωσιν φέρει, καὶ μάρτυς αὐτὴ τοῦ θείου Πνεύματος, καὶ τῶν χωρούντων κατὰ τοῦ Πνεύματος ἐλατὴρ, καὶ τῶν λαμβανόντων τὸ Πνεῦμα καὶ δοῦναι δυναμένων ὑπηρέτις καὶ ἀρχηγός. Ἐν ταύτῃ τοίνυν τῆς δευτέρας συναχθείσης συνόδου, καὶ τῶν ἁγίῳ Πνεύματι κινουμένων τυγχανόντων ἱεραρχῶν, τὸ ἱερὸν ἀπαρτίζεται Σύμβολον ὑπὲρ αὐτοῦ τε τοῦ θείου Πνεύματος, καὶ κατὰ τῶν δυσσεβῶν, Ἀπολλιναρίου τε καὶ Μακεδονίου πλατύτερον ἐκτεθὲν, ὡς τοῦ μὲν τοῦ Λόγου τὴν ἐνανθρώπησιν, τοῦ δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημούντων, ὃ καὶ προφητικῶς οἱ ἅγιοι συντεθείκασιν, οὐ τὰς πρὸ αὐτῶν καὶ τὰς τότε, ἀλλὰ καὶ τὰς μετὰ ταῦτα πάσας καταθραῦον αἱρέσεις καὶ καταισχῦνον. Ὃ δὴ καὶ αἱ λοιπαὶ πᾶσαι ὡς θεῖον ἐδέξαντο ἱερώτατα σύνοδοι, καὶ τούτῳ καθυπετάγησαν, οὐδὲν τούτῳ προσθεῖναι, ἢ ἀφελέσθαι τι ἐξ αὐτοῦ τοπαράπαν ἀνασχόμεναι, καίτοι γε πολλῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ σκανδάλων ὑπὸ τῶν κατὰ καιροὺς αἱρετικῶν εἰσηχθέντων. Ἃ δὴ καὶ σκεδάζοντες θείῳ Πνεύματι οἱ τῆς Ἐκκλησίας συναθροιζόμενοι Πατέρες, ἄλλοις μὲν ὅροις ἑαυτῶν τὴν ἀλήθειαν ἐπεσφράγιζον· τοῦτον

Et in Spiritum sanctum.

Nicææ trecentorum decem et octo sanctorum Patrum fidei expositio usque nunc Trinitatem proclamans, nihilque imperfectum habens, Deum quidem Patrem in primis pronuntiavit et statim Filium ante sæcula genitum Patrique consubstantialem, cujus incarnationem deinde factam propter reparationem nostram explanavit a Spiritu sancto ex immaculata Dei Matre Virgine operatam, et Spiritum sanctum confessa est, licet non latius quæ de ipso sunt, illud nihil exigente, exposuerit. Hinc perfectum de Divinitate conclamatum est a divino illo Patrum choro, quod Trinitas et unitas Deus noster, quod Pater absque principio, quod consubstantialis Filius, novissime, sicut dictum est, propter nos incarnatus, quod Dei Spiritus sanctus, et una trium divinitas et potentia, et unus tres Deus et Deus alius non est. Sed de Filio latius explanatum est, non enim tunc erat qui Spiritum despiceret, in Filium tantum blasphemante impiissimo Ario. Sed cum et contra Spiritum sanctum a spiritu malo exagitatus inventus est Macedonius, excommunicant quidem eum qui Spiritu Dei aguntur, et pugnæ locus Constantinopolis. Quæ igitur Spiritus prædium est et usque adhuc pro Spiritu sancto prælians omnem malitiam sustinet, sancti Spiritus martyr, Spiritui sancto adversantium bellatrix, et Spiritum accipientium dareque valentium adjutrix et princeps. In illa igitur, secunda adunata synodo, Spiritu sancto agente, Pontificibus assistentibus, sanctum consummatur symbolum tum pro divino Spiritu, tum contra impios Apollinarium et Macedonium, alterum Verbi humanitatis assumptionem, alterum Spiritum sanctum blasphemantem, prolixius expositum, quod per prophetiam exposuerunt sancti, quippe qui non præcedentes præsentesque hæreses, sed et omnes quæ postea invectæ sunt frangebant et confusione suffondebant; quod tanquam divinum reliquæ omnes acceperant sanctissimæ synodi, anteriori huic submissæ, nihil prorsus addi vel minui sinentes, multis tamen in Ecclesia scandalis ab hæreticis pro tempore suscitatis quæ dissipare in sancto Spiritu curantes adunati Ecclesiæ Patres aliis quidem propriis regulis veritatem obsignarunt, regulam vero illam tanquam omnis regulæ principium sine mutatione vel ad voculam unam servaverunt, et omnes sic absque novitate qualibet servaturos se præbuerunt; et qui adulterare audent hos anathemati subjiciunt.

Porro qui hoc denuntiant non ipsi auctores erant, sed ab apostolorum successoribus deducti qui et usque ad sanguinem pro Christo certantes et ipsius stigmata ferentes confessionis laboribus coronis sunt et divinis charismatibus fulgent.

δὲ τὸν ὅρον, ὡς ἀρχὴν πάντὸς ὅρου. ἀσάλευτον παντη μέχρι καὶ λέξεως τετηρήκασι· καὶ πάντας οὕτω τηρεῖν ἀκαινοτόμητον ἀπεφήναντο, καὶ τοὺς τολμῶντας σαλεῦσαι καθυποβάλλουσιν ἀναθέματι. Ἐπεὶ καὶ οἱ ἐκθέμενοι τοῦτο, οὐχ οἱ τυχόντες ἐτύγχανον, ἀλλ' οἱ τῶν διαδόχων τῶν ἀποστόλων διάδοχοι, οἵ καὶ μέχρις αἵματος ἀθλήσαντες ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ καὶ τὰ αὐτοῦ περιφέροντες στίγματα, καὶ ὁμολογίας πόνοις εἰσὶν ἐστεμμένοι, καὶ θείοις χαρίσμασι διαλάμποντες.

Et in Spiritum sanctum Dominum.

Quia Dominus Spiritus est ac Trinitatem complens. Dominus enim noster in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti baptizare discipulos misit. Et Spiritus sanctus a prophetis non secus ac Filius annuntiatus est.

Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ Κύριον.

Ὅτι Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστι, καὶ συμπληρωτικὸν τῆς Τριάδος· ὁ Κύριος γὰρ ἡμῶν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοὺς μαθητὰς βαπτίζειν ἀπέστειλε. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον παρὰ τῶν προφητῶν ὡς καὶ ὁ Υἱὸς ἐκηρύχθη.

Dominum.

Sicut unius essentiæ Patris et Filii. Sicut enim Pater Dominus et Filius Dominus, et Spiritus Dominus scriptus est, non tres Domini, sed unus Dominus, quia una trium divinitas, natura, dominatio, potentia, energia, voluntas.

B

Τὸ Κύριον.

Ὡς μιᾶς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ. Ὡς γὰρ ὁ Πατὴρ Κύριος, καὶ ὁ Υἱὸς Κύριος, καὶ τὸ Πνεῦμα Κύριος γέγραπται. Οὐ τρεῖς δὲ Κύριοι, ἀλλ' εἷς Κύριος· ὅτι μία θεότης **305** καὶ φύσις καὶ κυριότης καὶ δύναμις καὶ ἐνέργεια καὶ θέλησις τῶν τριῶν.

Et vivificantem.

In ipso enim vivimus et movemur et sumus, a Patre per Verbum in sancto Spiritu creati et viventes; eadem enim voluntate et motione et energia unius in Trinitate divinitatis omnia constant: a Spiritu ergo vitam et motionem habemus, quia et angeli spiritus viventes sunt ex omnia vivificante sancto Spiritu, et animæ per eum spiritus viventes. Ideo scriptum est: *Insufflavit in faciem Adam Deus spiraculum vitæ, et in animam viventem,* testificante divini Spiritus vivificantem virtutem Scriptura, *factus est homo.*

C

Τὸ ζωοποιόν.

Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμὲν, ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Λόγου ἐν ἁγίῳ Πνεύματι δημιουργηθέντες καὶ ζῶντες. Τῇ γὰρ αὐτῇ θελήσει καὶ κινήσει καὶ ἐνεργείᾳ τῆς μιᾶς ἐν Τριάδι θεότητος τὰ πάντα μένει. Ἐκ τοῦ Πνεύματος οὖν τὴν ζωὴν καὶ κίνησιν ἔχομεν· ὅτι καὶ ἄγγελοι πνεύματα ζῶντα, ἐκ τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα ἁγίου Πνεύματος, καὶ ψυχαὶ δι' αὐτοῦ πνεύματα ζῶντα. Διὸ καὶ γέγραπται, ὡς *Ἐνέπνευσεν εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ Ἀδὰμ ὁ Θεὸς πνοὴν ζωῆς, καὶ εἰς ψυχὴν ζῶσαν ὁ ἄνθρωπος γέγονε*, μαρτυρούσης τὸ ζωοποιὸν τοῦ θείου Πνεύματος τῆς Γραφῆς.

Qui e Patre procedit.

Siquidem non de alia essentia substantiave, sicut nec Filius. Sed genitus quidem a Patre Filius, exinde unigenitus, per processionem vero Spiritus sanctus alio modo et ineffabili quemadmodum Verbi generationis ratio ineffabilis, sicut et Patris essentiæ modus quo pacto sit dici nequit, sicut et Deum Patrem nosse fide sola fas est, de quo testimonium perhibet creatura, et de Filio Verbo ejus fide sola discendum est, licet de eo annuntiet creatura Verbo firmata atque ornamento decorata; et Spiritum sanctum fide sola recipere oportet, cujus efficaciam vivificantemque virtutem enarrat omnis creatura.

D

Τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον.

Ἐπειδὴ οὐκ ἐξ ἑτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεως, ὥσπερ οὐδὲ ὁ Υἱός. Ἀλλ' ὁ μὲν Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννητῶς, διὸ καὶ Μονογενής· τὸ δέ γε ἅγιον Πνεῦμα ἐκπορευτῶς καθ' ἕτερόν τινα τρόπον καὶ αὐτὸν ἄρρητον· ἐπειδὴ καὶ ὁ τῆς τοῦ Λόγου γεννήσεως τρόπος καὶ λόγος ἄρρητος, ὡς καὶ ὁ τοῦ Πατρὸς πῶς ἔστιν ἀνέκφραστος. Ὡς γὰρ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα εἰδέναι πίστει μόνῃ γνῶναι ἔστι, καίτοι γε τῆς κτίσεως αὐτὸν μαρτυρούσης, καὶ τὸν Υἱὸν καὶ Λόγον αὐτοῦ πίστει μόνῃ δέξασθαι ἔστιν, εἰ καὶ ἡ κτίσις αὐτὸν διδάσκει λόγῳ συνεστηκυῖά τε καὶ κεκοσμημένη, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πίστει μόνῃ δέχεσθαι χρεών, εἰ καὶ τὸ ἐνεργὲς αὐτοῦ καὶ ζωοποιὸν πᾶσα ἀνακηρύττει κτίσις.

Qui e Patre procedit.

Sic theologice effantur Patres, sicut Deus Verbum dixit, non temerarios se præbentes nec arrogantes nec mente superbientes, nec quæ in corde sunt efferentes, sed quæ ab initio a magistro didicerunt. Verbum quod a Patre est, non, *A me procedit*, ait, *Spiritus*, sed *a Patre* (1). Tu vero quasi charisma melius illud quod non de se ipse dixit,

Τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον.

Οὕτω θεολογοῦσιν οἱ Πατέρες, ὡς ὁ Θεὸς Λόγος εἴρηκεν, οὐ τολμητίαι τινὲς ὄντες, οὐδὲ αὐθάδεις, καὶ τῇ διανοίᾳ ὑπερνεφεῖς, οὐ τὰ ἀπὸ τῆς κωλίας λέγοντες, ἀλλ' ὅσαπερ ἂν ἔφθασαν παρὰ τοῦ διδασκάλου μεμαθηκέναι. Ὁ ἐκ τοῦ Πατρὸς Λόγος οὐκ, *Ἐξ ἐμοῦ ἐκπορεύεται*, φησὶ, τὸ *Πνεῦμα*, ἀλλ', ἐκ τοῦ *Πατρός*. Σὺ δὲ τολμᾷς, ὁ καινοτομῶν, χαρίζεσθαι

(1) Error saltem insinuatur de processione Spiritus e solo Patre.

τοῦτο, ὅπερ αὐτὸς οὐ περὶ αὐτοῦ φησι; Καὶ τίς ἂν εἶδεν αὐτοῦ τε καὶ σοῦ μᾶλλον τὴν τοῦ θείου Πνεύματος ἐκπόρευσιν ἄναρχον; Πάντως ἂν γνοίης, εἴγε νοῦν ἔχοις ὅλως, ὡς ὁ ἐκ τοῦ ἀνάρχου Πατρὸς συνάναρχος μετὰ τοῦ Πνεύματος Λόγος, τὰ περὶ τοῦ Πνεύματος οἶδε· καὶ σοῦ διδάσκει σαφέστερον καὶ πιστότερον. Σὺ δὲ μὴ ἑπόμενος τῷ Σωτῆρι, ἀνθεστάμενος φαίνῃ, καὶ τὴν ἀλήθειαν μὴ λέγειν λέγεις τὸν ἀλήθειαν ὄντα, καὶ ἐξηγητὴς ἄλλος τῶν λόγων αὐτοῦ τελεῖς, καινότερος παρὰ τοὺς Πατέρας. Εἰ γὰρ οὗτοι μὴ τολμῶσι λέγειν παρ' ὅπερ ἐκεῖνος ἔφη, καὶ ὅρον τιθέασι τοὺς ἐκείνου σέβοντες λόγους, καὶ οἱ διάδοχοι τούτων οὐχ ἄλλον παρὰ τοῦτον συντεθείκασιν ὅρον· ὅρα πρὸς πόσην τόλμαν ἐλήλυθας, ἄνθρωπε, περὶ τοῦ ἀκαταλήπτου λέγων, ἅπερ ἐκεῖνος οὐκ ἀπεκάλυψε, καὶ τοὺς μύστας ἐκείνου καὶ θεολόγους ἀθετῶν. Εἰ δὲ συνάγειν λέγεις τὴν σὴν καινοτομίαν ἐκ ῥημάτων τινῶν ἢ Γραφικῶν ἢ καὶ Πατρικῶν, τοῦτο μὲν ὅλως οὐκ ἔστιν. Οὐδὲ γὰρ ἂν ἔλεγον ἐναντία αὐτοί τε ἑαυτοῖς, καὶ τῷ Συμβόλῳ μὲν ὁμολόγουν ἕτερα, ἐν ᾧ καὶ τὸ βάπτισμα, καὶ ἱερωσύνην, καὶ τὸ τοῦ βίου τέλος ἐδέξαντο, ἄλλα δὲ τοῖς συγγράμμασιν ἔλεγον. Ἀλλ' ἐκείνων μὲν ὁ νοῦς ὀρθὸς πρὸς τὸ Σύμβολον, ἐπείπερ ἐκεῖνο τῆς εὐσεβείας κρηπίς· σὺ δὲ καταθρασυνόμενος ἄλλα ἐπ' ἄλλοις λέγεις, ἐκ τούτου δὲ τό τε σὸν μαρτυρεῖς ὑπερήφανον, καὶ τῶν ἁγίων καταψευδόμενος φαίνῃ, μεταίρων ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ Πατέρες σου. Εἰ γὰρ ᾔδεσαν οὗτοι, ὡς αὐτὸς τὰ ἐκείνων παρεξηγῇ, ἔθεσαν ἂν καὶ τῷ ὄρῳ, μήποτε ψευδομάρτυρες εἶεν. Εἰ δὲ τὸν ὅρον ὡς ἡμῖν ἔδωκαν διεφύλαξαν, καὶ ἐν αὐτῷ τετελείωνται, καὶ παρὰ τοῦ θείου ἐδοξάσθησαν Πνεύματος, δῆλον ὡς καὶ πᾶσα τούτων γραφὴ πρὸς τὴν τοῦ ὅρου ἔκθεσιν ἀνατρέχει. Καὶ ὅρα ὅσον σοι τὸ δεινόν. Τὸν κοινὸν ὅρον τῆς εὐσεβείας, **306** τὸ τῆς πίστεως σύμβολον, τὴν σφραγῖδα τῆς τῶν Πατέρων θεολογίας, ἀνατρέπεις ἐξ ὧν προστίθης· τῆς συμφωνίας τῶν ἱερῶν συνόδων σαυτὸν ἐξάγεις· ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς καὶ θείους ἐκείνους ἄνδρας ἐπαιρόμενος φαίνῃ. Τὴν περὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ Σωτῆρος θεολογίαν καταλύειν ἐπιχειρεῖς· τοὺς πνευματοφόρους Πατέρας ἐφ' οἷς ἡρμήνευσαν καὶ διωρίσαντο, παραγράφῃ· τὸ συναφὲς τῆς θεολογίας ἐκ τῶν ἀποστόλων μέχρις ἡμῶν, καὶ τὴν τῆς πίστεως ἀρχαίαν παράδοσιν, ἀνατρέπεις· τὴν τῆς Ἐκκλησίας εἰρήνην ἣν παρακαταθήκην δέδωκεν ἡμῖν ὁ Σωτὴρ, καταλῦσαι τετόλμηκας· σκανδάλων καὶ σχισμάτων ταῖς ἐκκλησίαις αἴτιος γέγονας· κατὰ τοῦ Πνεύματος φέρῃ, ὡς ἐκ τῶν σῶν καινοτομιῶν τε καὶ λόγων ἧττον Υἱοῦ τε καὶ Πατρὸς ἀποφαίνων· τὸ μυστήριον συνθολοῖς τῆς Τριάδος, καὶ δύο ἀρχὰς ἐπεισάγεις· μόνον σεαυτὸν τῶν ὅλων καθίζεις κριτὴν, τῶν Πατέρων τοῦτο μὴ δεχομένων· ὁμοῦ γὰρ αὐτοὶ τὰ περὶ Θεοῦ σκεπτόμενοι διετύπουν. Τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν ἔχειν αὐχεῖς, ὅπερ μόνου τοῦ Σωτῆρός ἐστιν. Ὁ δὲ Πέτρος σύνδουλον ἑαυτὸν καὶ τοῦ Κορνηλίου λέγει· καὶ μετὰ τοῦ Ἰακώβου καὶ τῶν λοιπῶν διασκέπτεται. Καὶ Παῦλος τρέχει ἀναθεῖναι τὸ Εὐαγγέλιον· καὶ καθεξῆς οἱ λοιποί. Ἔμαθον γὰρ

dare audes novitates seminans? Et de duobus, ipse et tu, quis magis divini Spiritus processionem absque initio novit? Sane, si recte intelligeres, persuasum haberes quod e Patre qui sine initio est absque initio ipsum cum Spiritu Verbum novit quod est de Spiritu, teque clarius et fidei conformius docet: tu vero Salvatori non obsequens adversarius appares, veritatem non dicere dicis eum qui veritas est, et sermonum ejus interpretator alter insurgis novitatum præ Patribus magis doctor. Qui si dicere non audent præter id quod dixit Filius, et regulam tenent ipsius venerantes sermones, eorumque successores non aliam ac illam statuerunt regulam, vide ad qualem progrederis temeritatem, homo, de incomprehensibili prædicans quæ ipse non revelavit, et doctores ejus theologosque contemnens. Si vero novitatem tuam e quibusdam Scripturæ Patrumve verbis colligere dicis, profecto hoc non est: non enim suis ipsi contraria dixerunt, et cum symbolo quidem cætera confitebantur, in quo baptisma et sacerdotium, et vitæ finem recipiebant, alia vero scriptis dicebant, sed eorum quidem recta mens juxta symbolum, quippe quod pietatis fundamentum; tu vero audacia tumens, alia post alia asseris quibus tuam nudas arrogantiam et de sanctis mentiens appares, æternos quos posuerunt Patres tui fines excedens. Si cognovissent illi quomodo ipse quod tradiderunt false interpretaris, regulam statuissent ne unquam falsi testes invenirentur. Si vero regulam qualem nobis dederunt servaverunt, in ea initiati sunt, et a divino Spiritu gloria insigniti, patet quod omnis horum scriptura ad regulæ expositionem reducitur. Et vide quam terribile tibi: communem pietatis regulam fidei symbolum, Patrum theologiæ sigillum destruis per ea quæ superaddis. E sanctarum consensu synodorum teipsum ejicis, contra plurimos et divinos hos viros superbiens appares, Salvatoris de Spiritu theologiam solvere conaris, Spiritu sancto afflatos Patres in his quæ interpretati sunt atque definierunt contradicis, theologiæ ab apostolis ad nos connexionem et fidei antiquam traditionem disturbas, Ecclesiæ pacem, quam depositam dedit nobis Salvator, dirimere audes, scandalorum et schismatum in ecclesiis causa factus es, adversus Spiritum inveheris quem tuis novitatibus sermonibusque, Filio et Patri inferiorem contendis, Trinitatis mysterium turbas ac duo principia introducis; solum te universorum constituis judicem, non accipientibus Patribus; nam hi una mente quæ de Deo sunt considerantes delineabant, tu in omnia auctoritatem habere gloriaris, quod solius Salvatoris est, conservum vero et Cornelii se dicit Petrus, et cum Jacobo et reliquis res perpendit, et Paulus Evangelium dilataturus currit, et communiter reliqui; a Salvatore enim didicerant et servaverant: *Qui voluerit in vobis primus esse, sit omnium et ultimus.* Quod patet per Romæ etiam synodorum temporibus beatos Pontifices. Contemptu enim habiti illi, cum et

ipsi Christi et ejus apostolorum discipuli essent, non in se de pietate confidebant, sed in communi fratrum agnitionis signo; qui eum aliis signum dabant Ecclesiæ obsequentes unanimitati : quippe qui illud Salvatoris agnoscebant Christi dicentis : *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Tu vero contra omnes gradiens non adversus symbolum sanctum insurgis solum, sed et de Baptismate et reliquis Ecclesiæ moribus similiter agis : Baptisma enim sine chrismate perficiens, chrisma vero non opportune donans, et baptizatorum multi absque chrismate initiantur et communionis non fiunt participes. Non sic scribit Dionysius, apostolorum æqualis, non sic sacra celebrare et per azyma : non sic manus imponere episcopos et sacerdotes in unctionis oleo, non episcopum unum episcopi consecrationem adimplere. Sed sicut apostolicus per Clementem scribit canon et Ecclesia desuper assumpta usque ad id tempus servat, et una cum ea testificantur desuper ipsius primævi præsertim Dionysius et Maximus; ille apostolorum successor visus in Occidente testimonium perhibens, et Ecclesiæ mores mysteriaque conscribens hic in confessoribus magnus apparens, de divinis sapiens, qui diu Romæ vixit et de Ecclesiæ et sacrificii mysteriis præsertim sicut apud nos fit interpretatur et conscribit, divini Dionysii librum laudans ac extollens. Nonne ergo maximum illud vobis crimen de immutatione divinarum ab initio traditionum? *Tenete*, inquit Apostolus. *traditiones quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam.* Et de fide et sacrorum traditione sic ait : *Si quis vobis evangelizat præter id quod accepistis, anathema sit.* Nonne ergo terribile adversum vos de fide et moribus Ecclesiæ innovantes verbum? Sed et adversus vos sanctarum synodorum abrenuntiationes, primæ quidem et secundæ regulam exponentium; quinque vero post hæc illis subsequentium, et anathema iis qui regulæ apponere vel diminuere attentant imprecantium. Itaque non erubescis de his et confunderis? Scias quod Trinitas ante sæcula et solus Pater divinitatis fons, sicut dicit Dionysius, et Pater luminum, ut ait Domini frater (Jacobus); lumina et Filius et Spiritus naturaliter ex ipso coæterna. Si ergo erat Spiritus simul absque initio in Patre, et ex Patre est, et Filius unitus exstat, nec ab eo separatur; individua enim Trinitas, absque initio ergo ejus processio. Et vox, *Accipiet*, et *Spiritus Christi*, et *emisit Deus, inspiravit, insufflavit, effundit*, *fons manat* et similia, hæc novissime propter nos; non autem de novo quidquam accepit Spiritus, sed perfectus ab initio est; hæc autem dona in tempore opportuno nobis tributa, solius Trinitatis charismata, e Patre per Filium in Spiritu inspensa et infusa sicuti cœlum et terra Dei Verbo Spirituque creatrice virtute firmata sunt. Trium energia una; causa solus Pater, Verbi qui-

A ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος καὶ τετηρήκασιν, *Ὁ θέλων εἶναι πρῶτος ἐν ὑμῖν ἔστω πάντων ἔσχατος.* Καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῶν τῆς Ῥώμης αὐτῆς ἐν τοῖς τῶν συνόδων καιροῖς μακαρίων ἀρχιερέων. Ταπεινούμενοι γὰρ οὗτοι, τοῦ Χριστοῦ ὄντες καὶ τῶν αὐτοῦ μαθηταί, οὐχ ἑαυτοῖς τὰ τῆς εὐσεβείας ἐθάῤῥουν, ἀλλὰ τῇ κοινῇ διαγνώσει τῶν ἀδελφῶν. Ἐπεσφράγιζον δὲ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ οὗτοι, τῇ συμφωνίᾳ τῆς Ἐκκλησίας ἑπόμενοι. Ἔγνωσαν γὰρ τὸ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, *Ὅπου εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι*, λέγοντος, *εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν.* Σὺ δὲ κατὰ πάντων χωρῶν οὐ κατὰ τοῦ ἱεροῦ μόνον ἐπανέστης Συμβόλου, ἀλλὰ καὶ περὶ βαπτίσματος, καὶ λοιπῶν ἄλλων τῆς Ἐκκλησίας ἐθῶν, τὸ μὲν βάπτισμα δίχα χρίσματος τελῶν, τὸ χρίσμα δὲ

B μὴ κατὰ καιρὸν διδούς· καὶ πολλοὶ τῶν βαπτιζομένων χρίσματος χωρὶς τελειοῦνται καὶ κοινωνίας ἀμέτοχοι. Οὐχ οὕτω δὲ Διονύσιος γράφει, ὁ τοῖς ἀποστόλοις ἴσος, οὐδ' οὕτως ἱερουργεῖν, καὶ δι' ἀζύμων, οὐδ' οὕτω χειροτονεῖν ἐπισκόπους καὶ ἱερεῖς ἐν ἐλαίῳ χρίσεως, οὐδ' ἐπίσκοπον ἕνα ἐπίσκοπον χειροτονεῖν, ἀλλ' ὡς ὁ ἀποστολικὸς διὰ Κλήμεντος γράφει κανών, καὶ ἡ Ἐκκλησία ἄνωθεν εἰληφυῖα, φυλάσσει μέχρι τοῦ νῦν. Καὶ συμμαρτυροῦσιν αὐτῇ οἱ ἄνωθεν ἔξαρχοι ταύτης, καὶ μάλιστα Διονύσιός τε καὶ Μάξιμος, ὁ μὲν διάδοχος τῶν ἀποστόλων ὀφθεὶς ἐν δύσει τε μαρτυρήσας, καὶ τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἔθη τε καὶ μυστήρια συγγραψάμενος, ὁ δὲ μέγας ἐν

C ὁμολογηταῖς φανεὶς καὶ τὰ θεῖα σοφὸς, τῇ Ῥώμῃ τε διατρίψας ἐπιπολὺ, καὶ περὶ τῶν μυστηρίων τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῆς ἱερουργίας μάλιστα ὡς τὰ καθ' ἡμᾶς ἔχει ἐφερμηνεύων καὶ συγγραφόμενος, καὶ τὴν τοῦ θείου Διονυσίου βίβλον θαυμάζων καὶ ἐκθειάζων. Ἆρ' οὖν καὶ τοῦτο μέγιστον ὑμῖν ἔγκλημα, τὸ τὰς θείας ἐξ ἀρχῆς ἀλλοιοῦν παραδόσεις. *Φυλάσσετε*, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, *τὰς παραδόσεις ἃς παρελάβετε, εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῆς.* Καὶ περὶ τῆς πίστεως δὲ καὶ τῶν ἱερῶν παραδόσεων οὕτω λέγει· *Εἴ τις εὐαγγελίζεται ὑμῖν παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.* Οὐ φοβερὸν οὖν καθ' ὑμῶν τὸ ῥῆμα περί τε τὴν πίστιν καὶ τὰ ἔθη καινοτομούντων τῆς Ἐκκλησίας; ἀλλὰ καὶ τῶν ἁγίων συνόδων αἱ ἀποφάσεις καθ' ὑμῶν, τῆς πρώτης μὲν καὶ δευτέρας ἐκθεμένων τὸν ὅρον, τῶν πέντε δὲ μετὰ

D ταῦτα ὡς ἑπομένων αὐταῖς, καὶ τοὺς προσθεῖναι τῷ ὅρῳ ἢ ἀφελεῖν πειραθέντας ἀναθέματι παραπεμπουσῶν. Οὐκ ἐρυθριᾷς οὖν ἐπὶ τούτοις καὶ περικαλύπτῃ; Γνῶθι γὰρ ὡς ἡ Τριὰς προαιώνιος, καὶ μόνος ὁ Πατὴρ πηγαία θεάτης, ὡς φησι Διονύσιος, καὶ Πατὴρ τῶν φώτων, ὡς φησιν ὁ Θεάδελφος. Φῶτα δὲ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα καὶ συναΐδια ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς. Εἰ οὖν ἦν τὸ Πνεῦμα συνανάρχως ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ἐκ τοῦ Πατρός ἐστι, καὶ ἡνωμένον ἐστὶ τῷ Υἱῷ, **307** καὶ οὐ κεχώρισται τούτου· ἀδιαίρετος γὰρ ἡ Τριάς. Ἄναρχος οὖν αὐτοῦ ἡ ἐκπόρευσις. Τὸ δὲ *λήψεται*, καὶ τὸ *Πνεῦμα Χριστοῦ*, καὶ τὸ *ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς*, καὶ τὸ *ἐνεφύσησε* καὶ *ἐνέπνευσε*, καὶ *προχέει* καὶ *βλύζει* καὶ τὰ τοιάδε, ὕστερον καὶ δι' ἡμᾶς. Οὐ λαμβάνει δὲ ὕστερόν τι τὸ Πνεῦμα,

ἀλλὰ τέλειόν ἐστιν ἐξ ἀρχῆς. Ταῦτα δὲ πὰ δῶρα κατὰ καιρὸν ἡμῖν παρεχόμενα, χαρίσματα τῆς μόνης Τριάδος, ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι χορηγούμενα, ὡς καὶ ὁ οὐρανὸς καὶ γῇ Λόγῳ Θεοῦ καὶ Πνεύματι δυνάμει δημιουργικῇ ἐστερέωνται, μία γὰρ ἐνέργεια τοῖς τρισίν. Ἐξ αἴτιος ὁ Πατὴρ, καὶ τοῦ Λόγου μὲν καὶ Πνεύματος φυσικῶς, μετὰ τοῦ Λόγου δὲ καὶ Πνεύματος καὶ τῶν κτισμάτων αἴτιος δημιουργικῶς. Ἀναλόγως οὖν ἑκάστοτε τὰ χαρίσματα δίδοται. Καὶ Ἡσαΐας ἀριθμὸν χαρισμάτων λέγει τοῦ Πνεύματος· καὶ Παῦλος ὡσαύτως, ὃς καὶ περὶ Χριστοῦ φησιν· *Ἐν ᾧ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς Θεότητος σωματικῶς*· οὐ μόνον τὴν ὑπόστασιν ἐνταῦθα λέγων τοῦ Λόγου, ἀλλὰ καὶ τὰ φυσικὰ θεῖα χαρίσματα ὥσπερ ἔχων ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ μετὰ τοῦ Πνεύματος δίδωσι. Διὸ καὶ κατερχόμενον ἐπ' αὐτῷ ἐφάνη τὸ Πνεῦμα· καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτῷ. Οὐχ ὅτι καὶ αὐτὸ σεσάρκωται, ἢ ὑποστατικῶς ἐν τῷ θείῳ ἐκείνῳ κατῴκησε σώματι· ἀλλ' ὅτι πάντα ὅσαπερ ἔχει δωρήματα, ἐνέθηκε τῷ θείῳ ναῷ ἐκείνῳ ὡς καὶ ὁ Πατὴρ, εὐδοκήσας ἐν αὐτῷ ὁμοίως, καὶ ἀγαπητὸν Υἱὸν αὐτὸν ὀνομάσας, ὡς καὶ ὁ προφήτης ἔλεγεν· *Ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου. Θήσω τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτῷ*. Ὁ μὲν οὖν Λόγος ὑποστατικῶς ἕνωται τῷ θείῳ προσλήμματι· οὐχ ὑποστατικῶς δὲ ἐν αὐτῷ ὁ Πατὴρ καὶ τὸ Πνεῦμα. Μόνος γὰρ ὁ Λόγος σεσάρκωται. Εἰ οὖν ἐν αὐτῷ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς Θεότητος σωματικῶς, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐν αὐτῷ κατῆλθε καὶ ἔμεινε, κατὰ τὰ ἐνεργήματα καὶ τὰς δωρεὰς ἔμεινε, καὶ κατὰ τὸ συνεργεῖν τῷ Υἱῷ. Οὐκ ἄρα καθ' ὑπόστασιν ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, καὶ ὃ δὲ ἡμεῖς λαμβάνομεν, χάρισμα λαμβάνομεν. *Καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος* γὰρ, φησὶν, *αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος*. Πολλοὶ δὲ ἡμεῖς, καὶ διάφορα λαμβάνομεν τὰ χαρίσματα. Ἀκολούθως οὖν οἱ ἅγιοι καὶ τὴν ἑρμηνείαν τιθέασι τοῖς ῥητοῖς. *Ἐκ τοῦ ἐμοῦ*, φησὶ, *λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν*, τουτέστιν ἐκ τῶν ἐμῶν λόγων, καὶ ἐκ τῆς ἐμῆς γνώσεως. Καὶ ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς, *Δάβετε Πνεῦμα ἅγιον*· περὶ τοῦ ἑνὸς χαρίσματος· τοῦ λύειν καὶ δεσμεῖν αὐτὸ ἐκλαμβάνοντες· καὶ, *Εἴ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει*· ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ τοῖς χαρίσμασι πᾶσι καὶ σωματικῶς· καὶ, *Ἐξαπέστειλε τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ*· ὅτι ἐν αὐτῷ ὡς ὁμοφυές ἐστι, καὶ ἀδιαίρετον αὐτοῦ μένει· καὶ ταῖς δωρεαῖς ἀποστέλλεσθαι λέγεται. Τὰ τοιαῦτα οὖν δι' ἃ λέγεις τὴν ἐκπόρευσιν δηλοῦσθαι τοῦ Πνεύματος, τὸ, *Ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς*, λέγει, δεικνὺς κἀνταῦθα, ὅτι καὶ ἐκ τοῦ Πατρός ἐστι, καὶ ἔρχεται θελήσει τούτου καὶ τῇ ἑαυτοῦ δι' ἡμᾶς, ὡς μεταδῶσον ἡμῖν χάριτος καὶ σοφίας τῆς ὑπὲρ νοῦν, πρὸς τὴν τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ αὐτοῦ τοῦ Πνεύματος κατανόησίν τε καὶ κοινωνίαν ὡς δυνατόν. Ὃ δὴ καὶ ἐπράχθη, τῶν ἐν νόσμῳ πάντων πιστευσάντων ἐθνῶν, καὶ τῆς χάριτος κεκοινωνηκότων τῆς Τριάδος. Καὶ δῆλον ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἐν Τριάδι τελουμένου, καὶ τῶν ἄλλων ἱερῶν τελε-

A dem Spiritusque naturaliter, cum Verbo autem ac Spiritu conditoris vi creaturarum causa; similiter ergo hic et illic data sunt charismata, et numerat Isaias Spiritus charismata, numerat quoque Paulus de Christo dicens: *In quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*, ibi Verbi non solum personam dicens, sed et naturalia divina charismata quæ a Patre habens cum Spiritu dat: ideo super eum descendens ostensus est Spiritus et mansit super eum; non quia et ipse incarnatus est, aut personaliter divinum hoc habitavit corpus, sed quia omnia quotquot habet dona in divino illo deposuit templo, sicut et Pater similiter in eo bene sibi complacens, atque dilectum Filium vocans, ut aiebat propheta: *Dilectus* B *meus in quo sibi complacet anima mea, ponam Spiritum meum super eum*. Verbum ergo personaliter divinæ assumptioni unitum est, non personaliter vero in eo Pater et Spiritus; solum Verbum incarnatum est. Itaque in eo si omnis plenitudo divinitatis corporaliter, et Spiritus super eum descendit et mansit, secundum inspirationem et dona mansit et secundum cooperationem Filio, non consequenter secundum personam e Filio procedit (1); quod autem non accipimus, donum gratiæ accipimus. Etenim *de plenitudine ejus*, inquit, *nos omnes accepimus et gratiam pro gratia*. Porro multi nos et diversa accipimus charismata. Consequenter sancti interpretationem dictis apponunt. *De meo*, ait, *accipiet et evangelizabit vobis*, hoc est, de sermonibus meis et doctrina mea. Et insufflavit et dicit eis: *Accipite Spiritum sanctum*; hoc de charismate solvendi atque ligandi illud accipientes; et, *Si quis Christi Spiritum non habet*, hoc, quia in eo habitat charismatibus omnibus et corporaliter, et, *Emisit Spiritum Filii sui*; hoc, quia in eo utpote ejusdem naturæ est, et individuus cum eo manet, et donis mitti dicitur. Verba igitur per quæ Spiritus demonstrari processionem contendis: *Ego mittam vobis a Patre*, illa profert Salvator ibi ostendens quod e Patre est et voluntate Patris eaque propter nos venit Spiritus, gratiam nobis daturus et sapientiam super sensum ad Patris et Filii et ejus Spiritus intelligentiam et societatem quantum licet; D quod et factum est, credentibus in orbe populis omnibus et Trinitatis gratiam communicantibus; quod patet de Baptismo in Trinitate collato et de aliis sanctis operationibus. Est ergo e Patre sicut et Filius, Spiritus sanctus absque initio, inseparabilis a Patre et Filio est, sicut et ejusdem naturæ, et angelis atque nobis in tempore opportuno manifestatur; de Filio vero subsistentiam non habet, sicut divinus scribit Damascenus; causa enim eorum qui ex ipso sunt solus Pater. Si igitur causam non habuit esse Spiritus novisset Salvator a se ipso, non siluisset, qui bonus est, et ideo veniens ut testimonium perhiberet de veritate. E Patre Spiritus est,

C

(1) Error aperte continuatus.

sicut ait Patris Verbum, quandoquidem solus causa principiumque est Pater æternorum illorum qui ex eo sunt, Filii unigeniti et Spiritus: cum Verbo autem et Spiritu, natura Dominus adhuc idem et universorum causa conditoris ratione, non exsistentibus omnia exsistentia constituens, Pater scilicet cum Verbo et Spiritu. Itaque nunquam separatus a Filio Spiritus, sed quemadmodum absque principio Pater semper est, ita secundum naturam similiter sine principio Filius et Spiritus, et hæc ex ipso in ipsoque naturaliter: sine imperfectis enim motibus et corpore Pater et perfectus et perfectorum fons est. Ideo una sine initio, prout dictum est, exsistentibus ex ipsius natura Filio et Spiritu, individue et in se invicem hæc sunt, et una potentia, motione et energia agnoscuntur; et sicut divinus ait Maximus, in Filio est et in Spiritu Pater, et Filius in Patre et Spiritu, et Spiritus sanctus in Patre et Filio, optimeque divina afflati sapientia Patres, divinam veritatem docent, Christo obsequentes.

A τῶν. Ἔστιν οὖν ἐκ τοῦ Πατρὸς ὡς καὶ ὁ Υἱὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προανάρχως· καὶ ἀδιαίρετον τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐστιν ὡς συμφυές· καὶ τεῖς ἀγγέλοις δὲ καὶ ἡμῖν κατὰ καιρὸν φανεροῦται. Ἐκ τοῦ Υἱοῦ δὲ οὐκ ἔχει τὴν ὕπαρξιν, ὡς καὶ ὁ θεῖος γράφει Δαμασκηνός. Αἴτιος γὰρ τῶν ἐξ αὐτοῦ μόνος ὁ Πατήρ. Εἰ οὖν ἐγίνωσκε τὴν αἰτίαν τοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα καὶ ἐξ αὐτοῦ ὁ Σωτὴρ, οὐκ ἂν ἐσίγησεν ἀγαθὸς ὤν, καὶ διὰ τοῦτο ἐλθών, ἵνα μαρτυρήσῃ τῇ ἀληθείᾳ. Ἔστι τοίνυν τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὡς ὁ τοῦ Πατρὸς ἔφη Λόγος· ἐπεὶ καὶ μόνος αἴτιος καὶ ἀρχή ἐστιν ὁ Πατὴρ τῶν ἀϊδίων ἐξ αὐτοῦ ὄντων, μονογενοῦς Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος. Σὺν τῷ Λόγῳ δὲ καὶ τῷ Πνεύματι **308** φύσει Δεσπότης πάλιν ὁ αὐτὸς, καὶ μία τῶν ὅλων αἰτία δημιουργικῶς, ἐξ οὐκ ὄντων B πάντα ὑποστησάμενος, ὁ Πατὴρ δηλαδὴ μετὰ τοῦ Λόγου καὶ Πνεύματος. Διὸ οὐδὲ κεχωρισμένον τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμά ποτε, ἀλλ' ὥσπερ ἀνάρχως ἀεί ἐστιν ὁ Πατὴρ, καὶ κατὰ φύσιν ἀνάρχως ὁμοῦ ἐξ αὐτοῦ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα· καὶ ἐπεὶ ταῦτα ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ φυσικῶς· ἀπαθὴς γὰρ ὢν ὁ Πατὴρ καὶ ἀσώματος καὶ τέλειος, καὶ τελείων ἐστὶ πηγή. Διὸ καὶ συνανάρχως, ὡς εἴρηται, ὄντων ἐξ αὐτοῦ φύσει τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, ἀδιαιρέτως ταῦτα καὶ ἐν ἀλλήλοις εἰσὶ, καὶ μιᾷ δυνάμει καὶ κινήσει καὶ ἐνεργείᾳ γνωρίζονται. Καὶ ὡς ὁ θεῖός φησι Μάξιμος, ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ ἐστι καὶ τῷ Πνεύματι· καὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι· καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ. Καὶ καλῶς οἱ Πατέρες καὶ θεοσόφως θεολογοῦσι, τῷ Χριστῷ ἑφεπόμενοι.

Qui ex Patre procedit.

De causa testimonium perhibentes quia Pater est: dicunt vero, *qui cum Patre et Filio adoratur et glorificatur*, propter naturam eamdem et individuam ejus e Patre et Filio sortem, imo exinde e Patre divina scientiæ loquentes Spiritum clare ostendunt. Erubescant ergo novitatem spargentes; primo quidem dixerunt Patres: *Qui ex Patre procedit*, nullo modo statuentes *et e Filio*; deinde, *qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur*: omnibus ergo patet quod Spiritus causam a Patre docet esse illud, *e Patre Spiritum sicut et Filium* dicentes, illud vero: *Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur*, Trinitatis individuum docet et voluntatis potentiæque in tribus unitatem. Nemo ergo blasphemet, neme dicere audeat quod Verbum Deus homo factus divinam pandens scientiam non enarravit; nec adhuc: *Mittam*, et, *De meo accipiet*, et similia, prætextus ad blasphemandum novator invenire fingat: hæc futuri temporis et propter nos, Spiritus vero ante tempora, nos autem posterius facti, plasmati, et charismatibus donati sumus, et accepto Spiritu non Spiritus personam accepimus nec divinitatis naturam, sed gratiam et donum, quod et pro viribus nostris et ordine congruo, et hic Christi propheta, ille apostolus, iste magister et linguis loquens et sanationes efficiens, huic sapientiæ sermo, illi scientiæ datus est, alii interpretatio; alii discretio spirituum: hæc autem omnia operatur unus et item Spiritus, distribuens singulis prout vult, ut ait Paulus. Cæterum charisma Spiritus, non naturam accipit qui Spiritum accipit; et insufflasse et dixisse, Accipite Spiritum sanctum, non tunc processisse docet Spi-

Τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον.

Τὸν αἴτιον μαρτυροῦντες, ὅτι ὁ Πατήρ ἐστι. Τὸ δὲ, *σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ προσκυνούμενον καὶ δοξαζόμενον*, λέγουσι διὰ τὸ ὁμοφυές τε καὶ ἀδιαίρετον C τούτου ἐκ τοῦ Πατρός τε καὶ Υἱοῦ· καὶ μᾶλλον ἐντεῦθεν ἐκ τοῦ Πατρὸς θεολογοῦντες τὸ Πνεῦμα δείκνυνται ἀριδήλως. Αἰσχυνέσθωσαν οὖν οἱ καινοτομοῦντες. Πρότερον μὲν γὰρ εἰρήκασιν οἱ Πατέρες, *τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον*, μὴ προσθέντες μηδαμῶς, *καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ*, ὕστερον δ' αὖ, *τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον*. Δῆλον οὖν ἅπασιν ὅτι ἐκεῖνο μὲν τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς αἰτίαν τοῦ Πνεύματος διδάσκει, *ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα* ὡς καὶ ὁ Υἱὸς, λέγοντες, τὸ δὲ, *σὺν Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον*, τὸ ἀδιαίρετον τῆς Τριάδος, καὶ τὸ ὁμοβουλές τε καὶ ὁμοδύναμον. Μηδεὶς τοίνυν βλασφημείτω, μηδὲ τολμάτω λέγειν, ὅπερ ὁ Θεὸς Λόγος ἀνανθρωπήσας θεολογῶν οὐκ ἐθέσπισε. Καὶ D πάλιν μὴ τὸ *πέμψω*, καὶ τὸ *ἐξ ἐμοῦ λήψεται*, καὶ τὰ τοιαῦτα, προφάσεις εἰς τὸ βλασφημεῖν ὁ καινοτομῶν εὑρισκέτω. Ταῦτα γὰρ μέλλοντος χρόνου καὶ δι' ἡμᾶς· τὸ δὲ Πνεῦμα προῆν. Ἡμεῖς δὲ γεγόναμεν καὶ ἀνεπλάσθημεν καὶ ἐχαριτώθημεν ὕστερον· καὶ λαβόντες Πνεῦμα, οὐχ ὑπόστασιν ἐλάβομεν Πνεύματος, οὐδὲ φύσιν θεότητος· ἀλλὰ χάριν καὶ δωρεὰν, καὶ ταύτην τῆς δυνάμεως ἡμῶν καὶ τάξεως ἀναλόγως. Καὶ ὁ μὲν ἔστι προφήτης Χριστοῦ, ὁ δὲ ἀπόστολος, ὁ δὲ διδάσκαλος, καὶ γλώσσαις λαλῶν, καὶ ἰάματα ἐνεργῶν. Καὶ τῷ μὲν λόγος σοφίας δίδοται, τῷ δὲ γνώσεως, ἄλλῳ δὲ ἑρμηνεία, ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων. Ταῦτα δὲ πάντα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἑκάστῳ ὡς βούλε-

ται, καθά φησι Παῦλος. Λοιπὸν χάρισμα καὶ οὐ φύσιν λαμβάνει Πνεύματος ὁ λαμβάνων τὸ Πνεῦμα. Καὶ τὸ ἐμπνεῦσαι δὲ καὶ εἰπεῖν, *Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον*, οὐ τότε περίστησιν ἐκπορευθῆναι τὸ Πνεῦμα· καὶ γὰρ ἄναρχόν ἐστιν, οὐδ' ὑποστατικῶς δίδοται. Μία δὲ χάρις τοῦ Πνεύματος, τὸ λύειν τε καὶ δεσμεῖν, ὡς καὶ αὐτὰ διδάσκουσι τὰ ἑπόμενα· *Ἂν τινων γὰρ*, φησὶν, *ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἂν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται.* Καὶ τὰ λοιπὰ τοίνυν, ὡς εἴρηται, τῶν Γραφικῶν τε καὶ Πατρικῶν ῥητῶν, τὴν ἴσην ἔννοιαν περιφέρουσι, περὶ τῶν εἰς ἡμᾶς δωρεῶν τοῦ Πνεύματος δοθεισῶν ὕστερον ἐκδιδάσκοντα. Ὃ καὶ γινώσκοντες οἱ Πατέρες καὶ μαρτυροῦντες, οὕτω μὲν οὗτοι ἐν τῷ Συμβόλῳ τῆς πίστεως ἀπεφήναντο· καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς δὲ πάντες ἑστερξαν ὁμοθυμαδόν· καὶ πάντες ἐν τούτῳ βεβαπτισμένοι τῷ ὅρῳ, καὶ πάντες ἐν τούτῳ τὴν ἱερωσύνην λαβόντες, καὶ τὰς ψυχὰς Θεῷ παραθέμενοι, θαυμάτων δυνάμεσι καὶ πολλοῖς χαρίσμασιν ἄλλοις παρὰ Θεοῦ ἐδοξάσθησαν. Μηδεὶς οὖν παρερμηνευέτω τὰ τούτων ἔνθεα ῥήματα, μηδὲ καινοτομείτω τι, δῆθεν ἄλλα συνάγων ἐκ τῶν συγγεγραμμένων αὐτοῖς, μήτε συνεὶς τὰ λεγόμενα, μήτε μὴν τὸν σκοπὸν αὐτῶν ἐννοῶν. Στηκέτω δὲ ἄτρεπτος ἄπας πιστὸς ἐν τῇ **309** ἀσφαλεῖ τῶν Πατέρων ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως, ἣν ὁμοῦ τε πάντες ἐξέθεντο, καὶ ὁμοῦ πάντες διεφυλάξαντο. Καὶ οὕτω φιλονεικία μὲν ἔσται πόῤῥω πᾶσα καὶ σχίσμα καὶ ταραχή· εἰρήνη δὲ ἣν ἐφύτευσεν ὁ Χριστὸς ταῖς Ἐκκλησίαις ἀνατελεῖ. Ἕπεται μὲν γὰρ τοῖς φιλονείκως ἔχουσιν ἔρις, ἐξ ἔριδος δὲ μάχη, ἐκ δὲ μάχης τί τῶν μὴ δεινῶν; Δοῦλον δὲ Κυρίου οὐ χρὴ μάχεσθαι. Εἰ οὖν βούλει μένειν ἀσφαλὴς, μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ Πατέρες σου.

itum qui absque initio est, nec naturæ unione datur; una vero spiritus gloria, solvere et ligare, sicut et docent quæ sequuntur: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; quorum retinueritis, retenta sunt.* Et reliqui, sicut dictum est, Scripturæ et Patrum sermones ad eumdem sensum tendunt, de Spiritus donis nobis collatis adhuc docentes; quod cognoscentes Patres testimonium perhibent et sic in Symbolo fidei exposuerunt, et qui post eos omnes unanimiter consenserunt, et omnes in hac regula baptizati, in hac, sacerdotio accepto, animabusque Deo traditis, prodigiorum gratia atque multis aliis charismatibus apud Deum glorificati sunt. Nemo ergo diverse eorum divina verba interpretetur, nec novitatis quidquam spargat, alia scilicet e scriptis ab eis concludens, nec intelligens quæ dicuntur, nec eorum finem comprehendens. Stet autem fidelis omnis in tuta firmus Patrum fidei confessione, quam unanimiter omnes et proposuerunt et servaverunt; sic procul quidem erit lis omnis, et schisma et tumultus; pax vero quam insevit Christus in Ecclesiis orietur. Nam sequitur quidem iis qui in litibus sunt disceptatio, de disceptatione pugna, et de pugna quid, quod non sit terribile? Servum vero Christi disputare non oportet. Itaque tutus manere si velis, ne æternas immutes quas posuerunt Patres tui regulas.

Τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπροσκυνούμενον.

Μία γὰρ λατρεία παρὰ τῆς κτίσεως ἀναφέρεται καὶ τιμὴ τῇ Τριάδι, ἐπεὶ καὶ τῆς Τριάδος πάντα δημιουργήματα.

Καὶ συνδοξαζόμενον.

Τῇ γὰρ αὐτῇ δυνάμει, δόξῃ τε καὶ θεότητι γνωριζόμενόν ἐστι τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρός τε καὶ Υἱοῦ, καὶ προνοούμενόν ἐστι τῶν κτισμάτων καὶ ζωοποιοῦν πάντα· καὶ ἴσως μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Λόγου δοξάζεται.

Τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν· εἰς μίαν, ἁγίαν, καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν.

Οὐδὲ γὰρ μόνον ἐν τοῖς ἀποστόλοις ὕστερον πεφανέρωται, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς προφήταις ἦν, εἰ καὶ ἀμυδρῶς πως ἐδείκνυτο· καὶ οὐδεὶς ἐκείνων ἐλάλει ἰδίᾳ τοῦ Πνεύματος. Διὸ καὶ Μωϋσῆς Πνεῦμα εἶχε· καὶ Πνεῦμα οἱ ἑβδομήκοντα ἄνδρες ἔλαβον· καὶ Δαβὶδ Πνεῦμα ἐζήτει καὶ εἶχε· καὶ οἱ λοιποὶ τῶν δικαίων καὶ προφητῶν ἐκ τῶν χαρισμάτων τούτου ἀναλόγως ἕκαστος· καὶ ἐν τῇ δημιουργίᾳ τῶν ὅλων συνδημιουργὸν ἦν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Λόγῳ, ὡς καὶ ὁ Δαβὶδ μαρτυρεῖ, *Τῷ λόγῳ Κυρίου*, λέγων, *στερεωθῆναι τοὺς οὐρανούς, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ τὴν ἐκείνων δύναμιν*· καὶ ἐν τῷ νόμῳ προῆν τὸν Ἀαρὼν τελειοῦν, καὶ χρίσμα παρέχον καὶ τελετὰς ἐνεργοῦν· καὶ Πνεῦμα Κυρίου τὸ ἐμπλῆσαν Βεσελεήλ· καὶ ὁ τῶν προφητῶν δὲ χορὸς τοῦτο δείκνυσι, Πνεύματι Θεοῦ προορῶν καὶ τερατουργῶν. Ἀλλὰ καθαρώτερον καὶ λαμπρότερον οἱ

Qui cum Patre et Filio simul adoratur.

Unica enim latria a creatura, unus et honor Trinitati tribuitur, eo quod Trinitatis omnia opera.

Et conglorificatur.

Eadem enim virtute, gloria, divinitate noscitur Spiritus ac Pater et Filius et creaturarum providens est, cuncta vivificans, et pariter cum Patre et Verbo glorificatur.

Qui locutus est per Prophetas; in unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam.

Non enim tantum in Apostolis revera manifestatus est, sed et in Prophetis, licet quasi per nebulam ostenderetur; quorum nullus sine Spiritu loquebatur. Itaque Spiritum habuit Moyses et acceperant septuaginta viri; quæsivit et habuit David, et justorum prophetarumque cæteri proportionate ex ejus charismatibus unusquisque aliquid habuit; et in universorum creatione, una cum Patre et Verbo creator erat, testante David dicente, *Verbo Domini firmatos cœlos et Spiritu oris ejus omnem eorum virtutem;* et in lege antea Aaron perficiens Spiritus et chrisma præbens et consecrationes operans, et Domini Spiritus Bezeleel replevit; demonstrat illud prophetarum chorus in Dei Spiritu prævidens et portenta operans. Sed purius et splendidius Salvatoris Christi discipuli acceperunt sedentem super eos sub ignitarum linguarum specie Spiritum:

quo magis patet illud, scilicet si purius apparuit apostolisque datum est et per eos credentibus, non tamen hujus datam esse personam : quomodo enim quod sine partibus est multis partibus constabit, et quod sine figura materiaque, in materia et figura erit? Sed data sunt charismata et Christi discipulis latiora quam prophetis. Non enim ad nationem unam, sed ad omnes missi sunt, et confestim proprium ipsis charisma : *Loquebantur* enim, inquit, *linguis, et prophetabant*. Itaque per ipsos Spiritu afflatos renovatus est orbis, verum in Trinitate Deum agnoscens, et Deo adhæsit Spiritus gratiam accipiens.

A τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ μαθηταὶ τοῦτο ἔλαβον, ἐπικαθίσαντος αὐτοῖς τοῦ Πνεύματος ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν· ὃ δὴ μᾶλλον δηλοῖ ὅτι εἰ καὶ καθαρώτερον ἐπεφάνη, καὶ ἐδόθη τοῖς ἀποστόλοις, καὶ δι' αὐτῶν τοῖς πιστεύσασιν, ἀλλ' οὐχ ὑπόστασις δέδοτο τούτου· πῶς γὰρ τὸ ἀμερὲς πολυμερές; καὶ τὸ ἀσχημάτιστον καὶ ἄϋλον, ὡς ἐν ὕλῃ καὶ σχήματι; ἀλλὰ τὰ χαρίσματα δέδοται. Καὶ ἐξήπλωτο μᾶλλον ταῦτα ἐν τοῖς Χριστοῦ μαθηταῖς ἢ ἐν τοῖς προφήταις. Οὐ γὰρ εἰς ἔθνος ἦν, ἀλλ' εἰς πάντας ἐξαπεστέλλοντο· καὶ οἰκεῖον εὐθὺς τὸ χάρισμα, *Ἐλάλουν* γάρ, φησὶ, *γλώσσαις, καὶ προεφήτευον*. Διὸ καὶ δι' αὐτῶν Πνεύματι κινουμένων ἡ κτίσις ἀνεκαινίσθη, τὸν ὄντως ἐπιγνοῦσα Θεὸν τὸν ἐν Τριάδι· καὶ Θεῷ ἡνώθη, τὴν χάριν λαβοῦσα τοῦ Πνεύματος.

Qui locutus est per prophetas.

Quia Christi præcones isti et Dei Spiritu, ut dictum est, acti, loquentes in unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. In unam quidem, quia idem legis et gratiæ Deus, et quia una facta est angelorum et hominum super fundamentum apostolorum et prophetarum fundata, et qui una fides, unum baptisma, et unus Christus, qui eam congregavit, hujus lapis angularis et fundamentum. Sanctam vero tanquam a Spiritu sanctificatam et Christo unitam per baptismum et chrisma, sacerdotium et aliorum mysteriorum communionem, absque macula et Christo desponsatam. Catholicam autem tanquam e populis cunctis Christo congregatam, vera scientia ditatam, et a prophetis fundamento posita per apostolos ædificatam, martyrum, pontificum et ascetarum laboribus et sanguine decoratam et famatam et perfectam apparentem, Trinitatis scientiam pure habentem, Christum qui prædicatus est, unum e Trinitate incarnatum Filium Dei cum Petro confitentem. Apostolicam vero tanquam specialiter ab apostolis collectam, compositam, et firmatam, post Christum apparentibus ipsis hujus fundamentis et conditoribus, ex omni lingua et populo universorum Domino et magno Pastori, gregem congregantibus conjunctim apostolis omnibus ; ideo vera Ecclesia in toto mundo piorum congregatio, et catholica, Ecclesia orthodoxorum fidem confitentium cœtus, licet secundum locum Ecclesiæ catholicæ quædam dicantur, propter datum illis a Patribus honorem, quæ hoc recte incedentes, non male cogitantes possederunt, cum ipse Salvator, Petri non negationem, sed confessionem petram vocaverit, scilicet : *Tu es Christus Filius Dei vivi*, et super hanc petram ædificatum iri suam ait Ecclesiam. Proinde catholica Ecclesia hi sunt qui recte cum Petro et cæteris apostolis confitentur (Ecclesiam dicit) tanquam e cunctis populis convocatam et super angularem lapidem Christum consolidatam, semel ipsi unitam et integram ejus fidem servantem.

Τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν.

Ἀναγνώστας μὲν ὁμοῦ πλείονας, καὶ ὑποδιακόνους εἴδομεν χειροτονεῖσθαι, καὶ παρελάβομεν, οἱ καὶ ἔξωθεν χειροθετοῦνται τοῦ βήματος · ἕνα δὲ διάκονον, καὶ ἕνα πρεσβύτερον, καὶ ἕνα ἐπίσκοπον ἐντὸς χειροτονουμένους ἐπὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης. Ὁ δὲ ἀνατρέπων καινοτομεῖ · ὁ δὲ καινοτομῶν οὐ τῇ Ἐκκλησίᾳ ἕπεται. Καὶ χωρὶς δὲ λειτουργίας οὐ χρὴ χειροτονεῖσθαί τινα · οὕτω γὰρ παρελάβομεν. Καὶ ὁ θεῖος τοῦτο παρακελεύεται Διονύσιος τῶν ἀποστόλων ὁ διάδοχος, πάντας διὰ τῆς ἱερουργίας καὶ κοινωνίας τῶν μυστηρίων τοῦ Χριστοῦ λέγων τελεισῦσθαι, ἐν τῷ ὑποπίπτειν αὐτοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ καὶ τῇ χειροθεσίᾳ καὶ σφραγῖδι καὶ ἐπικλήσει τῆς χάριτος, καὶ ταῖς ἱεραῖς εὐχαῖς, τῇ ἀνακηρύξει τε καὶ τῷ ἀσπασμῷ, καὶ ἐν τούτοις καθιεροῦσθαι καὶ τοῖς λοιποῖς οἷς παραδέδωκεν. Ὁ οὖν μὴ οὕτω χειροτονηθεὶς οὐ κατὰ τὴν παράδοσίν ἐστι χειροτονηθείς. Καὶ οὐκ οἶδ' ὅ τι οὗτος μὴ κατὰ τὴν τάξιν τελεσθεὶς ἔσται. Οὐ πολλοὺς οὖν ἐπισκόπους ἅμα ἢ πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν ἐν μιᾷ λειτουργίᾳ χρή, ἀλλ' ἐπίσκοπον ἕνα καὶ πρεσβύτερον καὶ διάκονον. Καὶ τούτων ἕκαστον ἐν τῷ ἁρμοδίῳ καιρῷ καὶ τεταγμένῳ. Καὶ τὸν μὲν ἐπίσκοπον μετὰ τὸν Τρισάγιον ὕμνον πρὸ τοῦ τὸν ἀπόστολον ἀναγνωσθῆναι · πρεσβύτερον δὲ μετὰ τὸ ἁπατεθῆναι τὰ ἅγια δῶρα ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ · διάκονον δὲ μετὰ τὴν τελευταίαν εὐχήν, πρὸ τοῦ εἰπεῖν, « Πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες. » Καὶ τότε μὲν τὸν ἐπίσκοπον ὡς ἂν ἐνθρονισθείη τῷ θρόνῳ · καὶ ὅτι εἰς τὴν τάξιν τῶν ἀποστόλων ἐλήλυθε · μετὰ τὸ τεθῆναι δὲ τὰ θεῖα δῶρα τὸν πρεσβύτερον, ὅτι τούτων ἱερουργὸς καθίσταται · ἐν τῇ τελευταίᾳ δὲ εὐχῇ τὸν διάκονον, ὅτι τελευταία τάξις οὗτος, καὶ οὐ δύναμιν εἴληφεν εὔχεσθαι, ἀλλ' ὑπηρετεῖν καὶ προσκαλεῖσθαι πρὸς τὰς εὐχάς.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Μ'.

Χρὴ διάκονον κοινωνεῖν τινα εἰς ἀνάγκην, μὴ ὄντος ἱερέως ;

Εἰς ἀνάγκην διάκονος, μὴ ὄντος ἱερέως, πρὸς θάνατον ἀφορῶντί τινι μεταδοῦναι τῶν προηγιασμένων λαϊκῷ οὐ κωλυθήσεται, ἀνάγκην μόνον ἰδών. Πλὴν ἐξειπεῖν ὀφείλει τῷ ἱερεῖ εἴτε πρότερον, εἰ δυνατὸν, εἴτε ὕστερον. Καθηρημένῳ δὲ ἢ ἀνιέρῳ οὐκ ἔξεστι κοινωνεῖν ἑαυτὸν τῶν μυστηρίων, ἀλλὰ προσέρχεσθαι τούτων ἕκαστον ἱερεῖ, καὶ μάλιστα διά τε τὴν ταπείνωσιν καὶ συγχώρησιν.

QUÆSTIO XL.

Num fas sit ex necessitate, ubi nullus præsto est sacerdos, diaconum alicui sacram Cœnam ministrare?

Cum necessitas interfuerit, deficiente sacerdote, et laico in periculo mortis constituto, nihil obstat quin diaconus præsanctificata mysteria participanda præbeat, sed tantum cum necessitatem urgere viderit. Sed oportet confiteri apud sacerdotem sive ante si possibile sit, sive post. Peccatori autem expiato non licet sibi ipsi sumere sancta mysteria, sed unusquisque eorum adire debet sacerdotem, præsertim ut humilis et pœnitens absolvatur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΑ'.

Ἐμάθομεν καὶ μοναχοὺς ἐν ἐρήμοις μόνους κοινωνεῖν · καὶ εἰ χρὴ τοῦτο ποιεῖν, καὶ πῶς κοινωνεῖν.

Τισὶ δὲ ἐρημίταις οὖσι καὶ μὴ εὑρίσκουσιν ἱερεῖς παρ' ἀρχιερέως ἐνδέδοται, ὡς ἐμάθομεν, προηγιασμένα ἔχειν ἐν πυξίῳ, καὶ ἐν καιρῷ ἀνάγκης ἐξ αὐτῶν αὐτοὺς κοινωνεῖν μετὰ πολλῆς εὐλαβείας, οὐ καθὼς δὲ οἱ ἱερεῖς, ἀλλ' οὕτω ποιοῦντας, ὡς καὶ ἄλλοθεν ἔγνωμεν, καὶ ἡμεῖς τοῖς ἠρωτηκόσι διεταξάμεθα · ἐν καθαρῷ τινι τόπῳ ἁπλοῦντας ἱερὸν ὕφασμα, ἐπάνω τούτου τιθέναι ἅγιον κάλυμμα · ἐπὶ τοῦ καλύμματος δὲ διὰ τῆς λαβίδος τοῦ παναγίου ἄρτου μερίδα · καὶ οὕτω ψάλλοντας θυμιῶντας καὶ προσκυνοῦντας 346 εὐλαβῶς τρὶς, οὐ τῇ χειρὶ, ἀλλὰ τῷ στόματι τοῦ θείου ἄρτου μετασχεῖν · εἶτα διά τινος ποτηρίου οἴνῳ σὺν ὕδατι ἢ ὕδατι μόνῳ ἀποκλύζειν τὸ στόμα. Εἰ οὖν καὶ ἀποθνήσκων τις εἴη, καὶ μὴ πάρεστιν ἱερεὺς ἢ διάκονος, διὰ τὴν πολλὴν ἀνάγκην, ὡς τῇ ὁσίᾳ Θεοκτίστῃ ὑπηρέτησε ναυτικός· Εἰ ζωοποιὸς ἄρτος ἐστὶ, τινὶ τῶν ἀναγνωστῶν ἢ τῶν εὐλαβεστέρων καὶ καθαρωτέρων πιστῶν τοῦτο ἐνδοθήσεται · καὶ μετὰ φόβου καὶ εὐλαβείας, διὰ τῆς λαβίδος εἰς τὸ ἱερὸν κάλυμμα μέρος ἐμβαλὼν οὗτός τι λεπτότατον τοῦ παναγίου σώματος, προσαγέτω τῷ τοῦ ἀποθνήσκοντος στόματι εἰς ἐφόδιον ζωῆς αἰωνίου. Πλὴν κατὰ πολλὴν, ὡς ἔφημεν, τὴν ἀνάγκην, καὶ μετὰ πλείστης ὅτι τῆς προσοχῆς · καὶ εἰ γε πρὸς θάνατον ὁ ἄνθρωπος ἀφορᾷ, καὶ οὐκ ἔτι ἐστὶν ἐλπίς. Εἶτα ἀπαγγελλέτω τῷ ἱερεῖ ὁ ὑπηρετήσας, καὶ συγχώρησιν ἐξαιτείσθω.

QUÆSTIO XLI.

Accepimus etiam monachos in desertis solos communionem impertire; et num deceat ita agere, et quomodo communicandum sit.

Quibusdam eremitis, quibus non præsto erant sacerdotes, a pontificibus concessum est, ut novimus, præsanctificata mysteria in pyxide asservare, et in casu necessitatis sibimetipsis ea sumere religiosissime, non quidem more sacerdotum, sed modo peculiari, ut alibinde novimus, et ipsi nos iis qui postulaverunt præscripsimus. In loco mundissimo linteum extendunt sacrum, super quem sanctum deponunt involucrum, et in illo velo partem panis sanctissimi consecrati cum manubrio aliquo vel forcipe : ante illum sic psallentes, et thura cremantes, ter adorent piissime procumbentes et denique mysteria sancta sumant, non manu, sed ore. Deinde e quodam cyatho bibant vinum cum aqua mistum vel aquam meram, abluentes os suum. Si igitur quis fuerit morti proximus, nec præsto sit sacerdos vel diaconus, et habeatur panis sanctus et vivificans, propter imminentem necessitatem conceditur ut ab uno inter lectores, vel inter piissimos et innocentiores fideles, cum multa reverentia et religione, manubrio vel forcipe in sacro linteamine deponatur particula sanctissimi corporis, quæ ori morientis admoveatur, in viaticum vitæ æternæ. Sed, ut diximus, id tantum fiat imminente necessitate vera, cum maxima reverentia et cura et cum homo absque ulla spe propinquat ad mortem. Deinde ille qui ita ministravit confitebitur sacerdoti, et absolutionem postulet.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΒ'.

Ἐὰν θυμῷ τις ἀρτήσηται λόγῳ ἱερεὺς, ἢ ἄλλος πιστὸς, τί ποιητέον ; καὶ εἰ χρὴ τὸν ἱερέα ἱερουργεῖν.

Ἄλλως τὰ διὰ τοῦ λόγου καὶ ἄλλως τὰ διὰ τῶν ἔργων ἁμαρτήματα κρίνεται. Διὸ ὁ εἰπὼν θυμῷ λόγῳ μόνῳ ἀσεβῆσαι, ἱερεὺς ὢν, καὶ μὴ ποιήσας, κατακρίνεται μὲν, καὶ τῆς ἱερωσύνης εἴργεται ἐπιπολύ · οὐ μὴν δὲ καθαιρέσει ὑποβάλλεται, διὰ τὸ μὴ τελέσαι τὸ ἔργον · ὅτι καὶ περὶ τοῦ μοναχικοῦ σχήματος γέγραπται ἐν τοῖς Πατράσιν, ὡς ἐὰν μελετήσῃ τις ῥῖψαι τὸ σχῆμα, καὶ μὴ ῥίψας, φθάσῃ ἀποθανεῖν, μετὰ μοναχῶν ἔσται · ὡς καὶ ὁ λαϊκὸς λαϊκὸς ἔσται, εἰ μελετήσας μόνον μοναχὸς γενέσθαι

QUÆSTIO XLII.

Si sacerdos aut alius fidelis per iræ æstum verba Deum abnegaverit, quid faciendum; et an tali sacerdoti sacra facere liceat?

Aliter judicantur verba peccaminosa, aliter facta. Quare si quis arroganter et audacter loquens verbis tantum simulaverit impietatem, non vero fecerit, et fuerit sacerdos, judicabitur quidem et a ministerio sacerdotis plurimum arcebitur, non tamen condemnationi erit obnoxius, quia non opus complevit. De monachorum professione scripserunt Patres, eum qui statum hunc in animo habuerit dimittere, de facto autem minime dimiserit, monachum esse usque ad mortem. Ita et laicus laicus

manet, licet monachus fieri in animo habeat, quandiu factis non tale complet desiderium : in quo enim statu quis esse elegerit, vere est, et inde judicatur.

A οὐκ ἔφθασεν · ἐν ᾧ γάρ τις ἔφθασεν εἶναι, καὶ ἔστι, καὶ κρίνεται.

QUÆSTIO XLIII.

Peccatorum patratorem, si confiteatur, recipiendum esse, et quænam ex hoc utilitas?

Qui peccavit et adhuc peccat, optime faciet pœnitentiam agendo coram Deo et coram Patre spirituali peccata confitens, quod est initium pœnitentiæ. Confitendo enim, cognoscet seipsum et plenam inveniet pœnitentiam ; quia primo non desperabit, quia deinde seipsum judicabit, quia iterum admonitiones doctrinæ suscipiet, et denique preces sanctorum habebit ut possit resipiscere. Ita enim proficiet, ut Deus non sinat eum in impœnitentia B vivere.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΓ'.

Ὁ τὴν ἁμαρτίαν ἐργαζόμενος δεκτέος ἐξομολογούμενος ; καὶ τί τὸ ἀπὸ τούτου ὄφελος ;

Ὁ ἁμαρτάνων καὶ μὴ ἀφιστάμενος καλῶς ποιήσει μετανοῶν τῷ Θεῷ καὶ ἐξομολογούμενος Πατρὶ πνευματικῷ. Ἀρχὴ γὰρ τοῦτο μετανοίας. Καὶ ἐν τῷ ἐξομολογεῖσθαι καὶ καταγινώσκειν ἑαυτοῦ, καὶ εἰς τὸ μετανοῆσαι τελείως ἐλεύσεται · ὅτι τε οὐκ ἀπογινώσκει, καὶ ὅτι ἑαυτὸν κατακρίνει, καὶ ὅτι λόγους διδασκαλίας δέχεται, καὶ ὑπὲρ τοῦ μετανοῆσαι εὐχάς, καὶ οὐδὲ τὸν οὕτως ἔχοντα καταλείψει Θεὸς μὴ μετανοῆσαι.

QUÆSTIO XLIV.

Num propter omnia peccata etiam minima homo pœnis fiat obnoxius?

Vere propter omne peccatum homo punietur. Quandoquidem etiam pro verbo otioso ratio reddenda est, ut Veritas ipsa dicit, ipse omnium judex, et pro visione, quæ fuerit passioni obnoxia, etsi cœlum aut terram jure jurando advocaverimus : tum etiamsi quod amplius affirmationi, sic, aut negationi, non, addiderimus. Pœnæ tamen errori ipsi respondebunt, cum multæ punitiones sint, et multæ apud Deum mansiones electis. Pœnitentia ergo et confessione omnia solvuntur peccata. Et quid hoc dono C majus? Igitur pœnitentiam agamus, ut salvemur : Pœnitentiam agite, clamant et Baptista et Dominus.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΔ'.

Ἆρα διὰ πᾶσαν ἁμαρτίαν καὶ τὴν ἐλαχίστην κολάζεται ὁ ἄνθρωπος ;

Ἀληθῶς διὰ πᾶσαν ἁμαρτίαν κολασθήσεται ἄνθρωπος · ἐπεὶ καὶ περὶ ἀργοῦ λόγου δώσομεν λόγον, ὡς φησιν ἡ ἀλήθεια, αὐτὸς ὁ πάντων κριτής, καὶ χάριν βλέμματος ἐμπαθοῦς, καὶ χάριν τοῦ ὀμόσαι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ χάριν τοῦ περισσότερον εἰπεῖν τοῦ ναὶ καὶ τοῦ οὔ. Πλὴν καὶ ἀναλόγως τῷ πταίσματι ἔσται ἡ τιμωρία · ὅτι καὶ πολλαὶ κολάσεις · ἐπεὶ καὶ πολλαὶ παρὰ τῷ Θεῷ μοναὶ τελοῦσι τοῖς ἐκλεκτοῖς. Τῇ μετανοίᾳ δὲ πάντα καὶ ἐξομολογήσει λύεται. Καὶ τί τοῦ δώρου τούτου μεῖζον ; Μετανοῶμεν οὖν, ἵνα σωθῶμεν · ἐπεὶ καὶ, Μετανοεῖτε, φησὶν ὁ Βαπτιστὴς καὶ ὁ Κύριος.

QUÆSTIO XLV.

Num quisquam a peccato immunis moriatur?

Nullus hominum absque peccatis morietur. Etenim statim post baptisma parvulis etiam accidit ut juxta viam eorum a quibus educantur, voluntarie et ignoranter plurima faciant peccata : in peccatis enim concipiuntur et generantur parvuli. Solus Dominus absque peccato incarnatus, conceptus et natus est, et vixit et mortuus est Salvator omnium, et resurrexit in æternum victurus et mansurus absque omni labe peccati.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΕ'.

Ἆρα ἀποθνήσκει τις χωρὶς ἁμαρτίας ;

Οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων χωρὶς ἔσται θανὼν τῆς ἁμαρτίας. Εὐθὺς γὰρ μετὰ τὸ βάπτισμα καὶ τοῖς νηπίοις αὐτοῖς παρακολουθεῖ διὰ τῶν ἀνατρεφόντων πλεῖστα τὰ πλημμελήματα, καὶ ἑκουσίως καὶ ἀγνοίᾳ· ἐπεὶ δι' αὐτὰ τὰ νήπια γίνεται. Μόνος δὲ ὁ Κύριος σαρκωθείς, καὶ ἀναμαρτήτως συνελήφθη, καὶ ἁγίως ἐτέχθη, καὶ ἔζησε καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἁπάντων ὁ λυτρωτής, καὶ ἀναστὰς ζῇ, καὶ μένει μόνος ὢν ἀναμάρτητος.

D

QUÆSTIO XLVI.

Varias interjecto tempore oblationes qui accepit sacerdos, num ex omnibus offerre debeat?

Cum aliquando plures acceperit oblationes sacerdos, non debet simul ex omnibus his oblationibus offerre : erunt ipsi in cibum utpote ministro divinorum mysteriorum ; sed debet pro omnibus offerre Deo partem aliquam pro unoquoque eorum nominatim qui dona obtulerunt. Quare notanda sunt accurate nomina offerentium : et non tunc solummodo cum proferunt dona pro ipsis offerre debet sacerdos, sed et aliis temporibus ; nam unusquisque offert quæ donat pro integro sacrificio. Ex una tamen oblatione mundissima conficere debet

347 ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΣ'.

Ὁ ἱερεὺς πολλὰς κατὰ καιρὸν δεχόμενος προσφορὰς, ὀφείλει πᾶσιν προσφέρειν ἐκ πασῶν ;

Ὁ ἱερεὺς πολλὰς δεχόμενος προσφορὰς κατὰ καιρὸν, οὐκ ὀφείλει μὲν προσφέρειν ἐκ πασῶν τῶν προσφορῶν· τραφήσεται γὰρ καὶ ἐκ τούτων ὡς ὑπηρέτης τῶν θείων. Ὀφείλει δὲ ὑπὲρ ἁπάντων προσενεγκεῖν ὀνομαστικῶς τῶν προσενεγκόντων ὑπὲρ ἑκάστου τῷ Θεῷ μερίδα. Διὸ καὶ χρὴ σημειοῦσθαι τὰ τῶν προσφερόντων ὀνόματα · καὶ οὐ τότε μόνον προσφέρειν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις καιροῖς · ἕκαστος γὰρ ὑπὲρ τελείας ἃ δέδωκε προσήνεγκε λειτουργίας. Ἐκ μιᾶς μὲν οὖν προσφορᾶς τῆς καθαρωτέρας τὸν ἱερὸν ἄρτον ὀφείλει προσφέρειν καὶ οὐκ ἐν

πολλῶν, εἰ μὴ ἐν ταῖς Κυριακαῖς μόνον τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς, καὶ τῇ ἁγίᾳ μεγάλῃ Πέμπτῃ.

panem sanctum non ex pluribus, nisi forte in Dominicis Quadragesimæ sanctæ et in magna et sancta die quinta majoris hebdomadæ.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΖ'.

Τί εἰσιν αἱ μερίδες, καὶ τί δύνανται προσφερόμεναι· καὶ εἰ χρὴ προσφέρειν ὑπὲρ γυναικῶν συνοικουσῶν αἱρετικοῖς ἢ ἀσεβέσιν.

QUÆSTIO XLVII.

Quid sint particulæ et quid valeant efficere cum offeruntur. Item num offerre fas sit pro mulieribus quæ hæreticis impiisve cohabitavere.

Ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν προσφορῶν τὰς ὑπὲρ τῶν ἁγίων μερίδας, καὶ ὑπὲρ τῶν προσενεγκάντων πιστῶν προσάγειν. Καὶ μὴ ἀμελεῖν τοῦ προσφέρειν μερίδας ὑπέρ τε ἑκάστου τάγματος τῶν ἁγίων, καὶ ὑπὲρ πάντων ὁμοῦ, καὶ ὑπὲρ ἑκάστου τῶν προσφερόντων πιστῶν· εἰ δὲ μή, προδήλως μόνον παρανομοῦσί τινες καὶ ἁμαρτάνουσιν. Ὅτι ἀντὶ τῶν προσώπων αἱ μερίδες τῶν προσαγόντων εἰσί· καὶ νοητὴ γίνεται μετὰ Χριστοῦ τούτοις κοινωνία. Διὸ οὔτε τῶν ἁμαρτανόντων φανερῶς καὶ μὴ ἀφισταμένων χρὴ δέχεσθαι τὰς προσφοράς, οὔτε γυναικῶν, κἂν πισταὶ ἢ ὀρθόδοξοι ὦσι, συνοικοῦσαι ἢ ἀσεβέσιν ἀνδράσιν ἢ αἱρετίζουσι. Κηροὺς δὲ καὶ ἔλαιον προσδέχεσθαι δέον παρ' αὐτῶν εἰς ἐλπίδα σωτηρίας αὐτῶν, καὶ παρακλήσεις ὑπὲρ τούτων καὶ δεήσεις ποιεῖσθαι μὴ ὀκνητέον, καὶ ἐλεημοσύνας αὐτὰς παραγγέλλειν ἐνεργεῖν, οὐ μὴν δὲ προσφέρειν ὑπὲρ αὐτῶν, οὐδὲ κοινωνεῖν αὐτὰς, εἰ μή τί γε ἐν τῷ τέλει εὐχελαίου γινομένου ὑπὲρ αὐτῶν. Ἁγίασμα δὲ καὶ ἀντίδωρον κατὰ καιρὸν λαμβανέτωσαν, ὁμολογοῦσαι πισταὶ εἶναι, εἰ' ἁγιασμὸν καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας, ἵνα μὴ εἰς τὸ μέγα καὶ πρὸς θάνατον τῆς ἀπογνώσεως ἁμάρτημα διὰ τῆς ἀποστροφῆς ἐκκυλισθῶσιν.

Ex cæteris oblationibus consecrantur partes pro sanctis, et specialiter pro fidelibus qui obtulerunt eas. Nunquam autem omittendum est offerre partes illas pro unoquoque ordine sanctorum, et pro omnibus cujusque ordinis, et pro singulis fidelibus qui oblationes fecerunt; nisi forte quidam publice contra legem Dei graviter peccaverint. Oblationes enim et præcipue partes quæ consecrantur, loco personarum offerentium ponuntur, et sic fit communio spiritualis cum Christo. Ideo non oportet accipere oblationes peccatorum publicorum qui non resipuerint, nec magis mulierum, licet fidelium et orthodoxarum, quæ sunt matrimonio junctæ impiis manifestis et hæreticis. Illæ autem offerre debent cereos et oleum, in spem salutis, et non prætermittere licet eas consolari et pro eis fusiores emittere preces, et ipsis suadere ut faciant eleemosynas; sed non tamen offerri debet pro illis, neque ipsis permitti communio sancta, nisi forte quod in decessu illæ ungantur oleo supremo benedicto. Munuscula vero sacra mutua vice identidem accipiant, ad confitendum quod fidem servant in testimonium expiationis et spei salutaris, ut non deficientes incidant in maximum et lethale crimen desperationis.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΗ'.

Ἆρα δυνατὸν ἕνα ἱερέα ποιεῖν εὐχέλαιον;

QUÆSTIO XLVIII.

Num ab uno presbytero possit oleum sanctum confici?

Οὐ χρὴ ἕνα ἱερέα ποιεῖν εὐχέλαιον, ἐπεὶ, « Προσκαλεσάσθωσαν, φησὶ, τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας » καὶ οὐχ ἕνα πρεσβύτερον· καὶ δεῖ τὴν τάξιν φυλάττεσθαι. Καθὰ οὖν ἐπίσκοπον οὐ χειροτονεῖ εἷς ἐπίσκοπος, οὕτως οὐδ' εὐχέλαιον ποιεῖ εἷς πρεσβύτερος.

Uni sacerdoti non licet oleum sanctum conficere juxta illud : « Inducant presbyteros Ecclesiæ, » non vero unum presbyterum : et oportet ut servetur norma. Sicut ergo unus episcopus alium episcopum non consecrat, ita nec unus presbyter oleum sanctum conficit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΘ'.

Ἐάν τις κατηγορῇ ἱερέως ἔν τινι, καὶ ἀπιστίαν ἔχῃ ἁγιάζεσθαι παρ' αὐτοῦ, τί ποιήσει;

QUÆSTIO XLIX.

Si quis sacerdotem aliqua in re dignum condemnatione existimet, nec credat se posse ab eo sanctificari, quid illi faciendum?

Εἰ σύνοιδέ τις τινι τῶν ἱερέων ἁμάρτημα, ὁ μὲν μέγας φησὶ Βασίλειος ἀναγγέλλειν τὸν εἰδότα τῷ ἀρχιερεῖ, ὥστε δηλονότι δι' αὐτοῦ γενέσθαι τὴν ἐξέτασιν· οὐ μὴν δὲ αὐτὸς ὀφείλει ἀργὸν τοῦτον ἔχειν ὁ συνειδὼς πρὸ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο ἕως ἂν μὴ αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ὁ ἱερεὺς κωλύηται, οὐ δεῖ τοῦτον ἢ ἐκπομπεύειν ἢ κωλύειν ἢ ἀποστρέφεσθαι. Εἰ δὲ καθ' ἑαυτὸν διακρίνεταί τις, πορευέσθω πρὸς ἕτερον ἱερέα. Οὐκ ἀνάγκη γὰρ χωρὶς πίστεως προσέρχεσθαι. Καὶ εἰ μὲν ἦν ἀφιεὶς τῷ Θεῷ τὰ περὶ τοῦ ἱερέως καὶ τὰ τῆς χάριτος ὡς δι' ὀργάνου δεχόμενος, τέλειον ἂν εἶχε τὸν ἁγιασμὸν, καὶ μισθὸν πλείονα μᾶλλον, ὡς κατὰ πίστιν τῇ χάριτι, καὶ οὐκ

Si quis peccatum in aliquo sacerdote deprehenderit, hunc monet magnus Basilius, ut hoc pontifici detegat, qui postmodum de his diligenter inquiret; non enim oportet talem rerum statim Ecclesiæ suæ innotescere. Propterea quandiu sacerdos per seipsum non irretitur, illum non debebit manifestare, et ita forte a pœnitentia cohibere; si vero seipsum dijudicaverit tandem, adeat alium sacerdotem, fide firma aliquis motus, Deusque forsitan ignoscens, gratiam quasi per instrumentum ut par est sacerdoti, donabit, plenam expiationem et mercedem magnam nimis secundum fidem ex gratia non virtute hominis obtinebit, secundum Deum

et in Deo solummodo agens. Absque fide non accedat; scriptum est enim : « Omne quod non est ex fide, peccatum est [25]; » sed si fidem habet, accedat. Sed attendat donec magna mercede fraudetur et sic non condemnabitur. Forte contra illusioni obnoxius judicare alios incipiet, maxime sacerdotes insontes et pios, male ab inimico inductus, condemnabit et abominabitur, et ita in salutis periculum incidet.

A ἀνθρώπου ἀρετῇ προσερχόμενος καὶ διὰ Θεὸν ποιῶν μόνον. **348** Ἐπεὶ δὲ οὐ πίστει προσέρχεται, « Πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως ἁμαρτία ἐστὶν, » ὡς γέγραπται, ὅπου τὴν πίστιν ἔχει καὶ πορευέσθω. Πλὴν γινωσκέτω, ὡς ἀποτυγχάνει τοῦ μεγάλου μισθοῦ τοῦ μὴ κατακρίνειν. Ἴσως δὲ καὶ πλανώμενος ἔσται. Καὶ εἰ ἄρξεται κρίνειν, καὶ τοῦτα ἱερεῖς, καὶ τοὺς ἀθώους καὶ καθαροὺς ὑπηρείᾳ ἐχθροῦ κατακρινεῖ καὶ βδελύξεται, καὶ οὕτω κινδυνεύσει περὶ τὴν αὐτοῦ σωτηρίαν.

QUÆSTIO L.

Num sacerdos, qui in peccatum prolapsus est, possit ab episcopo vel synodo iterum ordinari aut quavis ratione ad sacrum munus revocari.

Qui vere deliquit sacerdos et pontifici vel synodo reus innotuit, non potest iterum consecrare neque modo et ritu quocunque rursus ad sacerdotium ordinari. Qui enim post baptisma fornicatus est vel concubinæ adhæsit non potest esse episcopus, nec presbyter, nec diaconus, nec omnino in catalogum sacrum inseri. Ita loquuntur trecenti octodecim Patres Nicænæ synodi.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ν'.

Εἰ δυνατὸν τὸν περιπεπτωκότα ἁμαρτήματι ἱερέα παρ' ἀρχιερέως ἢ συνόδου ἀναχειροτονεῖσθαι, ἢ ἐπαναλαλεῖσθαι τρόπῳ τινί.

B Τὸν περιπεσόντα ἀληθῶς ἱερέα καὶ τῷ ἀρχιερεῖ ἐγνωσμένον ὄντα ἢ τῇ συνόδῳ οὐ δυνατὸν ἢ ἀναχειροτονεῖν ἢ ἐπαναλαλεῖσθαι ὅλως τρόπῳ τινὶ εἰς τὰ τῆς ἱερωσύνης. Ὁ γὰρ μετὰ τὸ βάπτισμα πορνεύσας, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται ἐπίσκοπος εἶναι ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. Καὶ τοῦτο οἱ τριακόσιοι δεκαοκτὼ τῆς ἐν Νικαίᾳ φασὶ συνόδου.

QUÆSTIO LI.

Quare non data sit dæmonibus pœnitentia sive conversio, sed tantum hominibus?

Angeli qui peccaverunt, id est dæmones, utpote spiritualem habentes naturam, omnem redintegrationis spem amisere. Ratio est quia non ex alterius cujusvis fallacia vel circumventione fraudulenta C deliquerunt, neque ignorantia melioris boni, sed sola petulantiori superbia, et idcirco in æternum dejecti sunt et ad infima quæque provoluti; nec unquam concedet Deus, etsi summe benignus, ut pœnitentiam agere possint, et justitiam recuperare, sed hoc erit illis semper et omnino impossibile. Quidam dixerunt dæmones delicto dolere posse, sed ab istis fœde illusi sunt, ita ut vel cum Origene finem pœnæ futuram esse somniarint, vel in Deum triste blasphemaverint. Non erigentur quia consulto perfideque peccaverunt. Neque illis sarcina carnis fuit occasio peccandi et causa dejectionis, sed voluntas præmeditata. Neque ulla necessitate compulsi impegerunt, cum spirituales essent, nulla præmebantur penuria. Nos vero egentes et a dæ- D monibus illusi, et quasi fame laborantes, cibum præ voluptate surripuimus : propter quod et morti destinati sumus et plurimo indigemus auxilio; nam timore mortis multum peccamus, sicut dixit sanctus Paulus : « Et liberabit eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti; » ex quo infert : « Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit [26]. » Juste ergo Deus concessit nobis hic pœnitentiam, non vero angelis : illic enim non erit pœnitentia, sed operum remuneratio. Operandi nunc tempus est; in futuro autem mercedem recipiendi.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΑ'.

Διατί τοῖς μὲν δαίμοσιν οὐκ ἐδόθη μετάνοια καὶ ἀνάκλησις, τοῖς ἀνθρώποις δὲ μόνον;

Ἡ νοερὰ φύσις τῶν ἀγγέλων παραπεσοῦσα, τουτέστιν οἱ δαίμονες, οὐκ ἔχει ἀνάκλησιν, ὅτι οὐ κατηνέχθη ἀπάτῃ οὐδὲ πλάνῃ τινὸς ἑτέρου, οὐδ' ἀγνωσία τοῦ κρείττονος, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτῶν τῇ οἰήσει μόνῃ. Καὶ πρὸς τοῦτο ἀεὶ κυλίονται καὶ χείρονες ἔτι γίνονται. Καὶ οὐκ ἂν παρῆτεῖτο τοῦτο Θεὸς φιλάγαθος ὤν, εἰ δυνατὸν ἦν αὐτοὺς μετανοῆσαι, καὶ εἰ δίκαιον ἦν. Ἀλλ' οὐ δυνατὸν ὅλως. Καὶ οἱ λέγοντες ὅτι δυνατὸν, ὑπὸ δαιμόνων ἐμπαίζονται, ἵνα ἢ τέλος φρονήσωσιν ὡς Ὠριγένης κολάσεως, ἢ κατὰ Θεοῦ βλασφημήσωσιν. Οὐκ ἐγείρονται οὖν, ὅτι ἑκουσίως πεπτώκασι· καὶ ὅτι οὐδὲ παραπέτασμα τῆς σαρκὸς τούτοις ἦν αἴτιον τοῦ κακῶς πεσεῖν καὶ κεῖσθαι, ἀλλὰ προαίρεσις· καὶ ὅτι οὐκ ἀνάγκῃ· ἄϋλοι γὰρ καὶ κατὰ τὴν χρείαν ἀνενδεεῖς. Ἡμεῖς δὲ ἐπιδεεῖς καὶ ἐξηπατημένοι παρ' αὐτῶν τῶν δαιμόνων, καὶ ὡς χρείαν ἔχοντες τρέφεσθαι, τροφῆς ἡδονῇ κλαπέντες. Ἀφ' οὗ δὲ καὶ θνήσκειν κατεκρίθημεν, πλείονος χρῄζομεν βοηθείας. ὡς καὶ διὰ τὸν τοῦ θανάτου φόβον πλέον ἁμαρτάνοντες. καθὰ καὶ ὁ θεῖός φησι Παῦλος, « Καὶ ἀπαλλάξει τούτους, λέγων, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας ». Καὶ ἐπιφέρει, « Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλάμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται ». Ὅθεν τὴν μετάνοιαν δικαίως ἡμῖν ἐνταῦθα καὶ οὐ τοῖς ἀγγέλοις ἐδωρήσατο ὁ Θεός. Ἐκεῖσε γὰρ οὐκ ἔσται μετάνοια, ἀλλὰ τῶν ἔργων ἀντίδοσις. Ὅτι ἐργασίας ὁ παρὼν καιρὸς, ὁ δὲ μέλλων ἀνταποδόσεως.

[25] Rom. xiv, 23. [26] Hebr. ii, 15, 16.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΒ'.

Τίς ἡ νηστεία τοῦ Κυρίου, καὶ πῶς Τεσσαρακοστὴ λέγεται, πλείους τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἔχουσα, καὶ πῶς ἀποδεκάτωσις. Ἀποδεκατοῦμεν ἡμέρας.

Νηστείαν νηστεύομεν ἣν ὁ Κύριος ἐνήστευσε τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην καλουμένην καὶ οὖσαν Τεσσαρακοστήν, εἰς κάθαρσιν ἡμῶν τε καὶ ἱλασμὸν, καὶ ἀπαρχὴν καὶ δεκάτωσιν κατ' ἐνιαυτὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν. Ἤτις ἄρχεται μὲν ἀπὸ δευτέρας ἡμέρας, λήγει δὲ συναπτῶς εἰς Παρασκευὴν, τῶν Κυριακῶν καὶ Σαββάτων εἰσαγομένων. Ἐπεὶ καὶ ἐν τούτοις τὰ τοῦ κανόνος τε ἐνεργοῦμεν, δι' ἧς ἡμέρας ἐσθίοντες, καὶ τὰ τῆς νηστείας τηροῦμεν, κρέατός τε καὶ τυροῦ καὶ ἰχθύος ἀπεχόμενοι. Καὶ ὁ Σωτὴρ δὲ συναπτῶς ἡμέρας ὁμοῦ καὶ νύκτας νενήστευκε τεσσαράκοντα. Καὶ Κλήμης περὶ τούτου ὁ Πέτρου ἐν Ῥώμῃ διάδοχος ἐν ταῖς Διατάξεσι γράφει τῶν ἀποστόλων, καὶ οἱ Πατέρες δὲ πάντες παραδεδώκασιν, ὁ θεῖός τε Σάββας, καὶ ὁ

349 ἐκ Δαμασκοῦ Ἰωάννης διὰ τοῦ Ἱεροσολυμητικοῦ τυπικοῦ. Οἱ ὁμολογηταὶ δὲ αὐτάδελφοι, Ἰωσὴφ Θεσσαλονίκης, καὶ Θεόδωρος ὁ Στουδίτης, διὰ τῶν ἐν τῇ Τεσσαρακοστῇ τῇ ἁγίᾳ ὕμνων αὐτῶν· καὶ οἱ τὰ ἰδιόμελα δὲ γεγραφότες Πατέρες, τῇ Παρασκευῇ τοῦ Λαζάρου ψάλλειν ἐκθέμενοι τὴν ψυχωφελῆ πληρώσαντες Τεσσαρακοστὴν, τὴν ἔγερσίν τε τοῦ Λαζάρου, καὶ τὴν ἑορτὴν τῶν Βαΐων ὡς ἰδίας ἑορτάζοντες ἑορτὰς, καὶ ἔτι τὴν ἁγίαν ἑβδομάδα τῶν τοῦ Κυρίου σωτηρίων παθῶν, ἰδίᾳ παρὰ τὴν νηστείαν ἄγοντες τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν, δι' αὐτὰ ἐξαιρέτως τὰ τοῦ Κυρίου ἁγιώτατα πάθη, ἃ ὑπὲρ ἡμῶν ἤνεγκε, τὴν ἀπάθειαν ἡμῖν χορηγῶν. Ὅθεν καὶ πανηγυρίζομεν χαίροντες τῇ ἀναστάσει αὐτοῦ. Τοῦτο οὖν πάλιν καὶ ἐν ταῖς Διατάξεσιν, ὡς εἴπομεν, γέγραπται, καὶ διὰ τῶν ὕμνων οἱ Πατέρες μαρτυροῦσι καὶ ἡ ἀρχαία παράδοσις. Ἀλλ' οἱ Λατῖνοι καὶ ἐνταῦθα καινοτομοῦσι, τὰς δύο ἡμέρας τῆς ἁγίας νηστείας λύοντες παρὰ τὸν κανόνα, καὶ πᾶσαν ἀχρειοῦντες αὐτήν. Πλὴν οὖν τῶν Κυριακῶν τεσσαράκοντα ἀριθμοῦσιν ἄχρι τοῦ μεγάλου Σαββάτου· οἱ καὶ εὑρίσκονται μηδεμίαν ἡμέραν διὰ τὰ τίμια πάθη τοῦ Κυρίου νηστεύοντες, καθὰ παραδέδοται, οὐδὲ τεσσαρακοστὴν ἄγοντες· ἐπεὶ καὶ κατὰ τὰς Κυριακὰς οὔτε κρεάτων, οὔτε τυροῦ ἀπογεύονται. Τινὰς οὖν ἡμεῖς ἐξ αὐτῶν ἐρωτήσαντες, Ποίαν οὖν νηστείαν ὑπὲρ τῶν σωτηρίων παθῶν νηστεύετε; διαπορήσαντας εὕρομεν αὐτούς. Καὶ πάλιν, ἐπειδὴ ἀριθμοῦσι τεσσαράκοντα πλὴν τῶν Κυριακῶν, ἐρωτήσαντες, Διατί τὰς Κυριακὰς ἄνωθεν κατὰ παράδοσιν νηστεύετε; πάλιν ἠπόρησαν. Αὕτη οὖν ἐστιν ἡ νηστεία τοῦ Κυρίου ἡμῶν τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν, καὶ ἡ ἑβδομὰς μετ' αὐτὴν τῶν ἁγίων παθῶν αὐτοῦ. Τὴν νηστείαν δὲ οὐκ αὐτὸς χρῄζων τετέλεκε, πῶς γὰρ ὁ μόνος ὢν ἀναμάρτητος; ἀλλὰ δι' ἡμᾶς νενήστευκε. Τοῦτο δὲ πεποίηκεν ἡμῖν παρίσχων νηστείας ὑπογραμμὸν, τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἀναιρῶν παράβασιν, καὶ τὸν δι' ἀκρασίας καὶ γαστριμαργίας πεσόντα διὰ νηστείας ἀνορθῶν. Διὸ καὶ τοῖς ἁγίοις ἡ νηστεία ἐσπούδασται εἰς κατάλυσιν τῆς πρώτης ἐκείνης διὰ

QUÆSTIO LII.

Quodnam jejunium Domini, et quomodo dicatur Quadragesima, quæ pluribus quam quadraginta diebus constat, et quomodo decimatio, qua dies decimamus.

Jejunium agimus ad instar Domini per sanctam et magnam, ut vocatur, et vere est, Quadragesimam, in nostram expiationem et propitiationem, et simul quasi in renovationem et decimationem vitæ nostræ per singulos annos. Incipit illa a secunda die hebdomadis (feria secunda) et explicit absolute in Parasceve, includens Dominicas et Sabbata quæ intercedunt. His omnibus diebus ea omnia quæ canonibus præscribuntur facimus : bis in die manducamus, et juxta jejunii leges abstinemus a carne, a caseo, et a piscibus. Salvator etenim jejunavit quadraginta dies et noctes continuatim sine intermissione, quod testatur Clemens, qui Romæ Petri successor fuit, in constitutionibus apostolorum quas recensuit. Ita et Patres omnes tradiderunt : sanctus nempe Sabbas et Joannes Damascenus in Typico Hierosolymitano. Idem fatentur fratres Joseph Thessalonicensis et Theodorus Studites in hymnis de sancta Quadragesima. Item alii Patres qui cantica particularia scripserunt in Parasceve sancti Lazari, cantantes completam Quadragesimam animæ salutarem, et resurrectionem Lazari cum festo Palmarum singulari solemnitate celebrantes. Post jejunium quadraginta dierum, addimus et unam hebdomadem, quam sanctam vocamus, similiter jejunantes propter salutarem quam pro nobis Dominus sanctissimam passionem pertulit, ut nos in immortalitatem et impassibilitatem introduceret; unde postea lætantes et exsultantes resurrectionem ejus celebramus. Omnia hæc scripta sunt, ut dicimus, in Constit. apostolicis, et Patres testantur in hymnis suis et vetus traditio. Latini vero et in hoc innovant, duos dies jejunii sacri solventes contra canones, et sic totam Quadragesimam vanam facientes. Numerant autem quadraginta dies, exceptis Dominicis usque ad majus Sabbatum, et sic deprehenduntur ne unam quidem diem jejunantes in honorem pretiosæ passionis Domini, sicut a traditione monemur facere. Non ergo habent Quadragesimam, cum et in Dominicis neque carnes, neque caseum gustant. Quosdam et nos ex illis interrogavimus : Quam jejunii partem exercetis propter salutarem Domini passionem? Hæsitantes invenimus. Et iterum : cum numerent quadraginta dies exceptis Dominicis, interrogavimus : Quare in Dominicis juxta antiquam traditionem jejunatis? Hærent iterum. Hæc igitur est mos sacri jejunii Domini quadraginta dierum; et hæc est hebdomas major post ipsam consecrata jejunio ad sanctam Passionis ejus memoriam. Ille autem non necesse habuit jejunare : quomodo talis necessitas illi qui solus est absque peccato? sed propter nos jejunavit, ut scilicet nobis præberet sancti jejunii exemplar : ita delevit Adæ prævari-

cationem et eum qui intemperantia et gulæ voluptate ceciderat, abstinentia erexit. Idcirco jejuniis strenue vacant sancti viri, ut solvant prioris hujus intemperantiæ maledictum. Prophetæ etiam in hoc satagere videmus, maxime Moysem, Eliam, Danielem et alios plures. Item de apostolis, de pontificibus, et sanctis fidelibus quibus illud opus antiquius erat. Gratia autem inest jejunio ad frangendum desideria ventris, et nobis proponitur in similitudinem jejunii Salvatoris in purificationem et resurrectionem. Idcirco in abstinentia ciborum non erit nobis mors, sed erectio et vitæ Dei immaculatæ participatio, meritorumque jejunii quod in nos exercuit, simulque mortis et resurrectionis; cum ipso enim resurgemus.

A τῆς ἀκρασίας ἀρᾶς, καὶ οἱ προφῆται πρὸς τοῦτο ἀγωνιζόμενοι ὠφθησαν, καὶ μᾶλλον Μωϋσῆς τε καὶ Ἠλιοὺ, καὶ Δανιὴλ, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι· καὶ ἐν τοῖς ἀποστόλοις καὶ ἱεράρχαις καὶ ὁσίοις τοῦτο ἐξαίρετον ἔργον ἦν. Τούτου οὖν χάριν εἰς κατάλυσιν τῆς ἐπιθυμίας τῆς γαστρὸς, καὶ ἡμῖν αὕτη δέδοται, εἰς τύπον τῆς σωτηρίου νηστείας, διὰ κάθαρσιν ἡμῶν καὶ ἀνέγερσιν. Διὸ καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς νηστείας οὐχὶ θάνατος ἡμῖν, ἀλλ' ἔγερσις ἔπεται, τοῦ ἀναμαρτήτως ζήσαντος καὶ νενηστευκότος ὑπὲρ ἡμῶν θανόντος καὶ ἀναστάντος, καὶ ἡμᾶς συνεγείραντος.

QUÆSTIO LIII.

Quare jejunemus quartam feriam hebdomadis et Parascevem cæteraque jejunia. Et num laicos quoque tantumdem jejunare fas sit?

Jejunium diei quartæ et Parasceve ideo institutum est ut prius revocaret in memoriam consilium a Judæis initum ut Salvatorem dolo tenerent, quod in quarta die factum est; posterius autem significaret finem hujus captivitatis, quod scilicet Jesum ad crucem alligaverunt in die Parasceves, sicut et Adam edens de ligno mortuus est. In Parasceve et hora sexta clavis confixerunt eum, quia Adam de ligno edit. Et mortuus est Salvator hora nona, nam et in paradiso apparuit, et chirographum mortis quod erat contra Adam delevit, illud scilicet: « Terra es, et in terram reverteris, » et mortalis Adam factus est.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΓ'.

B *Διατὶ νηστεύομεν Τετράδα καὶ Παρασκευὴν, καὶ τὰς ἄλλας νηστείας. Δύνανται οἱ λαϊκοὶ τοσαύτας νηστεύειν;*

Ἡ Τετρὰς δὲ καὶ Παρασκευὴ διὰ τοῦτο· ἡ μὲν διὰ τὴν συμβουλὴν τῆς κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπιβουλῆς ἐν Τετράδι γεγενημένης, ἡ δὲ διὰ τὸ τέλος τῆς ἐπιβουλῆς, ὅτι τοῦτον ἐν τῇ Παρασκευῇ ἐσταύρωσαν, ὅτε καὶ τοῦ ξύλου ὁ Ἀδὰμ ἀψάμενος τέθνηκε. Κατὰ τὴν Παρασκευὴν γὰρ καὶ κατὰ τὴν ἕκτην ὥραν τοῦτον προσήλωσαν, ὅτε τοῦ ξύλου καὶ ὁ Ἀδὰμ ἥψατο. Καὶ τέθνηκεν ὁ Σωτὴρ ἐν τῇ ἐννάτῃ ὥρᾳ, ὅτε καὶ ἐν τῷ δειλινῷ ὀφθεὶς αὐτὸς ἐν τῷ παραδείσῳ, κατὰ τοῦ Ἀδὰμ ἐξήνεγκε τὴν τοῦ θανάτου ἀπόφασιν, τὸ, *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*, καὶ νεκρὸς Ἀδὰμ γέγονεν.

QUÆSTIO LIV.

Unde jejunium Quadragesimæ et sanctorum apostolorum Deiparæ Virginis, et quis illa primum instituerit? cum sint qui novum illud esse contendunt.

Cætera vero omnia jejunia ab antiquis tradita sunt, ut usus testatur, veteresque Constitutiones, nec Unionis tomus tacuit, qui eorum meminit, et Typicum Hierosolymiticum, quod ut supra diximus, sanctissimum Sabbam, et post eum theologum Damascenum auctores institutoresque agnoscit, quorum alter tempore quartæ œcumenicæ synodi, alter inter sextam et septimam vitam agebat, qui ambo Typicum composuere: nam cum a divino Sabba compositum barbarorum incursione periisset, magnus hic Joannes ab initio illud ut antiquitus erat conscripsit ordinavitque. Suam vero quæque jejuniorum series propriam habet rationem. Primo quidem jejunium quadraginta dierum typum refert jejunii Moysis, qui postquam jejunaverit XL dies et XL noctes accepit sermones et leges Dei in tabulis lapideis scriptas. Nos vero post jejunium XL dierum Verbum vitæ, non scriptum, sed incarnatum et postea natum ex Virgine videmus, accipimus et carnis participamus ejus sanctissimæ. Videsne similitudinem jejunii nostri cum jejunio Moysis, seu potius superioritatem jejunii nostri? Non enim jejunamus, cum quotidie manducamus, et multum quidem differt quod accipi-

C

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΔ'.

Ἡ τοῦ τεσσαρακονθημέρου, καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῆς Θεοτόκου νηστεία, πόθεν; καὶ τίς ὁ ἀπαρχῆς παραδούς; τινὲς γὰρ λέγουσι νέας εἶναι.

Αἱ λοιπαὶ δὲ νηστεῖαι, καὶ ἅπασαι μὲν κατὰ παράδοσιν ἀρχαίαν, ὡς ἡ συνήθεια μαρτυρεῖ, **350** καὶ αἱ ἀπαρχῆς διατάξεις, καὶ ὁ τῆς ἑνώσεως τόμος αὐτῶν μεμνημένος, καὶ τὸ Ἱεροσολυμητικὸν, ὡς προέφημεν, τυπικὸν, ὃ τὸν θειότατον Σάββαν, καὶ μετ' αὐτὸν τὸν ἐκ Δαμασκοῦ θεολόγον συγγραφεῖς ἔχει καὶ νομοθέτας· καὶ ὁ μὲν κατὰ τὴν τετάρτην οἰκουμενικὴν σύνοδον, ὁ δὲ μέσον τῆς ἕκτης καὶ τῆς ἑβδόμης, καὶ ἄμφω τῆς Ἐκκλησίας Πατέρες τε καὶ διδάσκαλοι. Οἱ δύο δὲ τὸ τυπικὸν συντεθείκασιν, ὅτι τὸ παρὰ τοῦ θείου Σάββα τῇ ἐπιδρομῇ τῶν ἐθνῶν ἀπολεσθὲν, ὁ μέγας Ἰωάννης ἐξαρχῆς τοῦτο κατὰ τὴν ἄνωθεν τάξιν συνέθηκε καὶ διετυπώσατο. Ἰδίαν δὲ ἑκάστη τῶν νηστειῶν καὶ τὴν ἔννοιαν ἔχει. Καὶ ἡ μὲν τοῦ Τεσσαρακονθημέρου τυποῖ τὴν τοῦ Μωϋσέως νηστείαν, ὃς τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ νύκτας νηστεύσας, ἐν πλαξὶ λιθίναις διὰ γραμμάτων λόγους τοῦ Θεοῦ ἐδέξατο· ἡμεῖς δὲ νηστεύοντες τεσσαράκοντα, τὸν ζῶντα Λόγον ἐκ τῆς Παρθένου οὐ γεγραμμένον ἐν λίθοις, ἀλλὰ σεσαρκωμένον τεχθέντα καὶ βλέπομεν καὶ λαμβάνομεν, καὶ κοινωνοῦμεν αὐτοῦ τῆς θειοτέρας σαρκός. Ὁρᾷς τὸ ἴσον μὲν τῆς νηστείας Μωϋσέως τε καὶ ἡμῶν, μᾶλλον δὲ τὸ τῆς ἐγκρατείας ἡμῶν; οὐ γὰρ νηστεύομεν ἡμεῖς, καθ'

D

ἡμέραν ἐσθίοντες, καταπολὺ δὲ τὸ τῆς δωρεᾶς διαλλάττον ἐν ἡμῖν καὶ τῷ Μωϋσῇ· δωρεὰ γὰρ καὶ χάρις μείζων τοῦ Μωϋσέως ὑπὲρ πάντα νοῦν ἐν ἡμῖν. Λοιπὸν μὴ ἀμφίβαλλε. Ἡ νηστεία δέ γε τῶν ἀποστόλων διὰ τὴν τούτων τιμήν. Καὶ δικαίως· ὅτι πλείστων ἀγαθῶν δι' αὐτῶν ἠξιώμεθα· καὶ ὅτι νηστείας οὗτοι καὶ ὑπακοῆς ἄχρι θανάτου καὶ ἐγκρατείας ἐργάται ὤφθησαν ἡμῖν καὶ διδάσκαλοι. Καὶ Λατῖνοι τοῦτο καὶ ἄκοντες μαρτυροῦσι, διὰ νηστείας ἐν ταῖς μνήμαις αὐτῶν τιμῶντες αὐτούς. Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν κατὰ τὰς Διατάξεις τῶν ἀποστόλων διὰ τοῦ Κλήμεντος μετὰ τὴν ἐπιδημίαν τοῦ Πνεύματος εὐφραινόμεθα ἑβδομάδα μίαν, αὖθις δὲ νηστεύομεν ἑβδομάδα, ἵνα μὴ τῇ τρυφῇ ἐκλυθῶμεν, ὡς διδασκόμεθα· καὶ συναπτῶς τῇ νηστείᾳ ἐκείνῃ καὶ τοὺς παραδεδωκότας νηστεύειν ἀποστόλους τιμῶντες νηστεύομεν. Ἡ δέ γε τοῦ Αὐγούστου νηστεία εἰς τιμὴν ὑπάρχει τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου Μητρὸς, ἥτις προγνοῦσα τὴν μετάστασιν ἑαυτῆς, καὶ πάντοτε μὲν ἦν ἀγωνιζομένη ὑπὲρ ἡμῶν καὶ νηστεύουσα, μὴ χρείαν ἔχουσα νηστείας ἡ καθαρὰ καὶ πανάμωμος· ὅμως δὲ ἀγγελικῶς διαιτωμένη ἡ ὑπὲρ τοὺς ἀγγέλους οὖσά τε καὶ βιοῦσα, καὶ προσευχομένη συνεχῶς, ἐνουμένῃ μὲν θείῳ Πνεύματι τῇ μακαρίᾳ ψυχῇ τῷ Υἱῷ αὐτῆς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἱκετεύουσα, τότε δὲ μᾶλλον ἐν τῷ μέλλειν τῶν ὧδε μεταβαίνειν λεπτυνομένη πλέον ἁγίῳ ἔρωτι τοῦ Υἱοῦ. Διὸ καὶ ἡμεῖς τότε νηστεύειν καὶ ἀνυμνεῖν αὐτὴν ὀφείλομεν, τόν τε βίον αὐτῆς ἐκμιμούμενοι, καὶ εἰς τὰς ὑπὲρ ἡμῶν διεγείροντες ἱκεσίας. Τινὲς μὲν οὖν φασι καὶ διὰ τὸ δύο εἶναι ἑορτὰς τὴν τοιαύτην νηστείαν, τῆς τε Μεταμορφώσεως καὶ Κοιμήσεως· ἐγὼ δὲ ἀναγκαῖον νομίζω καὶ τῶν δύο μὲν μεμνῆσθαι ἑορτῶν, τῆς μὲν ὡς φωτισμοῦ παραιτίας, τῆς δὲ ὡς ἱλασμοῦ καὶ μεσιτείας ὑπὲρ ἡμῶν. Ὅμως χρεὼν τὴν Παναγίαν ἐν πάσαις ἐπικαλεῖσθαι Παρθένον τὴν Θεοτόκον, ἵνα δι' αὐτῆς πλεως ἡμῖν εἴη ὁ ἐξ αὐτῆς, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ δι' αὐτῆς λαμπρότητος ἐπιτύχωμεν. Τούτου οὖν χάριν αἱ νηστεῖαι· καὶ ἀναγκαῖαι παντὶ πιστῷ· καὶ οὐ μόνον ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ, ἀλλὰ καὶ πάντοτε καὶ διηνεκῶς· ὅτι νηστεία ἔργον Θεοῦ· οὐ γὰρ τροφῆς αὐτῷ χρεία, καὶ ζωὴ ἀγγέλων καὶ βιοτὴ, ἄτροφοι γάρ· καὶ νέκρωσις σώματος· ὅτι, τούτου τρυφήσαντος, νεκροὶ κατέστημεν ἡμεῖς. Καὶ ἀποβολὴ παθῶν ἡ νηστεία. Τὰ γὰρ ὑπογάστρια ἡ γαστριμαργία κινεῖ πάθη. « Τὰ βρώματα δὲ, φησὶ Παῦλος, τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν. Ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει. » Διὰ τοῦτο τοίνυν καὶ τοῖς Πατράσιν αὕτη ἡ νηστεία ἐσπούδαστο, καὶ τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῖς, καὶ τῷ Παύλῳ μὲν, λέγοντι, « Ἐν νηστείαις πολλάκις, » καὶ « Ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται· » Τῷ Πέτρῳ δὲ Ἀσσαρίου θερμίοις τρεφομένῳ, καὶ τῷ Κυρίῳ αὐτῷ, κριθίνους ἄρτους ἐσθίοντι, καὶ πολλάκις νηστεύοντι.

mus ab eo quod datum Moysi : gratia et donum est, sed hoc donum Moysi datum omnem cogitationem superat. Cæterum non ambigitur. Jejunium autem apostolorum in honorem eorum institutum est : justissime quidem, quia ab eis plurima accepimus bona et quia fuerunt nobis abstinentiæ, obedientiæ usque ad mortem et temperantiæ opifices et magistri. Hoc et Latini, inviti quidem, testantur, jejunio festa eorum honorantes : sed nos juxta decreta apostolorum a sancto Clemente tradita post adventum Spiritus sancti per unam gaudemus hebdomadam, et iterum hebdomade una jejunamus, ne deliciis dissolvamur, sicut docti sumus, et aptissime simul jejunio hoc apostolos honoramus a quibus jejunare didicimus. Jejunium denique Augusti in honorem Verbi Dei Matris, quæ præsciens translationem suam, semper tamen laboravit et jejunavit pro nobis, cum tamen jejunii necessitatem non haberet purissima et omnino irreprehensibilis manens ; simulque angelice vivens seu potius et virtute et vita angelos præcellens, constanter deprecans, Spiritui sancto intime unitam habens animam beatissimam per Filium suum, pro nobis orabat, maxime cum fieret decessus ejus proximus magis ac magis amore Filii consumebatur. Idcirco jejunando et ipsam exaltando multum proficimus, cum maxime imitando ejus vitam propitiationem et preces ipsius in nos excitamus. Unde quidam aiunt in hoc jejunio duplicem esse festivitatem ejus, scilicet transfigurationis et mortis. Et mihi videtur perutile nobis duas illas memorari festivitates ; prior enim splendoris origo, posterior propitiationis et interventionis erga nos manifesta fluenta. Sicque hanc præ omnibus sanctam Virginem Dei Genitricem justum est invocare, ut propitius sit nobis Filius ejus, et divinam in nobis sui luminis claritatem multiplicet. Hujus gratia ex jejuniis : sunt ergo omni credenti necessaria, non solum in tali vel tali tempore, sed semper et sine intermissione exercenda, et frequentanda ; sunt enim opus Dei, cui cibo non est opus ; sunt et angelorum vita et agendi ratio, quippe qui nequaquam manducant ; sunt corporis interemptio, quod si delicate nutriamus, certo moriemur ; sunt denique jejunia passionum evacuatio, quas potenter excitant et movent gula et ingluvies. Dicit Paulus : « Esca ventri, et venter escis : Deus autem et hunc et has destruet [27]. » Propterea quoque strenue Patres jejunio vacarunt, sicut et apostoli, inter quos et Paulus dicens : « In jejuniis multis [28]. » Et : « Qui in agone contendit ab omnibus se abstinet [29]. » Et tandem Petrus captivus atque ipse Dominus qui panes hordeaceos manducabat frequenter jejunaverunt.

[27] I Cor. vi, 13. [28] II Cor. xi, 27. [29] I Cor. ix, 25.

QUÆSTIO LV.

Unde traditio de missa præsanctificatorum, et quare perfecta non sit, et quare in aliis jejuniis non celebretur, unde quidam negant cætera jejunia tradita esse ab apostolis.

Præsanctificatorum liturgia a primis temporibus et a successoribus apostolorum descendit, ut testantur preces ejusdem, et traditio perantiqua, et vere ab apostolis eam fuisse introductam credimus, et ex principio ordinatam propter hoc ipsum jejunium, ut doceremur lugere et festive non agere diebus pœnitentiæ et luctus, ut alibi dictum est. Ita Patres ordinaverunt, ne gratiæ omnino expertes essemus quæ habetur ex participatione mysteriorum Christi, et propitiationis sanctarum precum. Et quidem hora nona qua illud sacrum perficitur munus, integrum servatur tempus jejunii, quia monemur semel esse edendum versus vesperam; precibus ad sanctitatem excitamur; et simul mente et quasi ictu oculorum videmus Dominum a sacerdotibus custoditum, et ante nos in propitiationem positum, et se præbentem dignis in edulium ad convescendum. Debemus ergo interdum fervide procumbere coram illo genua flectentes, et confessione peccatorum veniam postulare, omnium fidelium memoriam facere, sicque perficiuntur mysteria, corpus scilicet et sanguis Christi. Et si oblata digne ante consecrationem præparata honorabilia sint, ut typica et Deo destinata, multo magis postquam divina gratia et actione sacerdotis consecrata fuerint, cum tunc vere sint corpus et sanguis Christi.

QUÆSTIO LVI.

Quare præsanctificata non in aliis etiam jejuniis celebrentur.

Non fiunt Præsanctificata in aliis jejuniis, quod inter alia hoc solum primum est et eximium, et Domini jejunium; et in ee solo quinque hebdomadis diebus id peragi traditum est, ad majus nostrum certamen: namque cum apprime et ante alia necessarium sit tremendum et sacrosanctum hoc sacrificium, et mundi universi salutare, non est visum operæ pretium, illud omnino cessare, neque in ipsa, quæ Magna nuncupatur et est, Quadragesima. Quapropter et in ea, Sabbato et Dominica, Patres constituerunt, sacrum nos sacrificium peragere, Domini præceptum explentes, dicentis, *Hoc facite in meam commemorationem*; omni nempe tempore. Quinque itaque diebus Præsanctificata facere, et nullo alio die incruentum ac vivum sacrificium celebrare, lege sanxerunt, exceptis duabus aliis diebus, feria nempe quarta et sexta hebdomadis, quæ ab edendo caseo nomen habuit Tyrophagi, quas veluti sanctorum jejuniorum proœmia decreverunt. Quandoquidem et hebdomas Tyrophagus excogitata est ad purgationem nostram, et ad sacra jejunia apparatum, ut jejunio prius expurgati accedamus, et a cibis carneis, quæ pin-

A

351 ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΕ'.

Πόθεν ἡ παράδοσις τῆς προηγιασμένης λειτουργίας· καὶ διατί οὐ τελεῖται· καὶ πῶς ἐν ταῖς ἄλλαις νηστείαις οὐ λειτουργεῖται· ἐκ τούτου γάρ φασί τινες, ὡς οὐ παραδεδομέναι αἱ ἄλλαι νηστεῖαι.

Ἡ προηγιασμένη λειτουργία ἄνωθεν καὶ ἐκ τῶν διαδόχων τῶν ἀποστόλων ἐστὶν, ὡς καὶ αἱ εὐχαὶ μαρτυροῦσι, καὶ ἡ παράδοσις αὐτὴ ἀρχαία οὖσα, καὶ ἀληθῶς τῶν ἀποστόλων εἶναι ταύτην πιστεύομεν, ἐξαρχῆς γεγενημένην δι' αὐτὴν τὴν νηστείαν· ὥστε πενθεῖν καὶ μὴ ἑορτάζειν ἡμᾶς ἐν ταῖς τοῦ πένθους ἡμέραις, ὡς καὶ ἄλλοις περὶ τούτου πρότερον εἴρηται. Ἵν' οὖν πάλιν μὴ καθόλου ἀμέτοχοι τῆς ἀπὸ τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων τυγχάνωμεν χάριτος, καὶ τοῦ διὰ τῶν ἱερῶν εὐχῶν ἱλασμοῦ, τοῦτο ἐπινενόηται τοῖς Πατράσι. Καὶ περὶ μὲν τὴν ἐννάτην ὥραν ταύτην τελοῦμεν τὴν τελετήν, ἀποσώζοντες τὸν ὅρον τῆς νηστείας, ἅπαξ πρὸς ἑσπέραν ἐσθίειν τετυπωμένου· ἁγιαζόμεθα δὲ ταῖς εὐχαῖς, καὶ τῇ ὄψει τῶν ὀφθαλμῶν ἅμα τῷ νοῒ αὐτὸν ὁρῶντες τὸν Κύριον κατεχόμενον ὑπὸ τῶν ἱερέων, καὶ εἰς ἱλασμὸν ἡμῶν προτιθέμενον, καὶ μεταδιδόμενον τοῖς ἀξίοις τῆς αὐτοῦ κοινωνίας· ὅτε καὶ προσπίπτειν θερμῶς αὐτῷ ὀφείλομεν ἐπ' ἐδάφους, καὶ συγχώρησιν ἐξαιτεῖσθαι τῶν ἐσφαλμένων, καὶ πάντων μεμνῆσθαι πιστῶν, δηλονότι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς εἰσόδου, ἡνίκα ἐπὶ κεφαλῆς αὐτὸν κατέχει ὁ ἱερεύς. Καὶ γάρ τε τελεσμένα εἰσὶ τὰ μυστήρια, καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ. Καὶ εἰ πρὸ τοῦ τελεσθῆναι ἄξια τιμᾶσθαι τὰ δῶρα, ὡς ἀντίτυπα, καὶ ἀφιερωμένα Θεῷ, πολλῷ γε μᾶλλον τετελεσμένα ὄντα τῇ θείᾳ χάριτι διὰ τῆς ἱερουργίας, καὶ σῶμα ἀληθῶς καὶ αἷμα τελοῦντα Χριστοῦ.

B

C

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝϚ'.

Διατί οὐ τελεῖται τὰ προηγιασμένα καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις νηστείαις.

Οὐ τελεῖται δὲ τὰ προηγιασμένα καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις νηστείαις, ὅτι αὕτη παρὰ τὰς ἄλλας μόνη πρώτη ἐστὶ καὶ ἐξαίρετος, καὶ τοῦ Κυρίου νηστεία. Καὶ ἐν αὐτῇ μόνῃ ἐν ταῖς τῆς ἑβδομάδος πέντε ἡμέραις τοῦτο δὴ παραδέδοται ἐνεργεῖν, εἰς μεῖζον ἡμῶν ἀγώνισμα. Ἐπεὶ γὰρ ἀναγκαιοτάτη πρὸ παντὸς ἡ φρικτοτάτη καὶ ἱερὰ τελετὴ, καὶ τοῦ κόσμου παντὸς σωτήριον, οὐκ ἔδοξε δίκαιον εἶναι κεθόλου πεπαῦσθαι ταύτην, οὐδὲ κατ' αὐτὴν τὴν μεγάλην ὀνομαζομένην καὶ οὖσαν Τεσσαρακοστήν. Διὸ καὶ ἐν αὐτῇ κατὰ Σάββατον μὲν οἱ Πατέρες διατυπώσαντο καὶ Κυριακὴν, τὴν ἱερὰν ἐπιτελεῖν ἡμᾶς θυσίαν, ἐκπληροῦντες τὸ τοῦ Κυρίου παράγγελμα, λέγοντος, *Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*, ἀντὶ τοῦ διαπαντός. Ἐν ταῖς πέντε δὲ ἡμέραις λειτουργεῖν προηγιασμένα, καὶ οὐδ' ἐν ἄλλῃ τινὶ ἡμέρᾳ τὴν ἀναίμακτον καὶ ζωόθυτον θυσίαν τελεῖσθαι οὐ νενομοθετήκασιν· εἰ μὴ ἐν ἄλλαις ἡμέραις δυσὶ κατὰ τὴν Τετράδα τε καὶ Παρασκευὴν τῆς Τυροφάγου λεγομένης, καὶ κατὰ τὴν μεγάλην Παρασκευήν. Καὶ τὰς μὲν τῆς Τυροφάγου δύο ὡς προοίμια ἔθεντο τῶν ἱερῶν νηστειῶν. Ἐπεὶ καὶ ἡ Τυροφάγος ἑβδομὰς διὰ τοῦτο νενομοθέτηται, εἰς προκάθαρσιν ἡμῶν,

D

καὶ πρὸς τὴν ἁγίαν νηστείαν ἑτοιμασίαν, ἵνα προκαθαρθέντες τῇ νηστείᾳ προσέλθωμεν, καὶ ἀπὸ βρωμάτων λιπαινόντων καὶ σαρκωδῶν πρὸς ὀλίγον ἐγκρατευσάμενοι, τῆς νηστείας ἀψώμεθα, καθαροὶ τῆς καθαρωτάτης, καὶ ἅγιοι τῆς ἁγνῆς. Διὸ καὶ πρότερον μὲν οἱ Πατέρες τὴν ψυχὴν ἐκκαθαίρουσιν ἐν τρισὶν ἑβδομάσιν εἰς τιμὴν τῆς Τριάδος, τὰ περὶ τῆς νηστείας κηρύττοντες τοῖς εὐαγγελικοῖς τοῦ Σωτῆρος ῥήμασι πρὸς τὴν μετάνοιαν καὶ τὴν κάθαρσιν ἡμᾶς ἐκκαλούμενοι. Καὶ διὰ μὲν τοῦ τελώνου καὶ Φαρισαίου μὴ ἐπαίρεσθαι τοῖς πόνοις, ἀλλὰ ταπεινοῦσθαι διδάσκουσι, καὶ μᾶλλον οὕτω σώζεσθαι· διὰ δὲ τῆς τοῦ ἀσώτου παραβολῆς μὴ ἀπογινώσκειν, ἀλλ' ὑποστρέφειν ἐν ἐξομολογήσει πρὸς τὸν **352** ἀγαθὸν Πατέρα τε καὶ φιλάνθρωπον. Διὰ δὲ τῆς ὑπομνήσεως τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δευτέρας παρουσίας εἰς φόβον ἐμβάλλουσι τοῦ ἀδεκάστου κριτηρίου αὐτοῦ· καὶ διὰ τοῦ πρὸς τοὺς πένητας ἐλέου παριστῶσιν, ὡς ἐλεηθησόμεθα. Τελευταῖον δὲ τὰ τῆς ἐξορίας τοῦ Ἀδὰμ προτιθέασιν, ἥτις ἐγεγόνει διὰ τρυφῆς τε καὶ ἡδονῆς πρὸς τὴν νηστείαν ἡμᾶς διεγείροντες. Ὅθεν καὶ τὴν πρὸ τῆς νηστείας ἑβδομάδα οὐ κρεοφάγον, ἀλλὰ τυροφάγον εἶναι νενομοθετήκασι· καὶ προσόρτιον τῆς νηστείας ταύτην φασί. Καὶ τριῴδια ψάλλειν καὶ ἰδιόμελα, ὡς καὶ κατὰ τὴν ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν διετύπωσαν. Καὶ τὰς δύο ταύτας μέσον τεθείκασι νηστείας Τετράδος τε καὶ Παρασκευῆς, ἐν αἷς καὶ προφητῶν ῥήσεις περὶ νηστείας, καὶ τοὺς περὶ αὐτῆς λόγους τοῦ θεοφάντορος Βασιλείου λέγεσθαι διετάξαντο. Ὅθεν καὶ ὡς τὸ ἀρχαῖον φησι τυπικὸν τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, ὁ πατριάρχης κατὰ τὴν Τετράδα τῆς Τυροφάγου πρῶτος ἐλειτούργει τὰ προηγιασμένα, ἐν ᾗ δὴ καὶ τῇ Παρασκευῇ μετὰ τῆς νηστείας καὶ τυρὸν ἐσθίειν ἔθος ἦν, πρὸς ἀναίρεσιν αἱρετικῆς τινος δόξης. Ἐν ταῖς δυσὶν οὖν ἐκείναις τῆς Τυροφάγου νηστείαις τὰ τῶν προηγιασμένων οὕτως ἐτελεῖτο ἐξαρχῆς· καὶ ἐν ταῖς παλαιαῖς εὑρίσκεται διατάξεσι, καὶ τὰ ἀναγνώσματα μαρτυροῦσι τὰ προφητικά, ὡς εἰρήκαμεν· καὶ τὸ μηδὲ Εὐαγγέλια λέγεσθαι ἐν αὐταῖς ταῖς ἡμέραις, ὡς οὐδὲ ταῖς πέντε τῆς ἑβδομάδος ἐν πάσῃ τῇ Τεσσαρακοστῇ, ὡς πάντα δηλοῦσι τὰ εὐαγγελικὰ βιβλία. Καὶ κατὰ τὴν ἁγίαν δὲ καὶ μεγάλην Παρασκευὴν οὕτως ἐξαρχῆς προηγιασμένα ἐτελεῖτο. Οὐ γάρ ποτε τοῖς Πατράσιν ἐδόκει ἀνεκτὸν εἶναι ἡμέραν τινὰ παρελθεῖν, καὶ μὴ ἐωρακέναι διὰ τῶν μυστηρίων τὸν Κύριον, δι' ὧν ἔφη καὶ αὐτὸς ἓν εἶναι μεθ' ἡμῶν· καὶ τό, *Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.* Τοῦτο γὰρ ἔφη, οὐχ ὅτι μετὰ ταῦτα οὐκ ἔμελλεν εἶναι πάντοτε μεθ' ἡμῶν, πῶς; ὁ πρὸς τὸν Πατέρα ἐν τῷ εὔχεσθαι λέγων, *Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμήν.* Καὶ πρὸ ὀλίγου, *Καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἡμεῖς ἕν ἐσμεν, καὶ ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοὶ, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν.* Ἀλλ' ἕως μὲν τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος ἔσται διὰ τῶν μυστηρίων αὐτοῦ. Ἔτι δὲ

A guem hominem reddunt, ad breve tempus abstinentes, jejunium exordiamur, puri purissimum, sanctique intemeratum. Iline etiam factum est, ut Patres prius tribus hebdomadibus animum expurgent, in honorem Triadis, quæ jejunii sunt, evangelicis Salvatoris nostri verbis prædicantes, excitantesque nos ad pœnitentiam et expurgationem. Et per Publicani et Pharisæi parabolam, non esse laboribus superbiendum, sed compescendos animi conatus, docent, et hac potius ratione salutem comparandam. Per Prodigi parabolam, non esse despondendum, sed revertendum confessione ad Patrem optimum atque humanissimum. Per recordationem Salvatoris nostri adventus, incorrupti illius judicii timorem incutiunt, et per misericordiam in pan-
B peres instruunt, nos quoque misericordiam consecuturos. Tandem exsilium Adami proponentes, quod propter luxum et voluptatem accidit, ad jejunium adhortantur. Propterea que hebdomadem, quæ ante jejunium est, ut a carnibus abstineretur, non item a caseo, lege sanxerunt. Quam jejunii professum nuncupant, et Triodia canere, et Idiomela, ut aliis sacri Quadragesimalis jejunii diebus præscripserunt, et duas hasce medias ad jejunandum posuere, feriam quartam et sextam; quibus et prophetarum de jejunio dicta, et de hoc eodem divini Basilii orationes legendas esse decreverunt. Hinc, ut vetustum Typicum refert magnæ Ecclesiæ, patriarcha, Tyrophagi feria
C quarta, primus ante alios Præsanctificata celebrabat, qua et feria sexta cum jejunio caseum edere moris erat, ad refellendam quamdam hæreticam sententiam. Illis itaque duobus Tyrophagi jejuniis, Præsanctificatorum missa, ab initio, hoc modo peragebatur, ut et in antiquis constitutionibus animadvertitur et prophetarum lectiones testantur, ut diximus; et quod Evangelia illis diebus non recitantur, quemadmodum et reliquis quinque universæ Quadragesimæ hebdomadibus, ut omnes Evangeliorum libri commonefaciunt. Sancta quoque et magna Feria sexta, ab initio, hac ratione, Præsanctificata peragebantur. Neque enim Patribus sustinendum videbatur, diem aliquem præterisse, neque per mysteria Dominum conspexisse, per quæ, ut
Bonus supra modum est Deus, et bonitatis ejus non est omnino finis, et nunquam a bonitate decessurus est, cum unus sit natura bonus et solus omnino immutabilis. Idcirco sive quosdam beatificet, sive quosdam puniat, utrumque optime facit, cum sit natura bonus et justus. Justitiæ nunquam oblivisceus, bonitate sola nos ex nihilo produxit, et cum justitia gubernat. Omne bonum in nostrum creavit commodum; unde etiam eduxit mundum hunc quem videmus universum, paradisum quoque creans propter nos, in illo futura nobis bona disponens, quibus pro justitia et opportune fruamur omnibus bonis, hic præsentibus, illic futuris. Ad imaginem nam propriis manibus nos plasmavit. In nobis posuit animam, intelligentia, ratione et voluntate præditam, quam replevit totius sapientiæ et scientiæ donis, in ipsa superseminans divina omnium virtutum semina: ita ut etiam sine magistro nosse possimus et quæ Deo sunt grata et quæ odit Deus; sed et horum a principio magistros præbuit. Primo quidem creationem omnem ostendit voluntati suæ optime obedientem et ipsa motam, ut nos quoque Deo obediamus, et ejus beneplacito moveamur. Deinde præbuit sanctorum patriarcharum et prophetarum ingentem multitudinem: legemque desuper constituit; mirabilia operatus est signa; malos et peccatores minis primum insecutus punivit; bonis benedixit; denique, ingravescente malitia, venit ipse sua sponte Dei Verbum descendens usque ad nos propter nos; carnem sanctam ex Virgine sumpsit, divinam agens vitam, miracula producens innumera, cœlestem tradens doctrinam et divina præcepta, tandem pro nobis passus est, et mortuus resurrexit et in cœlos ascendens gratia et fortitudine nos replevit in nos demittens e cœlo dona Spiritus sancti, per quem sanctos suos consecravit præcones, potentes opere et verbo, qui et nomen ejus et doctrinam in toto orbe terrarum spargerent. Unde ubique apparuerunt sacerdotum populi, martyrum chori, monachorum et virginum agmina, et credentium omnium immensæ multitudines, ex omnibus gentibus congregatæ, absque imperio et violentia, sed in solo Dei verbo et virtute; et a piscatoribus orbis salutaribus retibus captus est; et multi ex conversis elevati sunt, qui juxta apostolos signis et virtutibus pariter splenduerunt. Datum est denique illud perfectissimum pœnitentiæ munus, omnem sermo-

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟΑ'.

Διατί ἐνταῦθα μὲν πολλοὺς τρόπους συγκαταβάσεως καὶ ἀγαθότητος καὶ μετανοίας ἔδειξεν ὁ Θεὸς, ἐκεῖσε δὲ ἀπεριόριστον κολάζει καὶ αἰωνίως; Ποῦ ἄρα τὸ ἀγαθόν;

Ἀγαθὸς καὶ ὑπεράγαθος ὁ Θεὸς, καὶ τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος ὅλως οὐκ ἔστιν ὅρος. **359** Οὐκ ἐξίσταται οὖν τῆς ἀγαθότητος πώποτε, φύσει μόνος ὢν ἀγαθὸς, καὶ ἀναλλοίωτος μόνος ὤν. Διὸ καὶ εὐεργετῶν καὶ τιμωρούμενός τινας, ἀγαθῶς ἕκαστον ποιεῖ, ἐπεὶ καὶ ἀγαθὸς φύσει, καὶ δίκαιος φύσει ἐστὶ, καὶ τὰ τῆς δικαιοσύνης οὐκ ἀποβάλλεται. Διὸ τῇ ἀγαθότητι μόνῃ παραγαγὼν ἡμᾶς ἐκ μὴ ὄντων, ἐν δικαιοσύνῃ καὶ κρίσει οἰκονομεῖ, καὶ οὐδὲν τῶν ἀγαθῶν ἐνέλιπε μὴ ποιήσας δι' ἡμᾶς. Ὅθεν παρήγαγε μὲν τὸν ὁρώμενον τοῦτον κόσμον· τὸν παράδεισόν τε κτίσας, δι' ἡμᾶς, καὶ τὰ μέλλοντα ἡμῖν ἀγαθὰ ἑτοιμάσας, ἵνα τούτων ἁπάντων δικαίως καὶ κατὰ καιρὸν ἀπολαύωμεν, ἐνταῦθα μὲν τῶν παρόντων, ἐκεῖσε δὲ τῶν μελλόντων ὕστερον. Κατ' εἰκόνα ἰδίαν οἰκείαις χερσὶν ἔπλασεν ἡμᾶς. Ἐνέθηκεν ἡμῖν νοερὰν καὶ λογικὴν καὶ θελητικὴν ψυχήν· ἐνέπλησεν αὐτὴν πάσης σοφίας καὶ γνώσεως. Ἐναφύτευσεν αὐτῇ πᾶν εἶδος θεία; ἀρετῆς, καὶ διδασκάλου χωρὶς γνωστὰ ἡμῖν ἐστι τὰ θεοφιλῆ πάντα καὶ τὰ θεομισῆ· ἀλλὰ καὶ διδασκάλους ἐξ ἀρχῆς ἔδωκε. Πρῶτον μὲν τὴν ὁρωμένην κτίσιν κατὰ τὴν θέλησιν αὐτοῦ καλῶς κινουμένην, ἵν' ὑποτασσώμεθα καὶ ἡμεῖς αὐτῷ τῷ Θεῷ, καὶ κατὰ βούλησιν τούτου κινώμεθα· ἔπειτα δικαίων ἔδειξε πληθὺν καὶ πατριαρχῶν καὶ προφητῶν· νόμον τε ἐπέστησε· σημεῖα εἰργάσατο· ἠπείλησεν ἁμαρτάνουσιν· ἐκόλασεν· εὐηργέτησεν ἀγαθούς· τέλος, αὐξηθείσης τῆς κακίας, ἦλθεν αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος δι' ἡμᾶς μέχρις ἡμῶν. Σεσάρκωται ἁγίως ἐκ τῆς Παρθένου· πεπολίτευται θείως· εἰργάσατο θαυμαστὰ, νενομοθέτηκεν ἐπουράνια, πέπονθεν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἀναστὰς καὶ ἀναληφθεὶς ἐχαρίτωσε, καὶ ἐνεδυνάμωσεν ἡμᾶς, ἐξαποστείλας ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, δι' ἧς ἀνέδειξε κήρυκας θείους ἑαυτοῦ, δυνατοὺς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ· τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ τὴν ἑαυτοῦ γνῶσιν ἐξήπλωσεν. Ὅθεν ἱερέων ὤφθησαν δῆμοι, μαρτύρων χοροὶ, ἀσκητῶν καὶ παρθένων πλήθη, καὶ τῶν πεπιστευκότων ἁπάντων τὸ ἀναρίθμητον σύστημα, ἐκ πάντων συναθροισθέντων ἐθνῶν, τυραννίδος χωρὶς ἐν λόγῳ μόνῳ Θεοῦ καὶ θείαις δυνάμεσι· καὶ δι' ἁλιέων ἡ οἰκουμένη ἐσαγηνεύθη, καὶ πολλοὶ τῶν κατωρθωκότων γεγόνασι, καὶ κατὰ τοὺς ἀποστόλους αὐτοὺς, ἐν σημείοις τε καὶ δυνάμεσιν ἔλαμψαν. Τὸ μέγα δὲ τελευταῖον τῆς μετανοίας δέδοται δῶρον, ὑπὲρ λόγον ὂν καὶ ἔννοιαν εὐεργέτημα. Ἄχρι γὰρ καὶ αὐτῆς τῆς τελευταίας ἀναπνοῆς χορηγεῖται, μό-

νον τῆς μετανοίας γνησίως γινομένης καὶ καθαρῶς. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα καὶ ἔτι πλείω ἃ οὐ δυνατὸν λέγειν ὅλως ἢ ἐννοεῖν οὐ μεγίστης ἀγαθότητος ἔργα; Πάντως ὑπερβαλλούσης καὶ ὑπὲρ λόγον. Λοιπὸν καὶ ἡ ἐν τῷ μέλλοντι βασιλεία δωρεᾶς τε καὶ ἀγαθότητος· καὶ ἡ αἰώνιος τιμωρία δικαιοσύνης καὶ ἀγαθότητος· δικαιοσύνης μέν, ὅτι ὅπερ τις ᾑρετίσατο εἴληφε, καὶ ἐν ᾧπερ ἔμεινεν ἄχρι τὴν ἐξουσίαν ἐνταῦθα εἶχε τὴν ἑαυτοῦ, ἐν τούτῳ εὑρίσκεται· ἀγαθότητος δέ, διὰ τὸ μὴ τὰ ἴσα δοῦναι λαβεῖν τοῖς δικαίοις τοὺς ἁμαρτήσαντας. Ὅθεν ὁ ἀγαπήσας ἀγαπηθήσεται δικαίως. Καὶ οὐ τοσοῦτον ὅσον ἠγάπησεν, ἀλλ' ὅσον ἀγαπᾷ ὁ Θεός τε καὶ δίδωσι. Καὶ ὁ ἁμαρτήσας καὶ μεταγνοὺς ἀγαθότητι ἐλεεῖται· καὶ οὐ μόνον λυτροῦται τῆς δικαιοτάτης τιμωρίας, ἀλλὰ καὶ μετελαμβάνει κατὰ χάριν τῶν ἀγαθῶν. Ὁ δὲ μὴ θελήσας ἀγαθὸς εἶναι, μηδὲ κατηγνοὺς τῶν κακῶν, μηδὲ ἀποστῆναι θελήσας ὅλως, μηδὲ τῇ μετανοίᾳ χρησάμενος, τίνι λόγῳ ἐλεηθήσεται μὴ θελήσας; Ὅθεν ἐπεὶ ἕκαστος ἐκ τῶν ὧδε τὸ αἰώνιον συνιστᾷ διὰ τῆς προαιρέσεως ἑαυτοῦ, εἴτε ἀρετὴν, εἴτε κακίαν ἑλόμενος, καὶ τῷ καιρῷ τῆς ἀνταποδόσεως ἀγαθότητι καὶ δικαιοσύνῃ Θεοῦ τοῖς τε δικαίοις ἡ τῶν ἀγαθῶν εὐφροσύνη αἰώνιος ἔσται, καὶ τοῖς πονηροῖς ἡ τιμωρία αἰώνιος. Καὶ τοῦτο μᾶλλον ἔργον τοῦ φύσει ἀγαθοῦ καὶ ὑπεραγάθου Θεοῦ, ὃς ἐστιν ἀγαθός. Μεγίστη οὖν πλάνη καὶ τὸ τέλος ἐννοῆσαι κολάσεως, καὶ τὸ μὴ ἀγαθὸν εἶναι νομίζειν τὸν ὑπεράγαθον Θεὸν, τοὺς πονηροὺς δικαίως καὶ ἀγαθῶς τιμωρούμενον· καὶ τῆς θείας οἰκονομίας 360 τοῦ Λόγου τοῦτό ἐστιν ἀνατροπῆς ἐπιχείρησις, καὶ τῶν παλαιῶν νομίμων ἐκ Θεοῦ πάντων καὶ νέων ἀθέτησις, καὶ πρὸς ἀπώλειαν τοὺς φρονοῦντας ἀλόγως ἄγουσα παντελῆ καὶ ἀσέβειαν. Διὸ φευκτέον ἐκ ταύτης τῆς λύμης πάσῃ σπουδῇ, καὶ ἔργοις καὶ λόγοις καὶ ἐννοίαις φρονῶμεν τὰ τῆς Ἐκκλησίας ὡς ἀληθῆ· καὶ τῶν τῆς μετανοίας ἀντιχώμεθα, δι' ὧν σωθῆναι ἐξομολογήσει μόνῃ καὶ ἀποχῇ τοῦ κακοῦ, φιλανθρωπίᾳ τοῦ ἀγαθοῦ· καὶ τὰ τῆς μετανοίας πάντα ἐννοῶμεν· ἐπεὶ καὶ, « Μετανοεῖτε, » φησὶν, « ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. »

nem et cogitationem excedens beneficium, quo usque ad ultimum vitæ spiritum docemur vere legitimo et sancto dolore peccata purgare. Hæc igitur omnia et plura quæ nec dicere nec cogitare omnino possumus, nonne sunt maximæ dilectionis et bonitatis opera? Certe quidem tanta ut verbis exprimi nequeant. Cæterum regnum quod in futuro promittitur, gratiæ munus erit et bonitatis; et pœna quæ pariter æternum luenda erit, justitiæ et bonitatis est: justitiæ quidem, quia quod quis elegit illud accepit; et in quo statu mansit quamdiu libertatis suæ usum hic habebat, in eodem invenitur in æternum; bonitatis vero, quia peccatoribus non similia et eadem conferuntur dona quæ justis. Unde, qui dilexit, merito diligetur. Et non dat Deus tantum quantum quis dilexit, sed quantum ipse diligit Deus remunerat. Etenim qui peccator exstitit si resipuerit misericordiam consequetur, et non modo eximitur a pœna quam justissime meruerat, sed accipiet de infinita bonitate secundum gratiam. Qui vero noluerit esse bonus, qui mala non fugerit et contempserit, et ab eis noluerit averti nec pœnitentiæ fructus facere, qua ratione misericordia prosequetur nolentem? Unde cum unusquisque æternum permaneat in eo quod vivens elegerit sive in virtute, sive in malitia, ita et in tempore remunerationis, et a bonitate et justitia Dei justi erit perennis fruitio bonorum, malis vero jugis et perpetua passio pœnarum. Et illud est maxime opus Dei qui natura bonus, imo summe bonus est, ut vere est bonus. Maximus igitur error, pœnarum finem æstimare futurum, et bonitate carere summe bonum Deum cum puniat malos juste benigneque: hoc est providentiæ et sapientiæ Verbi Dei subversionem attentare; antiquarum et recentium constitutionum testimonium amandare; qui error absurdus in ruinam et impietatem impingit. Ideirco omni conamine fugienda est talis pernicies; opere, verbo, et sensu quæ docet Ecclesia ut verissima credamus: pœnitentiæ operibus in quibus est salus, firmiter adhæreamus, nimirum confessioni, aversioni a malo et amori summi boni: pœnitentiamque semper cogitemus, meditemur et sectemur. Dominus enim dixit: «Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cœlorum [14]. »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟΒ'.

Τινὲς δι' αἰσχροκέρδειαν ἴσως τοὺς προσιόντας πνευματικοὶ κανονίζουσιν ἐλεημοσύνας ποιεῖν, καὶ τὸ δόμα ζητοῦσι. Κωλύουσι δὲ τὸ εὐχέλαια καὶ λειτουργίας ποιεῖν διὰ ζημίαν τῶν ἱερέων, εἰ καὶ καλὸν εἶναι τούτοις δοκεῖ τὸ τοιοῦτον. Ποῖον δὲ ἐκ τούτων τὸ κρεῖσσον;

Τὸ τοὺς πνευματικοὺς Πατέρας ἐκδιδάσκειν τοὺς δι' ἐξαγόρευσιν πλημμελημάτων αὐτοῖς προσιόντας, ἐλεημοσύνας ποιεῖν καὶ αἰχμαλώτων ἐλευθερίας, εὐχέλαιά τε καὶ λειτουργίας καὶ λοιπὰ ὅμοια, ἀγαθὸν καὶ ὑπὸ τῶν Πατέρων τεταγμένον, καὶ λίαν ἐπωφελές· καὶ ὅσῳπερ διεγείρει τίς τινα πρὸς τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ θεῖα ἔργα, εἴτε πρόθυμον εὑρὼν, εἴτε

QUÆSTIO LXXII.

Quidam confessionarii, ex turpis lucri cupiditate forsitassis, injungunt accedentibus pœnitentibus eleemosynas facere, et donum quærunt: in detrimentum sacerdotum autem prohibent ad euchelæa conferre, et ad liturgias, licet et illud bonum esse existiment. Quæritur utrum horum sit melius.

Quod Patres spirituales eos qui accedunt ad confessionem peccatorum admoneant facere eleemosynas in redemptionem captivorum, confectionem olei sacri vel missæ celebrationem, aut alia similia, bonum est et a Patribus ita constitutum, et multam exinde habebit utilitatem: et quotiescumque aliquis excitat alium ad peragenda pro se opera di-

[14] Matth. III, 2; IV, 17; X, 7.

vina, sive jam paratum inveniat, sive non paratum impellat, multam illi conferet utilitatem, et ipse communicabit mercedi operarii. Nec oportet eos tantum qui peccaverunt ad eleemosynam et cætera opera misericordiæ et pietatis excitare, sed etiam fratrem qui non peccavit; fieri enim non potest ut quis non peccet. Attamen juste vivere potest homo, opera justitiæ exercens. Et justitia est ut Deo et fratri secundum quod docemur debita præstemus officia et charitatem. Amor erga Deum vult ut vivamus immaculati et irreprehensibiles, et ut ipsum precemur, et ejus canamus gloriam, et conveniamus ad templa ipsius sancta. Ad hæc etiam afferre ei debemus quod accepimus ab eo, ad ejus gloriam et honorem et nostram innocentiam, et ut sanctitatis et consecrationis divinæ possimus participes esse. Amori autem erga fratres includuntur non solum oblivio injuriarum ex animo, bona conversatio et vinculum pacis, et unitas conformitasque sermonum laudumque, quæ debemus præstare; sed hæc operibus oportet ostendere: escam tribuendo esurienti et sitienti potum, peregrino hospitium, nudo vestimentum, et infirmo consolationem, et in carcere detentis curam et sollicitudinem, ut docuit Salvator; qui illa opera exercentes benedictos vocat, eis in fine gratificaturus regnum cœlorum. Maxime ergo necessarium est, ut dictum est, fratres docere et exhortari ut opera bonitatis exerceant, eleemosynas et sacrificia offerant. His deinde qui contentionibus implicati sunt hæc sit agendi norma; ut reliqui ita exhortari satagant, ne contentiones iterum fiant, propter officia quæ Deo debentur et ne quis in peccatum labatur. Sed et pro parentibus et consanguineis et cæteris piis oportet omnes offerre sacrificia Deo, sicut et in honorem et memoriam sanctorum, quos invenire possimus mediatores salutis nostræ, et deinde cum ipsis communicare gloriam Christi. Pœnitentes insuper qui accedunt monere oportet ut ista faciant vero amore Dei. Quod præterea ad Patres spirituales attinet, hæc omnia non propter quæstum faciant, quæ Dei sunt intercipientes, in suam pessimam ruinam, et de quibus ratio erit reddenda. Offerentes autem idem faciunt ac illi qui projiciebant bona quæ habebant ante pedes apostolorum; cum partem ex eis retinent imitantur Ananiam cum Saphira et pejus agunt. Ille quidem ex propriis subtrahens, totum agri pretium attulisse se prædicabat et ante pedes sancti Petri exspiravit simul cum uxore, sacrilegii manifeste reus factus. Tale judicium sibi parant, ut et antea dixi, opinor, qui subtrahunt ea quæ Dei sunt ut exinde thesaurizent. Sed non dedignandum, neque denegandum, operarium quemlibet ad suam solam utilitatem fructum percipere. Sic enim docet Paulus, nobis gregem proponens laborantis coloni et pastoris fructum facientis; quamvis ipse Evangelium gratis prædicans et mercedem e cœlo sperans non uteretur hac facultate. Nam idcirco laborabat et opere suo

μὴ πρόθυμον διεγείρας; πολλὴν αὐτῷ προξενεῖ τὴν ὠφέλειαν, καὶ κοινωνὸς ἔσται τῷ ἐνεργοῦντι τοῦ μισθοῦ. Καὶ χρὴ οὐ μόνον ἡμαρτηκότας πρὸς ἔλεον καὶ τὰ λοιπὰ διεγείρειν, ἀλλὰ καὶ τὸν μὴ πλημμελήσαντα ἀδελφὸν, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον μὴ ἁμαρτῆσαί τινα. Ὅμως εἰ καὶ δικαίως βιῶν ἐστί τις, καὶ τούτου δίκαιος ἔσται, ἐκ τοῦ τὰ ἔργα τῆς δικαιοσύνης ποιεῖν. Δικαιοσύνη δὲ ἀπονέμειν τῷ Θεῷ καὶ τῷ ἀδελφῷ καθὰ διδασκόμεθα τὰ τῆς ὀφειλῆς καὶ ἀγάπης. Ἀγάπη δὲ εἰς Θεὸν καὶ τὸ καθαρεύειν μὲν καὶ προσεύχεσθαι καὶ ἀνυμνεῖν αὐτὸν καὶ δοξολογεῖν, καὶ προστρέχειν αὐτοῦ τοῖς θείοις ναοῖς. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὸ προσάγειν αὐτῷ ἐξ ὧν λαμβάνομεν παρ' αὐτοῦ, εἰς δόξαν αὐτοῦ καὶ τιμὴν καὶ ἡμετέραν κάθαρσιν, καὶ τοῦ θείου ἁγιασμοῦ μετοχήν. Καὶ ἐν τοῖς ἀδελφοῖς δὲ οὐ μόνον διὰ τῆς ἀμνησικάκου γνώμης καὶ καλῆς διαθέσεως καὶ τρόπου εἰρηνικοῦ, καὶ συνεργίας τῆς διὰ λόγων καὶ ἐπαίνων καὶ ἐγκωμίων, ἀπονέμειν τὸ ὀφειλόμενον, ἀλλὰ καὶ δι' ἔργων τοῦτο δεικνύναι, ἐν τῷ τρέφειν πεινῶντα, καὶ ποτίζειν διψῶντα, καὶ ξένον συνάγειν, καὶ γυμνὸν περιβάλλειν, καὶ ἀσθενῆ ἐπισκέπτεσθαι, καὶ τῶν ἐν φυλακῇ προνοεῖσθαι, ὡς ἐδίδαξεν ὁ Σωτὴρ, δι' ὧν καὶ εὐλογημένους καλεῖ τοὺς τὰ τοιαῦτα δρῶντας, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῖς χαρίζεται. Ἀναγκαιότατον οὖν, ὡς εἴρηται, τὸ ἀγαθοεργεῖν ἐκδιδάσκειν, καὶ ἐλεημοσύνας καὶ θυσίας ἱερὰς ἐκτελεῖν τοὺς ἀδελφούς. Καὶ τοῖς ἐγκλήμασι μὲν ὑποκειμένοις ὡς κανόνα τοῦτο διδόναι χρὴ, τοὺς λοιποὺς δὲ τοῦτο παραινεῖν ποιεῖν καὶ μὴ ἀνεχομένους ἐγκλήμασι, διά τε τὴν πρὸς Θεὸν ὀφειλὴν, καὶ τὸ μὴ ἀναμάρτητόν τινα εἶναί. Καὶ ὑπὲρ γονέων δὲ καὶ συγγενῶν καὶ λοιπῶν ἄλλων εὐσεβῶν ὀφείλειν προσφέρειν Θεῷ πάντας, καὶ ὑπὲρ τιμῆς καὶ μνήμης ἁγίων, ὡς ἂν μεσίτας ἐκείσε εὕροιμεν καὶ συγκοινωνοὺς τῆς δόξης Χριστοῦ. Καὶ ταῦτα μὲν διδάσκειν τοὺς προσιόντας θεοφιλῶς ἐνεργεῖν· οὐ μὴν δὲ τοὺς πνευματικοὺς Πατέρας ἐπὶ κέρδει τούτο ποιεῖν, τὰ τοῦ Θεοῦ νοσφιζομένους· ζημία γὰρ αὐτοῖς ἡ μεγίστη, καὶ λόγον ἀπαιτηθήσονται. Καὶ οἱ μὲν διδόντες ἐκεῖνο ποιοῦσι τὸ τῶν ῥιπτόντων τὰ ὑπάρχοντα παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων· οἱ δέ γε παρακρατοῦντες, ὅπερ σὺν τῇ Σαπφείρᾳ ὁ Ἀνανίας, καὶ χεῖρον· ἐπεὶ ἐκεῖνος ἐκ τῶν ἰδίων ἐνοσφίσατο. Οὗτος γὰρ ὁ Ἀνανίας ἐπαγγειλάμενος ἅπαν δοῦναι τὸ τοῦ κτήματος τίμημα, καὶ νοσφισάμενος ἐξ αὐτοῦ, παρὰ τοὺς πόδας τοῦ θείου τέθνηκε Πέτρου σύναμα τῇ γυναικὶ, ἱερόσυλος ἐκφανθείς, οὗ τὸ κατάκριμα οἶμαι, ὡς καὶ προέφην, λαμβάνειν εἰς ἑαυτοὺς, τοὺς παρακρατοῦντας τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ **361** ἐξ αὐτῶν θησαυρίζοντας. Τὴν χρείαν δέ γε μόνην λαμβάνειν ὡς κοπιῶντά τινα, οὐκ ἀπόβλητον. Καὶ Παῦλος τοῦτό φησιν, ἀπὸ τοῦ κοπιῶντος γεωργοῦ καὶ τοῦ ποιμαίνοντος ποίμνην παριστῶν ἡμῖν, εἰ καὶ αὐτὸς ἀδάπανον ἐτίθη τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ τοὺς μισθοὺς ἐλπίζων ἐξ οὐρανοῦ οὐκ ἐχρήσατο ταύτῃ τῇ ἐξουσίᾳ. Διὸ καὶ κοπιῶν ἦν καὶ ἐργαζόμενος ταῖς χερσί. « Καὶ ταῖς χρείαις μου, φησὶ, καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ, ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται. »

Διὸ ὁ τῶν ψυχῶν οἰκονόμος ὀφείλει σχεδὸν μηδενὸς A
ἅπτεσθαι τῶν προσφερομένων, εἰ δυνατὸν, ἵνα μὴ
ἀνάγκην ἔχῃ ἀναστρέφειν ἀλλοτρίας ἀκάνθας· εἰ δέ γε
χρεία τροφῆς ἢ ἐνδύματος, μὴ τὸ περιττὸν, ἀλλὰ τὸ
πρὸς χρείαν μόνον ποιείτω, καὶ τὰς εὐχὰς ἀποδι-
δότω, καὶ τὰς θυσίας ἐκτελείτω ὑπὲρ τοῦ προσε-
νέγκαντος τῷ Θεῷ, μεμνημένος καὶ τῶν πενήτων, καὶ
ὅτι οὐκ αὐτὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτεροι τῆς χρείας
ἀνάγκην ἔχουσιν. Εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης ὁ τὰ τῶν μετα-
νοούντων δεχόμενος, ἀσφαλιζέσθω πλέον· ὅτι διὰ
τῆς ἱερωσύνης τὰ τῆς σωτηρίας τοῖς ἀνθρώποις
ἐνεργεῖται, καὶ διὰ τῆς ἱερᾶς δὲ θυσίας καὶ εὐχε-
λαίου καὶ τῶν λοιπῶν τελετῶν ἡ ἄφεσίς τε καὶ κά-
θαρσις δίδοται, καὶ ἡ μετάδοσις τοῦ ἁγιασμοῦ, καὶ
μᾶλλον τῆς χρείας ἔχουσι κοινωνίας ἡ μετὰ Χριστοῦ B
ἕνωσις. Διὸ εἴ πάθει τις οἰκείῳ, ἢ ὡς διαφθονούμε-
νος ἱερεῖ, ἢ ὡς παρακερδαίνειν αὐτὸς βουλόμενος,
κωλύει μὲν ἱερεῦσι διδόναι, ἢ τὴν φρικτὴν θυσίαν
ἢ τὰ τοῦ εὐχελαίου γενέσθαι ὑπέρ τινος, προφασίζε-
ται δὲ τὴν ἐλεημοσύνην, καὶ τοῦτο κρεῖσσον εἶναι
πάντων φησὶ, καὶ ἀποστερεῖ τινα τῶν πιστῶν τῆς ἀπὸ
τοῦ ἁγίου ἐλαίου καὶ τῶν εὐχῶν καθάρσεως, καὶ τοῦ
θείου ἀπὸ τῆς κοινωνίας ἢ ἱερουργίας ἁγιασμοῦ, αὐτὸς
τὸν περὶ τούτου λόγον μᾶλλον ἀπαιτηθήσεται. Πλὴν καὶ
ἕκαστον τῶν ἁμαρτημάτων τὸ οἰκεῖον ἕξει καὶ ἀνάλο-
γον ἐπιτίμιον, καὶ οὐ πάντα δι' ἑνὸς ἔσονται συγ-
χωρούμενα· ἀλλ' εἰ μὲν φόνος εἴη τὸ ἔγκλημα, μετὰ
τὸν κανόνα τῆς Ἐκκλησίας καὶ αἰχμαλώτου λύτρον
ὑπὲρ τοῦ ἡμαρτηκότος καὶ τοῦ τεθνηκότος εἰ πε-
ρουσίαν ὁ φονεύσας ἔχει, γινέσθω ψυχὴ ἀντὶ τῆς C
ψυχῆς· εἰ δέ γε ἐμβρύου ἀποβολὴ, δι' ἀναδοχῆς καὶ
ἀνατροφῆς πτωχοῦ νηπίου ἡ ἰατρεία ἔστω. Εἰ δὲ
πορνεία ἢ μοιχεία ἢ τις ἀκαθαρσία, δι' ἀποχῆς πρῶ-
τον μὲν τοῦ πταίσματος καὶ τῆς ἁμαρτίας, ἔπειτα
δὲ διὰ τῆς κατὰ δύναμιν κακοπαθείας τῆς σαρκός· ὅτι
καὶ τρυφῆς καὶ σαρκὸς ἡδονῆς τὸ ἁμάρτημα. Καὶ ὡς
τῇ Εὔᾳ λύπαι ἀντὶ τῆς ἡδονῆς, καὶ τῷ Ἀδὰμ ἱδρῶτες
καὶ ἄκανθαι, ὁμοίως στένωσις σαρκὸς εἰς ταπείνω-
σιν αὐτῆς τε καὶ ἰατρείαν ἔσται τῷ διὰ φιληδονίας
πεσόντι. Εἰ δ' οὐ προαίρεσις οὐδὲ ἰσχὺς, δι' ἐλεημο-
σύνης ἰατρευθήτω ἢ ἐγκρατείας ἢ λυτρώσεως αἰχ-
μαλώτου, εἰ εὐπορία τῷ ἡμαρτηκότι ἐστίν· εἰ δὲ
ἀδικίας ἔργα συνέβη, διὰ τῆς ἀποδόσεως τοῦ λη-
φθέντος ἔσται τῆς ἁμαρτίας ἀπαλλαγή. Ἐλεημοσύνη
δὲ κατὰ τὸν Ζακχαῖον κάθαρσις ἔστω τοῦ τῆς ἀδι- D
κίας καὶ ἁρπαγῆς ἐγκλήματος. Εἰ δὲ βλασφημία ἢ
ἄρνησίς τινι γέγονε, διὰ προσευχῆς συνεχοῦς, ἵνα
τὴν βλασφημίαν ἐξέλῃ, καὶ δακρύων, ἵν' ἐκπλυνθῇ,
καὶ ἐλεημοσύνης ἵν' ἐλέους ἐπιτύχῃ ἀθετήσας τὸν
ποιητὴν, καὶ ἐγκρατείας διὰ τὰς κρεωφαγίας καὶ τὰς
ἀκαθάρτους ἄλλας τροφάς. Ἐπιορκία δὲ εἰ συμβαίη,
ἢ διαβολή τινος πρὸς ἕτερον, ἢ προδοσία πρός ἄρ-
χοντα πταίσαντος ἢ μὴ πταίσαντος, διὰ τῶν ὁμοίων
τῆς βλασφημίας διορθωθήσεται ὁ πεσὼν, καὶ τοῦ
ἀπαλλάξαι τὸν ἄνθρωπον τοῦ κακοῦ. Ἐνέχεται γὰρ
τοῦτο πρῶτον ποιῆσαι, εἰ δύναται, ὡς καὶ τὴν ἀδι-
κίαν πρῶτον ἀποδοῦναι ὁ ἀδικήσας ἢ κλέψας, εἴτε

victum quærebat, ut testatur : « Ad ea quæ mihi opus erant, et his qui mecum sunt ministraverunt manus istæ [15]. » Quare moderator animarum nihil prope ab oblatis desumere debet, si fieri potest, nisi forte necesse habeat alienis difficultatibus obvenire, aut opus habeat in victum et in vestimentum, non splendide quidem impendere, sed tantum prout necesse habet, et fundat preces, et sacrificia Deo adimpleat pro offerente, pauperum recordatus; non enim ipse solus, sed adhuc cæteri jus habent in tales fructus. Et si privatus aliquis a pœnitentibus recipiat, caveat magis, quia per sacerdotium salus hominibus provenit, et quia per divinum sacrificium, per sacrum oleum et per cæteras sanctas cæremonias venia conceditur et innocentia restauratur, et participatio sanctificationis Dei, et maxime unio cum Christo per fructus communionis. Quare si acciderit alicui ut vel invidia erga sacerdotem, vel spe proprii commodi et lucri, prohibeat oblationes fieri sacerdotibus, vel offerri sacrificium tremendum, vel confici oleum sacrum pro aliquo, eleemosynam vero prætendat, quasi sit hæc omnium bonorum maximum, et ita aliquem fidelium arceat a comparanda innocentia quæ ex sacro oleo obtinetur, vel a divina benedictione quæ ex communione aut sacrificio percipitur, ille maxime hujus criminis rationem reddere debebit. Interea vero caveatur insuper singulis peccatis suam propriam deberi multam, nec omnia eodem modo expianda esse et remittenda. Si ergo agatur de homicidii reatu, secundum Ecclesiæ canones, si occidenti fuerit fortunæ copia, pro se et pro occiso expiaturus solvet pretium unius captivi, et sic erit anima pro anima. Si fuerit abortivus, remissionem mereatur alendo et educando pauperem aliquem infantem. Si de fornicatione agatur, vel adulterio, vel alia quavis impuritate, remissio fiet primo per cessationem culpæ et peccati : deinde carnem pro posse castigando, quia peccatum fuit in mollitie et voluptate carnis. Et sicut Evæ dolores pro voluptate, et Adamo sudores et tribulos et spinas minatus est Deus, ita repressio carnis sit in ejus humiliationem et sanationem illi qui concupiscentia carnis peccavit. Si vero nec vitæ genus, nec infirmitas obstet, pœnitentiam faciet per eleemosynam, abstinentiam aut redemptionem captivi. Si vero opes injustitia partæ sint alicui, restitutione ablati peccati venia impetrabitur, ut Zachæi monemur exemplo, qui eleemosyna redemit injustitiæ et avaritiæ reatum. Si autem peccatum blasphemiæ vel Dei negationis alicui acciderit, assiduis vacet orationibus, ut misericordiam pro blasphemia obtineat, et jugibus lacrymis eam abluat, et eleemosyna, ut misereat Deum miseri hujus, qui antea Creatorem spreverat, et denique abstinentia ab esu carnium vel ab aliis quoquomodo impuris. Si crimen perjurii incurrerit, vel calumniæ alicujus contra proximum, vel proditionis

[15] Act. xx, 34.

viri principis, similibus castigabitur remediis ac reus blasphemiæ, modo avertat se homo a peccato. Quod primum pro posse studebit agere, sicut et primum oportet ut ablatum reddat injuste retinens vel latro vel ille qui aliquid invenit alterius, maxime si jussus fuerit; et nulla fiet remissio nisi reddatur possessori injuste spoliato, vel illi qui perdidit, vel eorum filiis, vel erogetur pauperibus fratribus arbitrio Patris spiritualis; denique in cæteris omnibus agendum est ut canones Ecclesiæ præscribunt. Ideo oportet ut animarum præpositus eos probe noscat, et eos ad apicem exsequatur, nec absolvat inopportune, laxiori scilicet misericordia, quæ perdit, dum non cavet ut impensissima cura innocentiam inquirat, ne in desperationem incidat. Omnia in perfecta mensura sunt facienda : perfecta autem mensura sanctorum, per quos in nos ut donum descendit; et in nobis erit, dummodo eorum exempla sequi nitamur. Erit ergo judicio sanctorum indulgentiæ ratio erga eos qui industriam diligenter afferent, et fervide pœnitentes longe a malo discedent, judicem sic propitiatum habentes, intro accipient mercedem ad mensuram fervoris et pœnitentiæ de bono promisso. Uno verbo in omnibus viventium peccatis præcipuum opus et efficacius est captivorum redemptio, ad typum erectionis animæ ab impietate et a servitute peccati, quod est a morte redemptio, primum inter maxima opera, et operit multitudinem peccatorum, ut scriptum est [1]. Deinde si minus copiosæ peccanti fuerint opes, eleemosyna, in cujus operibus præcipuum locum obtinet orphani derelicti et indigentis soli citudo : et deinde infirmorum et in carcere detentorum cura et consolatio. Postquam autem peccator a peccatis fuerit evectus, et digne pœnitentiam egerit, sacrum offeratur sacrificium; in condemnationem enim esset ei qui peccavit participatio sacræ oblationis : et sicut qui communicat indigne judicium sibi manducat et bibit, juxta verba Pauli, ita condemnabitur qui offert indigne, festa Dei vel sanctorum ejus celebrans quin deseruerit peccatum et resipuerit. Sacrum autem oleum inter septem sacramenta utilissimum ut ad sanctificationem, pro infirmis, ut traditum est nobis, et pro omni fideli qui accedit ad celebranda tremenda mysteria, maxime cum peccatis cumulatus, canones pœnitentiæ adimplevit, remissionem a Patre accepit et ad communionem properat : purgat enim peccata consecratio et unctio sancti olei, ut scribit frater Domini apostolus, et ad hoc concurrunt orationes sacerdotum. Mortuis vero maxime proficuum est ante omnia sacrificium altaris, cætera autem secundaria, quia post mortem homo cessat a peccatis, et Christo communicat per sacrificium, atque omni gaudio et gratia cœlesti repletur et ab omni dolore sedimitur divina misericordia. Ante omnia ergo pro eo offeratur sacrificium; si deinde ei sit copia fur-

τί τινος εὑρηκὼς, καὶ μᾶλλον εἰ καὶ ἐντολὴ γέγονε· καὶ οὐδὲν ἔσται τὸ λύσον, εἰ μὴ ἡ τῷ ἀδικηθέντι, ἢ τῷ ἀπολέσαντι ἀποδῷ, ἢ τοῖς τέκνοις αὐτοῦ, ἢ τοῖς πένησιν ἀδελφοῖς διακρίσει πνευματικοῦ Πατρός· καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς πᾶσι ποιεῖν, ὡς οἱ κανόνες διακελεύονται. Διὸ χρὴ τὸν οἰκονομοῦντα ψυχὰς τούτους εἰδέναι, καὶ κατὰ τὸν ὅρον ποιεῖν, καὶ μήτε ἀφιέναι ἀκαίρως, συμπαθῶς δῆθεν, ὅτι ἀπόλλυσι, μήθ' ὑπερβαίνειν **362** ὡς δῆθεν ἐξακριβαύμενον καὶ καθαρὸν ὄντα, ἵνα μὴ παραπέμψῃ τῇ ἀπογνώσει· ἐν ἀρίστῳ δὲ μέτρῳ πάντα ποιεῖν· ἄριστον δὲ τὸ τῶν ἁγίων· ὅτι καὶ δι' αὐτῶν εἰς ἡμᾶς ἡ δωρεά· καὶ ἔσται ἐν ἡμῖν, εἰ τὰ ἐκείνων τηρεῖν σπουδάζομεν. Ἔσται δὲ κατ' αὐτοὺς καὶ συγκαταβάσεως τρόπος τοῖς προθυμίαν ἐνδεικνυμένοις καὶ μετανοοῦσι θερμῶς καὶ τοῦ κακοῦ ἀφισταμένοις, οἳ καὶ τὸν κριτὴν ἱλεοῦνται, καὶ μεταδοῦναι τούτοις καὶ ἔνδον τοῦ ὡρισμένου τοῦ ἀγαθοῦ διὰ τὸ θερμὸν καὶ τὴν μετάνοιαν, ἀγαθόν. Ἁπλῶς δὲ ἐν τοῖς τῶν ζώντων ἁμαρτήμασι πᾶσιν ἡ τῶν αἰχμαλώτων ἀνάῤῥυσις προτιμοτέρα τῶν ἄλλων ἔργων· ὅτι πρῶτον παντὸς ἔργου τὸ ψυχὴν ἐξαγαγεῖν ἀπὸ ἀσεβείας τε καὶ δουλείας· ὃ ἐστιν ἐκ θανάτου ἐξαγαγεῖν· καὶ τοῦτο καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν, ὡς γέγραπται. Ἔπειτα ἐλεημοσύνη εἰ μὴ ἱκανὸς βίος εἴη τῷ ἁμαρτήσαντι· ἐν ταύτῃ δὲ ὀρφανοῦ πρόνοια ἀπορουμένου τε καὶ πτωχοῦ, προτιμηθήσεται μᾶλλον· εἶτα ἀσθενούντων καὶ τῶν ἐν φυλακαῖς καὶ τῶν λοιπῶν ἐπιμέλεια. Τὰ τῶν λειτουργιῶν δὲ γινέσθω μετὰ τὸ στῆναι τὸν παίσαντα τῆς ἁμαρτίας, καὶ μετανοεῖν γνησίως· εἰς κατάκριμα γὰρ ἔσται προσφερομένη μερὶς ὑπὲρ ἐνεργοῦντος τὴν ἁμαρτίαν· καὶ ὥσπερ ὁ κοινωνῶν ἀναξίως εἰς κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, φησὶν ὁ Παῦλος, οὕτω κατάκριμα ἕξει καὶ ὁ προσφέρων ἀναξίως, ἐν τῷ μὴ ἀφίστασθαι τῆς ἁμαρτίας, ἢ καὶ ἑορτὴν ποιεῖν τῷ Θεῷ ἢ τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. Τὸ δέ γε εὐχέλαιον ἀναγκαιότατον ὡς ἱερὰ τελετὴ καὶ τῶν ἑπτὰ μυστηρίων ὑπέρ τε ἀῤῥωστούντων, ὡς παρελάβομεν, καὶ ὑπὲρ πιστοῦ παντὸς βουλομένου προσελθεῖν τοῖς φρικτοῖς μυστηρίοις, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ παντὸς περιπεπτωκότος ἁμαρτήμασι, καὶ τὸν κανόνα τῆς μετανοίας τετελεκότος, καὶ πρὸς τὸ κοινωνῆσαι σπεύδοντος, ἔνδοσιν παρὰ τοῦ Πατρὸς εἰληφότος· ἄφεσιν γὰρ ἡ τοῦ ἁγίου ἐλαίου ἱερὰ τελετή τε καὶ χρίσις τὰ ἁμαρτήματα, ὡς ὁ Ἀδελφόθεος γράφει· καὶ αἱ εὐχαὶ πρὸς τοῦτο συντελοῦσι τῶν ἱερέων. Τοῖς δὲ κεκοιμημένοις λυσιτελεστάτη πρὸ παντὸς ἡ ἱερουργία· τὰ δὲ λοιπὰ δεύτερα· ὅτι πέπαυται μὲν ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ ἁμαρτίας ἀποθανὼν, κοινωνεῖ δὲ διὰ τῆς θυσίας Χριστῷ καὶ εὐφροσύνης θείας καὶ χάριτος ἐκπληροῦται, καὶ πάσης ἐκλυτροῦται ὀδύνης θείῳ ἐλέει. Πρὸ πάντων οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ τὰ τῆς ἱερουργίας τελείσθω· ἔπειτα εἰ βίος ἐστὶν αὐτῷ, γινέσθω καὶ λύτρωσις αἰχμαλώτων, καὶ ἐλεημοσύναι τοῖς πένησι, καὶ οἰκοδομαὶ θείων οἴκων, καὶ λοιπὰ ἕτερα πρὸς σωτηρίαν αὐτοῦ συντείνοντα.

[1] Prov. x, 12.

tunæ, procuretur redemptio captivorum, et eleemosynæ pauperibus erogentur, et domus Dei ædificentur et omnia cætera fiant quæ ad salutem ejus conferre possunt.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟΓ'.

Ὀφείλουσιν οἱ πνευματικοὶ Πατέρες ἀπαιτεῖν τὰ τῆς ἐλεημοσύνης, ὥστε αὐτοὶ διδόναι; καὶ εἰ λαμβάνοντες παρανατέχουσι, τί ἐκ τούτου;

Ὁ πνευματικὸς Πατὴρ οὐκ αὐτὸς ὀφείλει ζητεῖν τὰ διδόμενα εἰς ἐλεημοσύνην λαμβάνειν, ἵνα μὴ καὶ μῶμον ἑαυτῷ καὶ σκάνδαλον τοῖς ἀδελφοῖς προξενήσῃ, ἀλλ' εἴ γε θέλει καὶ σωτηριωδῶς ἐνεργεῖν καὶ ἐπωφελῶς τοῖς προσερχομένοις, προτρεπέτω μόνον καὶ κανονιζέτω ποιεῖν· αὐτὸς δὲ μηδὲν λαμβανέτω· ὡς παρὰ πλείστων ἁγίων τοῦτο σπουδαζόντων τὸ μὴ λαμβάνειν ἐμάθομεν. Τοῦτο δὲ καὶ Παῦλος ἐποίει, μηδένα βαρύνων, μηδὲ λαμβάνων, εἰ καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις πενήτων ἀδελφῶν παρεκίνει τε καὶ ἀπέστελλεν. Ἀναγκαζόμενος δέ τις λαβεῖν ἀπὸ πίστεως τοῦ διδόντος, πάλιν εἰς πληροφορίαν τούτου, μετὰ καὶ γνώσεως αὐτοῦ καὶ εἰδήσεως τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ ποιείτω, ἵνα μὴ διχόνοιαν ἔχῃ. Εἰ οὖν ἱερεύς, λαμβάνετω καὶ αὐτὸς ὡς ἱερεύς· καὶ ἑτέρους δὲ προσκαλείσθω, καὶ μὴ τοὺς φίλους, ἀλλὰ τοὺς ἐνδεῶς ἔχοντας μᾶλλον, καὶ τοὺς εὐλαβεστέρους. Εἰ δὲ τυχὸν ἰδιώτης, μηδὲν ἀπὸ τῶν χάριν λειτουργιῶν διδομένων λαμβανέτω· ὅτι ἱερέων ταῦτα, καὶ ἱερεῦσι διανεμέτω. Ἀπὸ δὲ τῶν διδομένων μοῖραν χάριν ἐλέους ἐχέτω καὶ αὐτὸς κοπιῶν τὰ τῆς χρείας μεταδιδοὺς καὶ τοῖς πένησιν.

363 ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟΔ'.

Ὁ ἱερεὺς λειτουργίας δεχόμενος καὶ μὴ λειτουργῶν, τί προξενεῖ τῷ διδόντι; καὶ εἰ ἐν τούτῳ ἐνέχεται.

Ὁ λαβὼν χάριν λειτουργίας, καὶ μὴ ποιήσας, ἐνέχεται καὶ διὰ τὸ μὴ ποιῆσαι, καὶ διὰ τὸ ἀποστερῆσαι τοῦ ἁγιασμοῦ τὸν προσενεγκόντα. Οὐ γὰρ λειτουργίας λαμβάνει ἁγιασμὸν, ἀλλ' ἴσως ἐλεημοσύνης μισθόν· καὶ οὐ τοσοῦτον, οἷον εἰ δέδωκε πένητι. Διὸ πᾶς ὁ λαβὼν λειτουργείτω, ἵνα μὴ καὶ ὡς ἀδικῶν, καὶ ὡς κλέπτων, καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀποστερῶν τοῦ ἁγιασμοῦ, κατακριθείη παρὰ Θεοῦ.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟΕ'.

Ποία κρείττων ἐλεημοσύνη ἐστίν;

Ὁ βουλόμενος ποιεῖν ἐλεημοσύνην, εἰ δύναται πρὸ πάντων ὑπὲρ ἐλευθερίας, ὡς ἔφημεν, ποιείτω τῶν αἰχμαλώτων, καὶ μάλιστα νηπίων καὶ παίδων κινδυνευόντων κατὰ ψυχήν· εἶτα ὑπέρ τε ἱερέων αἰχμαλώτων καὶ γηραιῶν καὶ λοιπῶν. Δεύτερον δὲ διδότω ἀσθενέσι λελωβημένοις τε καὶ λοιποῖς τοῖς καὶ πολλῆς βοηθείας δεομένοις. Σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ τοῖς διὰ Θεὸν ἐναποκλείστοις τῶν μοναχῶν, ὡς οἱ Πατέρες φασὶν, ἕνεκεν Θεοῦ δοῦλοι οὗτοι, καὶ ἔργον ἐνεργοῦσιν ἀγγέλων, καὶ διὰ Θεὸν εἰσιν ἐναπόκλειστοι, καὶ εἴ γε ζῶσι κατὰ Θεὸν, ἐν αὐτοῖς πᾶσαι πληροῦνται αἱ ἐντολαί· ἔπειτα τοῖς ἐν φυλακῇ καὶ χήραις, καὶ λοιποῖς ἄλλοις, μὴ ἔθος ἔχουσι τῆς οἰκίας ἐξελθεῖν· καὶ τελευταῖον τοῖς λοιποῖς ἅπασι πτωχοῖς. Καὶ ἡ τῶν

QUÆSTIO LXXIII.

Num debeant Patres confessionarii eleemosynas postulare, ut ipsi eas distribuant? atque si accipiant habeantque, quid illis agendum?

Spiritualis Pater non debet ipse postulare dona quæ in eleemosynam præstanda sunt, ne confusionem et vituperium incurrat, dum fratribus scandalum affert; sed si ipsi cura sit pro salute sua et pro accedentium utilitate agere, hortetur solum ut faciant, et regulam faciendi tradat; ipse autem minime aliquid accipiat: ita docemur a multis sanctis quibus summa fuit cura ut non acciperent. Ita faciebat Paulus, neminem premens, et nihil pro se accipiens, quamvis enixe satageret eleemosynas pauperibus fratribus qui erant in Jerusalem colligere, quas fideliter mittebat. Si quis vero compulsus fuerit ab offerente fideli accipere, nihil hæsitet et vicissim pro tali munus suum adimpleat cum omni scientia et sedulitate, ne dissensio oriatur. Si fuerit sacerdos, accipiat et ipse ut sacerdos, deinde alios convocet, non amicos, sed egentes et sapientiores. Si vero forte fuerit privatus, nihil oblatorum propter sacrificii meritum accipiat sibi, quia hæc sacerdotum sunt: distribuat ergo sacerdotibus; sed ipse labore functus partem habeat propter misericordiam, et pauperibus quoque meminerit erogare.

QUÆSTIO LXXIV.

Sacerdos liturgiam celebrandam in se suscipiens si eam non celebret, quid prosit ei qui pro illa facienda donum obtulit, et num ad illam obeundam sit obligatus.

Qui accepit in gratiam sacrificii, si hoc non adimpleat, vere reus est quod non satisfecerit, et quod offerentem fructu et sanctificatione sacrificii privaverit. Non enim sacrificii meritum suscipiet, sed tantum pretium eleemosynæ, minus tamen quam si pauperi tribuerit. Quare omnis qui sic accipit celebret sacrificium, ne condemnetur a Deo ut injustus, ut fur, qui fratrem fructu sacro spoliavit.

QUÆSTIO LXXV.

Quodnam sit genus optimum eleemosynæ.

Qui eleemosynam facere in animo habuerit, ante omnia, ut diximus, faciat in libertatem captivorum, maxime infantium et puerorum qui in periculo sunt pro anima; deinde pro sacerdotibus captivis, pro senibus et cæteris omnibus. Postea injuriose tractatis egentibus eroget et cæteris quibus auxilio præstantiori opus est. Inter quos annumerandi sunt et monachi propter Deum reclusi, ut loquuntur Patres; sunt enim Dei servi, angelorum operibus occupati, reclusionem propter Deum eligentes; cumque secundum Deum vivant, in ipsis omnia adimplentur mandata; deinde carcere detentis et viduis tribuendum et cæteris, qui a domo discedere non solent; postremo miseris quibuscumque. Curam quoque

agat hospitum, maxime egentium, et copiosa fruetur mercede, ut Deus Salvator noster et judex docuit.

A

QUÆSTIO LXXVI.

Si quis habeat decem numismata, præstoque sint captivus unus et pauperes decem, cujnam ex his largietur?

Si decem numismatum pretio redimi possit captivus, potius in id sunt eroganda quam ad sublevandos decem vel plures pauperes qui non indigent, nisi alimentis ad victum, sed quibus spes inveniendi apud beneficos remanet. Si vero pauperes isti sint in extrema fame constituti cum periculo mortis, inter captivum et illos partienda eleemosyna. Prius enim præstanda sunt necessaria auxilia.

B

QUÆSTIO LXXVII.

Daturus eleemosynam num dabit ipse per se an per Patrem spiritualem?

Quod quis dare debet in eleemosynam nihil hæsitans et fide certa, melius est ut det per Patrem suum spiritualem, ne si dederit ipse vanæ gloriæ sit obnoxius, neve donet forte cum minori utilitate et fructu, et aliunde ut addat meritum agendo per obedientiam. Si autem hæsitaverit vel non habeat fidem in bonam Patris administrationem, ipse eleemosynas distribuat.

QUÆSTIO LXXVIII.

Quomodo blasphemanti in Spiritum sanctum neque in hoc, neque in futuro ævo peccatum remittitur? Numquid igitur etiam in futuro ævo est peccatorum remissio? an major est Spiritus sanctus Patre Filioque?

C

Ei qui blasphemat contra Spiritum sanctum non dimitti peccatum neque in præsenti sæculo neque in futuro, semper docuerunt: non quod in futuro sæculo unquam possit esse remissio, sed quod hic non remittitur neque illic remittetur: illudque maxime certum est quod illic non remittatur antequam hic fiat remissio. Itaque usque ad ultimum vitæ spiritum spatium est pœnitentiæ. Non vero propter hoc excellentior est Spiritus sanctus Patre vel Filio; sed similis utrique et consubstantialis potius ostenditur. Non enim hoc Salvator dixit nisi propter divinam qua signa faciebat potestatem, qua pariter dæmones ab hominibus ejiciebat, D quæ quidem potestas et auctoritas Patri et Filio et Spiritui sancto est communis, ita ut negatio Spiritus sancti in totam Trinitatem recidat, contra sic blasphemantes. Omnis ergo hæreticus in hoc cum aliis blasphemans donec manet in hæresi non habet remissionem. Enimvero dictum est: Blasphemanti in Filium hominis, remittetur illi [17], hoc est qui blasphemaverit in naturam humanam, per quam vere hunc esse hominem videre poterant Judæi, licet non possent cognoscere quod in eo majus erat; et de hoc eorum absolvebat peccatum, sicut orabat pro crucifigentibus. Sed cum quidam blasphemarent dicentes illum divina signa in Beelzebut fa-

[17] Luc. XII, 10.

ξενων δὲ θεραπεία καὶ μάλιστα ἐνδεῶν πολὺν παρέχεται τὸν μισθόν. Ὡς καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ὁ καὶ κριτὴς καὶ Θεὸς ἐδίδαξεν.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟϚ'.

Εἰ ἔχων τις νομίσματα δέκα, αἰχμάλωτος δ' ἐστὶ καὶ πέντες δέκα, τίνι δώσει ἐκ τούτων,

Εἰ δύναταί τις διὰ τῶν δέκα νομισμάτων αἰχμάλωτον ῥύσασθαι, κρεῖσσον δοῦναι ὑπὲρ αὐτοῦ ἢπερ εἰς δέκα ἢ καὶ πλείονας πτωχοὺς τοὺς διὰ τροφὴν αἰτοῦντας μόνον, εἴ γε ἐλπὶς ταύτην παρ' ἄλλων εὑρεῖν. Εἰ δὲ λιμοῦ κίνδυνος καὶ θανάτου, καὶ τῷ αἰχμαλώτῳ καὶ τοῖς πτωχοῖς μεριστέον. Τὰ γὰρ τῆς βίας ἀναγκαιότερα.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟΖ'.

Ὁ θέλων ἐλεημοσύνην ποιῆσαι δι' αὐτοῦ ποιήσει, ἢ διὰ πνευματικοῦ Πατρός;

Ὃ ὀφείλει τις δοῦναι εἰ πληροφορεῖται καὶ πίστιν ἔχει, μᾶλλον διδότω διὰ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, ἵνα μὴ κενοδοξήσῃ διδοὺς, ἢ μήποτε οὐκ εἰς ἀναγκαῖα καὶ ἐπωφελέστερα δώσῃ, καὶ ἵνα ποιῇ μεθ' ὑποταγῆς. Εἰ δ' οὐ πληροφορεῖται, οὐδ' ἔχει πίστιν ἀσφαλῆ πρὸς τὸν ἐξοικονομοῦντα, ἀφ' ἑαυτοῦ ποιείτω πλὴν μετὰ ἐρωτήσεως.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟΗ'.

Πῶς τῷ βλασφημήσαντι εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἀφίεται οὔτε νῦν οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι; Ἆρα καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ἄφεσις; ἢ μεῖζον τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ;

Τῷ βλασφημήσαντι εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἀφίεσθαι οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι τὸ διηνεκὲς ὑπεμφαίνει· οὐχ ὅτι ἔστιν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνί τις ἄφεσις, ἀλλ' ὅτι ὅπερ ἀσυγχώρητον ἐκ τῶν ὧδε, κἀκεῖσε ἔσται· καὶ μᾶλλον τοῦτο συνιστᾷ τὸ μὴ εἶναι ἐκεῖσε ἄφεσιν πρὸ τοῦ γενέσθαι ἐκ τῶν ἐντεῦθεν. Διὸ καὶ ἄχρι τελευταίας ἀναπνοῆς ἡ μετάνοια. Οὐχ ὑπερέχον δὲ διὰ τοῦτο τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ἀλλ' ἴσον καὶ ὁμοούσιον μᾶλλον δείκνυται. Οὐ γὰρ δι' ἄλλο τι λέλεκται τοῦτο τῷ Σωτῆρι ἢ διὰ τὴν θείαν 364 δύναμιν καὶ ἐνέργειαν, δι' ἧς ἐποίει τὰ σημεῖα, καὶ τὰ δαιμόνια τῶν ἀνθρώπων ἐδίωκεν· ἥτις δύναμις καὶ ἐνέργεια κοινή ἐστι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ὥστε ἡ ἀπόφασις αὕτη κατὰ τῶν βλασφημούντων εἰς τὴν Τριάδα ἐστί. Καὶ πᾶς αἱρετικὸς ἐκ τούτου μετὰ τῶν ἄλλων βλασφήμων ἐν τῇ αἱρέσει μένων, οὐκ ἔχει ἄφεσιν. Καὶ γὰρ τῷ μὲν βλασφημήσαντι, φησὶν, εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ, τουτέστιν εἰς τὸ ἀνθρώπινον, διὰ τὸ ὁρᾶν ἀληθῶς αὐτὸν μετὰ σαρκὸς ἄνθρωπον τότε τοὺς Ἰουδαίους, καὶ μὴ δύνασθαι νοεῖν ὑψηλότερον, καὶ τὴν περὶ τούτου ἧφιεν ἁμαρτίαν, ὡς καὶ ὑπὲρ τῶν σταυρωτῶν αὐτοῦ ηὔχετο. Τὸ δὲ τὰ θεῖα σημεῖα λέγειν αὐτόν τινας βλασφημοῦντας ἐν Βεελζεβοὺλ ποιεῖν, καὶ τὴν θείαν δύναμιν ἀθετεῖν, τοῦτο ἔλεγεν

ἀσυγχώρητον. Πλὴν τοῖς μὴ προσελθοῦσι τῇ πίστει ἀσυγχώρητον ἔσται μόνοις· πᾶς δὲ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται. Καὶ περὶ τούτου πολλοὶ φασι τῶν ἁγίων, καὶ Παῦλος ὁ πρώην βλάσφημος καὶ χριστοκήρυξ ὕστερον μαρτυρεῖ.

cere, et sic negarent ipsi potestatem Dei propriam : hoc dixit irremissibile ; illis tamen tantummodo qui fidei meritum abnuent ; nam omnis qui crediderit et baptizatus fuerit salvabitur. De hoc loquuntur plurimi sanctorum, et ipse Paulus primum blasphemator, deinde Christi prædicator, testatur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟΘ'.

Τί τὸ, « Ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἤνεσά σε· » καὶ τίνες αἱ ἑπτὰ αἰνέσεις εἰσί ;

Τὸ, « Ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἤνεσά σε, » τὸ πολλάκις δηλοῖ διαπαντὸς, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις ὁ αὐτὸς ψαλμῳδὸς προφήτης φησὶν, « Εὐλογήσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ. » Καὶ πάλιν, « Διαπαντὸς ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου. » Καὶ ὁ θεῖος δὲ Παῦλος, « Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε. » Ἐξαιρέτως δὲ ὁ μόνος Σωτὴρ οὕτω διδάσκει· « Γρηγορεῖτε οὖν ἐν παντὶ καιρῷ δεόμενοι. » Διατί ; Ἵνα ὦμεν ἐν μετὰ τοῦ Θεοῦ, ὅπερ ἔργον ἐστὶν ἀδιάλειπτον· ἡ προσευχὴ γὰρ ἐνοῖ τῷ Θεῷ· ὃ πάντων ἔργων ἐστὶ μέγιστον. Καὶ τί χρεῖττον τοῦ ὁμιλεῖν τῷ Θεῷ, καὶ εἶναι μετὰ Θεοῦ ; ὅπερ ἔργον ἀγγέλων ἐστὶν ἀδιάλειπτον. Ἐν τούτῳ οὖν καὶ ὡς ἄγγελοί ἐσμεν, καὶ λειτουργοὶ Θεοῦ, καὶ ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ καθαροὶ τὴν καρδίαν, καὶ Θεὸν ὁρῶντες, καὶ ὑμνῳδοὶ θεῖοι, καὶ τὴν ὀφειλὴν ἀποδιδόντες αὐτῷ. Ἐκ τούτου δὲ καὶ καθαιρόμενοι, καὶ λύσιν λαμβάνοντες τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ λυτρούμενοι ἐκ τοῦ πονηροῦ καὶ ἐκ παντὸς πειρασμοῦ, καὶ ἐκ πάντων τῶν ἐπερχομένων δεινῶν, καὶ ἄξιοι γινόμενοι τῆς αὐτοῦ παραστάσεως, καὶ τοῦ φωτισμοῦ αὐτοῦ καὶ τῆς βασιλείας καταξιούμενοι. Καὶ ἔτι τίς ἀριθμήσει, ἢ τίς δυνήσεται ἐξειπεῖν ὀξίως τὰ διὰ τῆς προσεύχῆς ἡμῖν χορηγούμενα ; δι' ἧς πᾶν ὃ αἰτοῦμεν λαμβάνομεν παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς αὐτὸς ἐπηγγείλατο. Καὶ σημεῖα δὲ καὶ τέρατα γέγονε δι' αὐτῆς καὶ γίνεται, καὶ σωτηρία πολλοῖς, καὶ ἰαμάτων δωρήματα, καὶ πᾶν ὅ τι τῶν ἀγαθῶν· καὶ οὐδὲν ἀγαθὸν χωρὶς ταύτης· καὶ πρὸ πάντων τοῦτο ἔργον τῆς Ἐκκλησίας, ὡς καὶ τῷ Σωτῆρι καὶ τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς Πατράσιν ἀνελλειπές. Πάντοτε μὲν οὖν τοῦτο τὸ ἔργον ἡμῖν ὡς δούλοις καὶ κτίσμασιν ἀναγκαῖον καὶ κεχρεωστημένον προσφέρειν τῷ Θεῷ, καὶ οὕτω λυσιτελέστατον· ὅμως δὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν καὶ τοῖς ὀλιγώρως ἔχουσι κατ' ἐμὲ καὶ καιροὶ εἰσι τεταγμένοι, οὓς καὶ ὁ Δαβὶδ ἐτήρει καὶ ἡ Ἐκκλησία τηρεῖ. Διὸ καὶ, « Μεσονύκτιον ἐξηγειρόμην, » φησί. Καὶ ἡμεῖς τὰ τοῦ μεσονυκτικοῦ σὺν ἐκείνῳ ψάλλομεν, καὶ τὸ, « Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω, » καὶ ἡμεῖς τὰ τοῦ ὄρθρου, καὶ τὸ, « Πρωῒ εἰσάκουσον τῆς φωνῆς μου, καὶ τὸ πρωῒ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψει με, » καὶ ἡμεῖς σὺν τούτῳ τὰ τῆς πρώτης ὥρας λέγομεν. « Καὶ ἑσπέρας καὶ πρωῒ καὶ μεσημβρίας διηγήσομαι καὶ ἀπαγγελῶ, καὶ εἰσακούσεταί τῆς φωνῆς μου, » καὶ ἡμεῖς τὰ τῶν ὡρῶν καὶ τοῦ ἑσπερινοῦ

QUÆSTIO LXXIX.

Quis sensus verborum, « Septies per diem te laudavi ; » et quænam sunt septem illæ laudationes ?

Illud : « Septies in die laudem dixi tibi [1], » significat pluries aut semper, ut alibi loquitur ipse propheticus Psaltes : « Benedicam Dominum in omni tempore [2] ; » et iterum ; « Semper laus ejus in ore meo [3]. » Et sanctus Paulus : « Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite [4]. » Excellentius ipse Salvator hoc docet : « Vigilate itaque omni tempore orantes [5]. » Quarenam ? Ut simus unum cum Deo, opere scilicet perpetuo fungentes. Oratione conjungimur Deo ; hoc est operum omnium maximum. Quid enim dignius quam Dei colloquio uti, et Deo adesse ? Hoc opus angelorum assiduum. Dum igitur tali operi vacamus sicut angeli sumus, et Dei ministri, et voluntatem ejus perficientes, immaculati corde, Dei spectatores, divini modulatores, ipsi Deo familiariter inservientes. Per orationem enim mundamur, et peccatorum remissionem accipimus ; a malo et ejus tentationibus omnibus liberamur, digni lumine et regno Dei habemur. Imo vero quis enumerare vel saltem dicere poterit quanta nobis per orationem proveniant bona ? Quæcumque enim a Deo postulamus accipimus per eum, ut ipse promisit. Per orationem miracula prodigiaque effecta sunt et quotidie fiunt, et multi salvantur ; fiunt curationum dona ; et si quid bonum omne ab ipsa, et sine illa nullum bonum. Denique hæc est ante omnia opus Ecclesiæ a quo nec Salvator, nec apostoli, nec Patres unquam recesserunt. Nobis igitur continua necessitate incumbit hoc opus, et cum simus servi Dei et creaturæ ut munus debitum nobis mandatur summe item proficuum ; propter autem infirmitatem simul, quantum ego judico, eis qui negligenter agunt statuta orationibus deducuntur tempora, quæ et servabat David et nunc quoque servat Ecclesia. Ideo dicebat David : « Media nocte surgebam [6], » et nos media nocte cum ipso psallimus ; et alibi : « Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo [7]. » Et nos diluculi habemus laudes. Ait iterum : « Mane exaudies vocem meam [8], » et : « Mane astabo tibi, et videbis me [9]. » Et nos cum eo horæ primæ dicimus orationes. Et ait, « Vespere et mane et meridie narrabo et annuntiabo ; et exaudiet vocem meam [10]. » Et nos cantamus Deo horas et canticum vespertinum. Ait porro : « Lavabo per singulas noctes lectum meum, et lacrymis meis stra-

[1-10] Psal. CXVIII, 164. [2] Psal. XXXIII, 2. [3] Ibid. [4] I Thess. v, 17, 18. [5] Luc. XXI, 36 [6] Psal. CXVIII, 62. [7] Psal. LXII, 1. [8] Psal. V, 4. [9] Ibid. 5. [10] Psal. LIV, 18.

tum meum rigabo [11.12]. » Nos quoque Domino post cœnam vicissim cantamus. Ille autem semper cantabat et orabat juxta illud : « Exaltabo te, Deus meus, rex, et benedicam nomen tuum in sæculum. » Et : « Per singulos dies benedicam tibi ; et laudabo nomen tuum in sæculum et in sæculum sæculi [13]. » Et : « Adhæsit anima mea post te [14]. » Etiam nos adunat et invitat dicens : « Laudate Dominum, omnes gentes, laudate eum, omnes populi [15]. » Nos quoque igitur in horis statutis Deum laudemus, et alacriter surgamus, et tota spiritus intelligentia eum cantemus, quia ipse est Dominus Deus noster, et ipse salvabit nos. Primo quidem septuplicem laudem in Ecclesia habemus ; mediæ noctis canticum et diluculi, cum prima hora, hora tertia, sexta, nona, et vespertinus post cœnam cantus. Hymnus autem mediæ noctis propter Salvatoris resurrectionem et secundum adventum, cum veniet ut sponsus gloria circumdatus. Dicit enim ipse : « Media nocte clamor factus est : Ecce sponsus venit, exite obviam ei [16]. » Hymnus diluculi in gratiarum actionem quod fugans tenebras nobis fecit lucem illucescere. Ideo statim post illum agitur laus horæ primæ, ut in principio diei ad Deum, canentes gloriam ejus accedamus. In tertia hora de Spiritus sancti effusione gratias cantantes agimus. Sexta hora crucifixionem Salvatoris recordamur qui in hac cruci affixus est, ut Adæ culpam evacuaret, quæ pariter hora sexta locum habuerat. Hora nona Domini nostri mortem canit vivificantem in cruce, per quam Adæ solvit condemnationem. Cantus vespertinus ad hoc promitur ut gratias Deo agamus, quod in diei finem pervenimus et ad honorandam Salvatoris sepulturam, quæ vespertinis horis adimpleta est. Et denique post cœnam iterum laudamus Deum, quia post laborem nobis advenit requies ; et ipsi consecramus initium noctis, postulantes ut tota labatur in pace, et ut in pace dormientes iterum surgamus et lucem videre possimus, atque omnia subtilius et divinius a nobis probe intelligentibus cognoscantur. Meminisse enim debemus somnum esse mortis imaginem, dum evigilatio nobis indicat illam post mortem futuram resurrectionem. Item noctis et diei successio nobis sperandum innuit post hanc umbris offusam impacatamque et curis exercitam vitam fore ut illucescat tandem illa sine occasu dies et tranquilla sine fine vita. Cætera autem similiter oportet intelligat qui Deum diligit, ut alibi nos pro viribus exposuimus juxta placita Patrum. Septuplex igitur Deo laus est dicenda ; sed præ illis omnibus suam unicam, propriam et altissimam ordinis rationem habet divina actio sanctæ mystagogiæ ; hæc enim proprium est opus et Domini et sacerdotum ejus, nec unquam adimpleri potest absque sacerdote vel altari. Hæc ergo quæ super mentem sunt donat, et eum qui digne participavit divina mysteria concorporalem efficit Christo, et ut

ὕμνου τῷ Θεῷ μελῳδοῦμεν· καὶ, Λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω, » καὶ ἡμεῖς τὰ τῶν ἀποδείπνων τῷ Κυρίῳ προσάδομεν. Καὶ πάντοτε μὲν ἐκεῖνος ὑμνεῖ καὶ εὔχεται κατὰ τὸ, « Ὑψώσω σε, ὁ Θεός μου, ὁ βασιλεύς μου, καὶ εὐλογήσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα· » καὶ, « Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε, καὶ αἰνέσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· » καὶ, « Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου. » Καὶ ἡμᾶς προσκαλεῖται λέγων, « Αἰνεῖτε τὸν **365** Κύριον, πάντα τὰ ἔθνη, ἐπαινέσατε αὐτόν, πάντες οἱ λαοί. » Ἡμεῖς δὲ κἂν ἐν ταῖς ἀποτεταγμέναις ὥραις τοῦτον αἰνέσωμεν, καὶ προθύμως στῶμεν, καὶ ὅλῃ διανοίᾳ αὐτὸν ἀνυμνήσωμεν· ὅτι αὐτὸς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ αὐτὸς σώσει ἡμᾶς. Τέως δὲ ἑπτὰ αἰνέσεις παρὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ εἰσὶ, μεσονυκτικὸν, ὄρθρος σὺν τῇ πρώτῃ ὥρᾳ, τρίτη ὥρα, ἕκτη, ἐννάτη, ἑσπερινὸς, καὶ ἀπόδειπνα. Καὶ μεσονυκτικὸς μὲν ὕμνος διὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασιν καὶ τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν, ὅτε ὡς νυμφίος μετὰ δόξης ἐλεύσεται. Καὶ γάρ φησιν αὐτὸς, « Μέσης δὲ νυκτὸς κραυγὴ γέγονεν· Ἰδοὺ ὁ νυμφίος ἔρχεται, ἐξέρχεσθε εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ· » ὁ τοῦ ὄρθρου δὲ δι' εὐχαριστίαν τοῦ λύειν τὸ σκότος, καὶ ἐγγίζειν ἡμῖν τὸ φῶς. Διὸ συναπτῶς τούτῳ καὶ ἡ τῆς πρώτης ὥρας λέγεται αἴνεσις, εἰς ἀπαρχὴν τῆς ἡμέρας, μετὰ δοξολογίας προσαγομένη Θεῷ. Ἐν δέ γε τῇ τρίτῃ ὥρᾳ διὰ τὴν ἐπιδημίαν τοῦ θείου Πνεύματος εὐχαριστοῦμεν καὶ βλέπομεν· ἐν τῇ ἕκτῃ δὲ διὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος σταύρωσιν, ἐν ταύτῃ τῇ ὥρᾳ σταυρωθέντος, ἐν ᾗ καὶ τὴν παράβασιν ἐξιάσατο τοῦ Ἀδάμ, ἐν αὐτῇ τῇ ἕκτῃ γεγονυῖαν. Ἡ ἐννάτη δὲ διὰ τὸν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ζωοποιὸν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν θάνατον, δι' οὗ ἔλυσε τὴν κατάκρισιν τοῦ Ἀδάμ. Ὁ ἑσπερινὸς δὲ, εὐχαριστία ὅτι πρὸς τὸ τέλος κατηντήσαμεν τῆς ἡμέρας· ἔτι δὲ καὶ διὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ταφήν· ἐν ἑσπέρᾳ γὰρ τέθαπται. Καὶ τὰ ἀπόδειπνα, ὅτι εἰς ἀνάπαυσιν κατηντήσαμεν ἐκ τοῦ κόπου, καὶ τὴν ἀπαρχὴν αὐτῷ τῆς νυκτὸς προσάγομεν, αἰτούμενοι πᾶσαν ἔχειν εἰρηνικὴν, καὶ ἵνα ἐν εἰρήνῃ ὑπνώσαντες ἀναστῶμεν, ἰδόντες πάλιν τὸ φῶς. Ἃ πάντα καὶ λεπτοτέρως καὶ θειοτέρως νοοῦνται τοῖς συνιοῦσι. Καὶ ἐκ μὲν τοῦ ὑπνώττειν καὶ ἐξεγείρεσθαι τὸν θάνατον ἔστιν ἐννοεῖν καὶ τὴν ἐκ τοῦ θανάτου μέλλουσαν ἐκείνην ἀνάστασιν· ἐκ τῆς νυκτὸς δὲ ἡμέραν τὴν ἐκ τοῦ σκοτεινοῦ τούτου καὶ ταραχώδους βίου πρὸς τὴν ἀνέσπερον ἐκείνην ἡμέραν καὶ ζωὴν μεταβίωσιν· καὶ τὰ λοιπὰ δὲ ὁμοίως χρὴ νοεῖν τὸν θεοφιλῆ, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις ἡμεῖς περὶ τούτου κατὰ δύναμιν ἡμετέραν εἰρήκαμεν, ἀπὸ τῶν Πατέρων λαβόντες. Καὶ ἡ μὲν ἑπτάκις αἴνεσις ἐν τούτοις· ἡ θεία δὲ τάξις τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας ἰδία παρὰ πάσας ταύτας ἐστὶν, ὡς ἔργον οὖσα ἴδιον τοῦ Κυρίου καὶ τῆς ἱερωσύνης αὐτοῦ, καὶ μὴ δυνατὸν τελεῖσθαι ταύτην χωρὶς ἱερέως ὅλως, ἢ θυσιαστηρίου. Αὕτη τοίνυν τὰ ὑπὲρ νοῦν δωρεῖται· καὶ τὸν μὲν κοινωνοῦντα τῶν μυστηρίων ἀξίως σύσσω-

[11.12] Psal. VI, 7. [13] Psal. CXLIV, 1, 2. [14] Psal. LXII, 9. [15] Psal. CXVI, 1. [16] Matth. XXV, 6.

μον ποιεῖται Χριστῷ, καὶ ἓν μέλος καθίστησι μετ' αὐτοῦ, καὶ ναὸν Κυρίου κατασκευάζει. Τοὺς μὴ κοινωνοῦντας δὲ δι' εὐλάβειαν, πίστει δὲ καὶ προθυμίᾳ παρισταμένους, τῶν ἁμαρτημάτων καθαίρει, ἀλλοιοῖ πρὸς τὰ κρείττονα, μετὰ τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν ἁγίων ἑνοῖ, ἁγιασμοῦ θείου πλήροι, καὶ ψυχὴν φωτίζει, καὶ λόγον, καὶ νοῦν, καὶ τὰ τοῦ σώματος αἰσθητήρια. Διὰ γὰρ τῆς ἱερουργίας τοῦ Κυριακοῦ σώματός τε καὶ αἵματος, Πνεύματος ἁγίου ἐπιδημοῦντος, καὶ τηλικαύτης ἀλλοιώσεως καὶ μεταβολῆς γινομένης, τοῦ κοινοῦ ἄρτου καὶ ποτηρίου εἰς σῶμα ἀληθῶς καὶ αἷμα μεταβαλλομένου Δεσποτικὸν, αὐτὸ ἀληθῶς καὶ οὐκ ἄλλο, εὐδοκίᾳ Πατρὸς, αὐτουργίᾳ Υἱοῦ, καὶ συνεργίᾳ τοῦ Πνεύματος. Τί οὐκ ἂν ἀγαθὸν χορηγηθείη τοῖς μετὰ πίστεως καὶ εὐλαβείας προσοχῆς τε καὶ προσευχῆς ἐκεῖσε παρισταμένοις; Οὐ γὰρ ἔτι εἰς γῆν εἰσιν οὗτοι, ἀλλ' εἰς οὐρανὸν ἀληθῶς. Οὕτω γὰρ ἠθέλησεν ὁ ἀγαθὸς ἁπάντων Δεσπότης καὶ τοῦ οὐρανοῦ βασιλεὺς, ἐπὶ τῆς γῆς καταβῆναι δι' ἡμᾶς, καὶ ἄνω ἡμᾶς ὑψῶσαι, καὶ πάντοτε εἶναι μεθ' ἡμῶν. Καὶ τὰ ξένα ταῦτα διὰ τῆς ἱερωσύνης ἐνεργεῖ πανταχοῦ παρὼν, καὶ διὰ πάντων αὐτοῦ τῶν ἱερέων φιλάγαθος ὢν, ὡς καὶ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ καὶ τὰς τῶν ἁγίων ψυχὰς λαμπρύνει τε καὶ ὑψοῖ, καὶ πάντας τοὺς αὐτοῦ ταπεινοὺς δούλους; ἡμᾶς εἰς τὸ κρεῖττον ἀλλοιοῖ καὶ συμπαθῶς κατοικτείρει καὶ φωτίζων καθαγιάζει. Προσερχώμεθα οὖν μετὰ πόθου καὶ εὐλαβείας διηνεκῶς **366** εἰ δυνατὸν ὑπὲρ πᾶσαν ἄλλην προσευχὴν καθ' ἑκάστην τῇ ἱερᾷ μυσταγωγίᾳ· ὅτι οὐδὲν ἐξ ἄλλου παντὶ πιστῷ ὡς ἐκ τούτου τὸ ὄφελος. Καὶ μηδὲ ἱερεύς τις τούτου κατημελείτω, ἵνα μὴ καὶ αὐτῷ καὶ παντὶ πιστῷ μεγίστην προξενῇ τὴν ζημίαν. Καὶ γὰρ ἵνα βλάβην καὶ ζημίαν καθ' ὑπερβολὴν ἔχωμεν, καὶ πάντοτε μὲν εἰς τὰς προσευχὰς ὁ πονηρὸς ῥᾳθύμους τε καὶ ἀκηδιῶντας τοὺς εὐσεβεῖς ἡμᾶς καὶ ὀρθοδόξους ἐργάζεται τοὐναντίον δὲ τοὺς ἀθέους καὶ αἱρετίζοντας εἰς τὰς μιαρὰς αὐτῶν προσευχὰς αὐτοὺς διεγείρει, ὡς ἂν ἐκεῖνοι μὲν διὰ τῶν ἐναγῶν προσευχῶν αὐτῶν, ὡς ἐπὶ πλέον βλασφημοῦντες καταχριθῶσι· θεομαχοῦσι γὰρ καὶ οὐκ εὔχονται· ἡμεῖς δὲ μὴ εὐχόμενοι τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν, τῆς αὐτοῦ χάριτος στερηθῶμεν. Διὸ καὶ πάντοτε μὲν ἡμᾶς σπεύδει κωλύειν τῆς προσευχῆς, μάλιστα δὲ κατὰ τὴν θείαν ἱερουργίαν. Καὶ ἐπιτίθεται βαρύτερον, καὶ τὴν θείαν θέλει κωλύειν λειτουργίαν. Καὶ ἡ ῥᾳθυμία ἢ εὐλόγοις δῆθεν αἰτίαις ἀπάγειν ταύτης ἐπιχειρεῖ· καὶ φαντασίαις δὲ νυκτεριναῖς τοὺς ἱερωμένους τε καὶ τοὺς βουλομένους μετέχειν τῶν μυστηρίων, ἐμποδίζειν οὐ παρεῖται, ὡς διὰ πολλῶν ἔγνωμεν, βασκαίνων τοῦ ἁγιασμοῦ καὶ τῆς δωρεᾶς, ταῖς τε ἱερωμένοις ὀρθοδόξοις ἡμῖν ἐν Χριστῷ καὶ τοῖς λαϊκοῖς, ἐκ τούτου μᾶλλον ὁ δείλαιος ἐλεγχόμενος καὶ καταισχυνόμενος, ὡς βάσκανος ὢν καὶ πονηρός. Καὶ ἔκων δὲ μαρτυρεῖ τὸ θεῖον τοῦ ἔργου, καὶ τὸ τῆς χάριτος μέγεθος. Οὐ γὰρ ἂν ἐκώλυε, μὴ μεγίστην νομίζων τὴν δωρεὰν, καὶ ὠφέλειαν. Ἀλλὰ προσεκτέον· καὶ τοῦτον μὲν συντρίψει Χριστὸς, τῇ ἐξομολογήσει δὲ καὶ ταπεινώσει ἐν μετα-

membrum unum illi coaptat, et templum Domino consecrat; eos etiam qui non communicant et qui erga illam in pietate zeloque radicati manent mundat a peccatis, mutat in melius, angelis et sanctis conjungit, sancta Dei gratia replet; animam, mentem et rationem illuminat etiam in corporis sensibus quasi repercussa vibratione. Etenim per oblationem corporis et sanguinis Domini, Spiritu sancto desuper obumbrante, tanta perficitur mutatio et transsubstantiatio, ut panis antea communis et potus vulgaris in corpus et sanguinem transeat; et vere superest corpus ipsum cum vero sanguine Christi, non aliud, voluntate Patris, opere Filii et cooperatione Spiritus sancti. Quod bonum non proveniet his qui fide firma, et pietate fervida attenti et orantes hujusmodi sacrificio assistent? Nec jam in terra tales erunt, sed vere in cœlum transibunt; ita enim voluit optimus omnium Dominus et cœlorum rex, qui propter nos in terram descendit ut nos elevaret in cœlos et semper nobiscum maneret. Et mirabilia hæc et terris aliena per sacerdotium operatur ubique vivens, et per omnes suos sacerdotes suæ bonitatis et dilectionis operarios. Et sicut omnes angelos et animas sanctorum claritate et fulgore vestit et elevat in sedes cœlestes, ita nos omnes servos suos humillimo in optimum mutat, et peramanter suscipit fovetque, ut lumine suo circumfusos societ sanctitati. Accedamus igitur assidue anhelantes desiderio et pietate ferventes, quantum possumus, ad sanctum sacrificium præ omnibus et singulis orationibus; quia ex nulla alia tanta potest fideli cuicunque obvenire utilitas. Et sacerdos nunquam illud negligens prætermittat, ne ipse sibi et omnibus fidelibus summum inferat damnum. Mirifice enim hic et præjudicium et damnum incurrere possumus; nam semper malus pios et orthodoxos in orando segnes et acediosos solet facere, atheos contra et hæreticos ad impuras et nefarias quas dicunt preces impellere satagit, ut suis orationibus magis ac magis blasphemantes condemnentur: Deum enim impugnant nedum orent; nos vero ne Deo nostro preces non fundentes gratia ejus destituamur. Idcirco semper nititur nos arcere ab oratione, sed maxime a sancto et divino sacrificio, et instantius premit ut impediat celebrationem Missæ, et sive negligentia justis de causis ab illa deterrere tentat; nec dedignatur nocturnis illusionibus, et eos qui consecraturi sunt et eos qui mysteria participare intendunt, ut in pluribus factum novimus, præpedire a proposito, irridens consecrationem Deo et Dei donum nobis consecrantibus in Christo et laicis, inde maxime improbitatis et nequitiæ convictus et fascinationis et pessimæ artis nota inustus. Invitus tamen operis illius divinitatem testatur et gratiæ excellentiam; dum enim ab illis dissuadet, sedulo cavet ne celsitudini et bono doni hujus attendatur. Sed diligenter animadvertendum est; hunc quidem Christus comminuet: confessione autem et humi-

litate in pœnitentia assidua ad Christum accedamus. « Accedite ad eum, dicit, et illuminamini, et facies vestræ non confundentur [17]. »

νοίᾳ διηνεκεῖ Χριστῷ προσερχώμεθα. « Προσέλθετε γὰρ (φησὶ) πρὸς αὐτὸν καὶ φωτίσθητε, καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ καταισχυνθῇ. »

QUÆSTIO LXXX.

Quis est qui tantas et tam multas primus tradidit suscipiendas molestias, exercitationes, labores doloresque, afflictiones carnis et vexationes, virginitatis et sanctimoniæ studium, ac super omnia summam patientiam ac submissionem? Quam ob causam hæc omnia, et quæ ex his utilitas?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Π'.

Τίς ὁ τοσοῦτους παραδεδωκὼς πόνους, ἀσκήσεις, κακοπαθείας, θλίψεις σαρκὸς καὶ πιεσμοὺς, παρθενίαν, ἁγνείαν, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἄκραν ὑπομονὴν καὶ ταπείνωσιν; Διατί ταῦτα; καὶ τίς ἡ ἐκ τούτων ὠφέλεια;

Quantumvis mirum videatur quod quæris, esse scilicet sufferendos sanctos agones, varios carnis labores, dolorem quemque et tribulationem, paupertatem et animæ contritionem, ut est humilitas; et quæras ad quid hæc omnia, et quis ea constituerit, et denique quæ sit ex his utilitas; tamen utilissima est quæstio, ut intelligamus ea non esse hominis, sed opera Dei in suo Filio qui pro nobis incarnatus est in nostram reformationem, ut evacuemus illam quæ est ex luxuria consumptionem et ex præsumptione commissam culpam reparemus, et pulchritudine excellentiori gloriaque majori quam prius ditemur, sicut factum est humiliatione et paupertate Christi, qui sustinuit usque ad venditionem, ad irrisionem, ad improperia, ad tormenta, ad millia cætera mala et ad mortem usque, ut et nos omni intentione nitamur illum imitari, et æmulatores ejus sanctos, generose perferendo non solum tribulationes voluntate nostra quæsitas, sed et illas quæ præter voluntatem ingruunt tristi impetu, usque ad mortem millies si fieri posset pro Domino, summo cum nostro profectu, susceptam. Quomodo enim ad ipsum possemus accedere sine verberibus, etiamsi foremus innocentes? sed peccata nostra omnem excedunt numerum et modum. Vide ergo ut Salvatoris vestigia prementes doloris et pressurarum viam viventes ingressi, sunt et justi qui ejus typum olim gerebant, et prophetæ, et apostoli, et pastores, et martyres, et magistri, et eremitarum virginumque et omnium fidelium Dei amatorum turmæ; absque laboribus nullus est salvatus; in quibus omnibus excellentior dux atque magister Christus Deus noster, ut notavimus. Quis autem sit doloris et pressuræ carnis fructus et humilitatis et paupertatis, et obedientiæ pro Deo usque ad mortem, ipse sæpius nobis demonstravit, suum incorruptibile corpus ostendens, quod in cœlum est elevatum, cujus ope se nobis manducandum præbens, corpus humilitatis nostræ reformat [18], nos corruptibiles incorruptibiles efficiens, et constituit hæredes gloriæ suæ æternæ, « et procedent, ut ipse dixit, qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in resurrectionem judicii [19], » id est condemnationis. Omnis ergo dolor contra prævaricationem Adæ et superbiam pugnat, et peccatorum nostrorum justa retributio. Dictum est enim Adæ : « Maledicta terra

Εἰ καὶ θαυμαστὸν δοκεῖ ὁ ἠρώτησας περὶ τῶν ἀπαιτουμένων θείων ἀγώνων, διαφόρων πόνων σαρκὸς, κακοπαθείας ἁπάσης καὶ θλίψεως, ἔτι δὲ πτωχείας καὶ ψυχικῆς συντριβῆς, ἥτις ἐστὶν ἡ ταπείνωσις, ὅτι διατί ταῦτα, καὶ τίς ὁ ταῦτα παραδεδωκὼς, καὶ τίς ἡ ἐκ τούτων ὠφέλεια, ἀλλ' ἐπωφελὴς ἡ ἐρώτησις· ἵνα ἐννοήσαντες ὡς οὐκ ἀνθρώπου ταῦτα, ἀλλὰ Θεοῦ ἔργα εἰσὶ τοῦ σαρκωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ εἰς ἡμετέραν ἀνάπλασιν, ἵνα τῆς ἀπὸ τῆς τρυφῆς συντριβῆς ἀπαλλαγῶμεν, καὶ τοῦ ἀπὸ τῆς οἰήσεως πτώματος ἐπανακληθῶμεν, καὶ κρεῖττον τοῦ πρώτου κάλλος, καὶ μείζονα τὴν δόξαν πλουτήσωμεν, καθὼς καὶ διὰ τῆς ταπεινώσεως καὶ πτωχείας γέγονε Χριστοῦ, καὶ τῆς μέχρι πρίσεως καὶ ἐμπαιγμοῦ καὶ ὀνειδισμῶν καὶ δεσμῶν, καὶ μυρίων ἄλλων παθῶν καὶ αὐτοῦ θανάτου θλίψεως, σπουδάσωμεν ὅλῃ προθέσει κατὰ μίμησιν αὐτοῦ καὶ τῶν ζηλωσάντων αὐτὸν ἁγίων, οὐ μόνον ἑκούσιον πᾶσαν θλῖψιν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀκουσίους ἐπιφορὰς γενναίως φέρειν ἄχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου, καὶ μυριάκις εἰ δυνατὸν ἦν· ὅτι καὶ ἡ πρὸς τὸν Δεσπότην ὀφειλὴ ὑπὲρ λόγον. Καὶ τί προσάξομεν τούτῳ εἰ καὶ ἀνέγκλητοι ἦμεν ἀντὶ καὶ μόνου ῥαπίσματος; καὶ ὅτι τὰ πταίσματα ἡμῶν ὑπὲρ ἀριθμόν. Οἶδας οὖν, ὡς ἐκμιμούμενοι τὸν Σωτῆρα καὶ προτυποῦντες τὰ αὐτοῦ δίκαιοι καὶ προφῆται καὶ ἀπόστολοι καὶ ποιμένες καὶ μάρτυρες καὶ διδάσκαλοι, καὶ τῶν ἀσκητῶν ἡ πληθὺς, καὶ τῶν παρθένων καὶ πάντων θεοφιλῶν, τὴν τῆς κακοπαθείας καὶ θλίψεως ὁδὸν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ καὶ τῆς ταπεινοφροσύνης διῆλθον· καὶ χωρὶς τούτων οὐδεὶς σέσωσται. Ἐξαίρετος δὲ τούτων, καθάπερ εἰρήκαμεν, ὑφηγητὴς καὶ διδάσκαλος καὶ ἐργάτης ἄχρι θανάτου Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν. Τί δὲ τὸ ὄφελος τῆς κακοπαθείας καὶ θλίψεως τῆς σαρκὸς καὶ τῆς ταπεινώσεως καὶ πτωχείας καὶ ὑπακοῆς πρὸς τὸν Θεὸν μέχρι θανάτου, **367** αὐτὸς ἔδειξε πάλιν, ἄφθαρτον ἀποδείξας τὸ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα, καὶ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνυψώσας, ἐξ οὗπερ αὐτὸν ἀπεκδεχόμεθα, καὶ ἡμῶν μετασχηματίσαι τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως, καὶ ἀπὸ φθαρτῶν ἀναδεῖξαι ἡμᾶς ἀφθάρτους, καὶ κληρονόμους καταστῆσαι τῆς αἰωνίου δόξης αὐτοῦ, ὅτε « καὶ οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, ὡς αὐτός φησιν, ἐξελεύσονται εἰς ἀνάστασιν ζωῆς, οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως, ἤτοι κατακρίσεως. » Πᾶσα οὖν κακοπάθεια τῆς παραβάσεως καὶ τρυφῆς Ἀδὰμ ἐστιν ἐναντίωσις, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῶν ἀντ-

[17] Psal. xxxiii, 5. [18] Philip. iii, 21. [19] Joan. v, 29.

ἀπόδομα· » ὡς καὶ τῷ Ἀδὰμ, « Ἐπικατάρατος A ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, » καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ὀδύνης. Διὸ καὶ οἱ μὲν ἡμαρτηκότες, δι' ὀδύνης καὶ πόνων τὰ τῆς ἡδονῆς λύουσι, καὶ τῆς ὀδύνης ἐκείνης οὐκ αἰσθανθήσονται, καθὰ δὴ καὶ πολὺ πλῆθος εἰργάσατο τῶν ὁσίων, καὶ οἱ ἐν τῇ κλίμακι μακάριοι ἐκεῖνοι κατάδικοι· οἱ μὴ πλημμελήσαντες δὲ, ὅπερ σχεδὸν οὐδενὶ, καὶ διὰ τὴν τοῦ Δεσπότου τιμὴν τηλικαῦτα δι' ἡμᾶς πεπονθότος, καὶ δι' ἅπερ ὀφείλουσι, καὶ διὰ τὸ μὴ πεσεῖν, ἀνάγκην ἔχουσιν ἐνεργεῖν. Εἰ γὰρ ὁ Παῦλος ἐδουλαγώγει τὸ σῶμα, ἵνα μὴ ἀδόκιμος γένηται, τίς ὅλως θαρρήσει τῷ σώματι ; « Ἀλλὰ καὶ βιαστή ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, » ἡ Ἀλήθεια ἔφη, « καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. » Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς ἐν Χριστῷ κακοπαθείας. Ἡ ταπείνωσις δὲ τὴν τοῦ ὑπερηφάνου οἴησιν ἄθεον, καὶ τὸ τῆς ἰσοθεΐας ἀντίθεον φρόνημα τοῦ πρωτοπλάστου καθαίρει, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀνυψοῖ. Διὸ καὶ πᾶς μὲν ταπεινούμενος ἀληθής· ὅτι καὶ κτίσμα καὶ οὐδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ κέκτηται, κἂν ἔχειν δοκῇ. Τί γὰρ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες ; φησί. Πᾶς δὲ ἀλαζὼν, ὡς ὁ διάβολος, ψεύστης, μήτε θέλων εἰδέναι, μήτε εἰδὼς τὸν αἴτιον καὶ δημιουργὸν, κἂν καὶ εἰδέναι δοκῇ· καὶ πᾶς μὲν κακοπαθῶν διὰ Χριστὸν, ἀθλητὴς, καὶ τὴν τρυφὴν δι' ἣν πεπτώκαμεν καταλύων καὶ ἀναιρῶν, καὶ μὴ θερίζων ἀπὸ τῆς σαρκὸς φθοράν. Ὁ δὲ σπαταλῶν κομίζεται ὄλεθρον, καὶ ζῶν ἀποθνήσκει, καὶ συνιστᾷ τὴν παράβασιν, καὶ σαρκός ἐστι δοῦλος, καὶ τρυγᾷ θάνατον ὁμοῦ καὶ φθοράν. Εἰ οὖν καὶ ὁ Κύριος κακοπαθῶν ἦν μὴ C ὀφείλων, καὶ Παῦλος ὑποπιάζων τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶν καὶ τῶν ἀποστόλων δὲ καὶ ἱερέων καὶ πάντων ἐκλεκτῶν οἱ χοροὶ, ὁ Σωτὴρ δὲ καὶ σωματικῶς ὑπήνεγκε θάνατον καὶ μυρίας ἄλλας κακοπαθείας καὶ θλίψεις, καὶ οἱ ἀπαρχῆς τοῦ νόμου καὶ τῆς χάριτος ὑπηρέται, καὶ μαρτύρων πλήθη ἄχρι βασάνων καὶ θανάτου ἀνδρισαμένων, μοναστῶν τε καὶ ἀσκητῶν καὶ παρθένων ὑπὲρ ἀριθμὸν σύλλογοι, τίς περὶ τούτου διαπορήσειε πλέον ; Καὶ σὺ τοίνυν, ὁδελφὲ ποθεινότατε, καθαρῶς εἰδὼς τὰ τοιαῦτα καὶ κατ' ἐκείνους ὁδεύων τοὺς τοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Δεσπότην ἡμῶν ζηλῶν, καὶ ὡς ἐνὸν ἐκμιμούμενος, εὔχου καὶ ἡμᾶς καταφρονητὰς ὀφθῆναι ἐν αὐτῷ τῷ Κυρίῳ τῆς φθειρομένης σαρκὸς, καὶ ἐραστὰς γενέσθαι τῶν οὐρανίων, ὡς ἂν καταξιωθῶμεν D ἐλέει τούτου ἀναλύσαντες ἐκ τοῦ σώματος, σὺν αὐτῷ εἶναι διαπαντὸς, τῷ μόνῳ ἐραστῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν.

in operibus tuis [20], » et reliqua doloris argumenta. Idcirco tum qui peccaverunt per doloris pœnas et labores voluptatis opera luunt : ejus tamen aculeos doloris non sentient aliquando, ut in pluribus sanctis factum est ; et beatis illis qui in climace condemnati manebant ; tum qui non deliquerunt, at hoc fere nulli contigit, et propter honorem Domini qui tanta pro nobis pertulit, et propter debitum officium, et propter perseverantiam in non peccando, necesse habent exercere dolorem. Nonne enim Paulus corpus suum in servitutem redigebat, ne reprobus efficeretur [21] ? Quis ergo corpori indulgebit ? sed et Veritas dixit : « Vim patitur regnum cœlorum, et violenti rapiunt illud [22]. » Et hæc de perferendo dolore in Christo. Humilitas vero sanat et purgat superbiæ præsumptionem Dei immemorem, imo contra Deum se extollentem, ut in protoparente, qui se æqualem Deo æstimabat, et ita hominem vere extollit. Ideo omnis qui se humiliat, in veritate est ; nam cum sit creatura, nihil sibi ipse contulit de his quæ crediderit habere. « Quid enim habes quod non accepisti ? » ait Paulus [23]. Omnis ergo qui se jactat et extollit, ut diabolus mendax est veterator ; neque volens agnoscere, neque sciens causam et opificem etsi credat agnoscere. Omnis qui patitur propter Christum, athleta, superbiam per quam deliquimus solvens et destruens, non de carne metit corruptionem, dum ille qui deliciose vivit, ruinam accelerat, et vivens mortuus est, et culpam auget, et servus carnis constitutus, de carne metit simul corruptionem et mortem. Cum igitur et Dominus passus sit, qui tamen nec merebatur nec opus habebat ; si Paulus conterens corpus illud in servitutem redegit ; si apostolorum, et sacerdotum, et omnium electorum chori, Domino qui mortem corporaliter subierat et mille alias toleraverat ærumnas, vices easdem reddiderint ; si legis servi a principio et gratiæ filii, et martyrum agmina viriliter sustinuerunt ad tormenta et usque ad mortem ; si monachorum et eremitarum et virginum multitudines in idem abierunt propositum, quis super his dubitare jam queat ? Tu ergo, frater desideratissime, probe doctus hæc omnia, incedas et ipse post vestigia Christi, et illum omni desiderio prosequaris, et ipsum solum memoria cordeque habeas ; precamur autem et nos ut possimus semper videri contemnentes in Christo Domino carnem hanc corruptibilem, et cœlestium ardentes amatores fieri, ut digni habeamur ex hac carnis sarcina ejus misericordia eximi, ut cum ipso in æternum simus, unice amabili et amando Jesu Christo Deo nostro.

ΕΡΩΘΗΣΙΣ ΠΑ'.

Εἰ συμβῇ χυθῆναι ἐν τῇ εἰσόδῳ τὰ Ἅγια, ἢ βρωθῆναι ὑπό τινος ζώου, τί ποιητέον ;

Συμβαίνει τὰ τοιαῦτα καὶ ἐκχεῖται τὰ Ἅγια, καὶ μάλιστα ἐπηρείᾳ τοῦ πονηροῦ· πολλάκις δὲ καὶ ἀσθενείᾳ ἢ ἀμελείᾳ καὶ ἀπροσεξίᾳ τῶν ἱερέων. Ὁ

QUÆSTIO LXXXI.

Si accidat ut inter offerendum effundantur sacra, vel ab animali quodam consumantur : ecquid faciendum ?

Accidit aliquando ut sancta mysteria effundantur, maxime dæmonis malitia : sæpe tamen et accidit ex infirmitate vel incuria, vel negligentia sacerdotum.

[20] Gen. III, 17. [21] I Cor. IX, 27. [22] Matth. XI, 12. [23] I Cor. IV, 7.

Sacerdos cui acciderit sancta effudisse, confiteatur hoc præsertim pontifici, a quo præscripta observanda accipiet : maxime si id ex negligentia vel incuria acciderit, et a sancto ministerio arceatur ad tempus. Quod si in hoc loco necesse sit vel utile munus ejus in abstinentiam, oratione et genuflexionibus illi injungatur ratio pœnitendi, ne unquam omnino salutare intermittatur opus sacrificii. Si, dum in templum ingreditur ad sacrificium adimplendum, effundatur quod in calice continetur, et quidem totum, statim ut hoc in sanctis mysteriis accidit, iterum de novo fiat oblatio, et preces præparationis dicantur : et sic ordine post solemnem ingressum munera sacrificii perficiantur. Similiter si acciderit ut panem oblatum et consecratum mures vel alia ex animalibus eroserint, quin viderit sacerdos, nec resciverit ante ingressum, alterum panem providebit, quem rite dividens, et benedicens propheticis verbis, ea dicens et faciens quæ secundum morem, addens preces oblationis, et deinde post solemnem ingressum ritus sacrificii adimplebit. Sancta autem mysteria debent a sacerdote colligi in sancto aliquo vase et in loco convenienti et securo collocari, ne pedibus conculcentur, vel aliquod incongruum experiantur. Opportunissimus erit locus ille in quo post collectam sacerdos manus lavat, quem oportet habere facile claudendum et convenientem : et simul curandum est ne quid horum cadat exterius e loco hoc, neque ex aqua purificationis, cum sit sanctum, utpote quod laverit labia communione sanctificata et manus sacerdotis. Quasi sancta piscina est hicce locus, et aqua purificationis sacerdotalis sanctificata, ex qua novimus et sanationes fieri, si inde unguntur aut bibunt infirmi. Neque autem temere hæc sunt tractanda : præcipiendumque est ut ille qui his uti optat, innocens sit et jejunus. Similiter ille qui his ungi cupierit oportet ut iterum lavetur in loco separato et convenienti. Hic igitur post communionem lavabitur sacerdos, vel in loco aptiori securioriue, si adsit, sancta mysteria quæ effusa sunt colligens pie devoteque cum aquali hic deponet. Pavimentum sit e marmore, ut hæc apte sancteque in loco deponantur. Sintque maxima et fixa marmora quæ profunde fodiantur in aptum receptaculum pro sanctis oblationibus hic deponendis separatim, ut diximus. Ita confodiantur ut lavari possit et receptaculum. Si vero consecratæ oblationes non sint ex toto effusæ, sed pars earum remanserit, tunc addatur pars altera secundum quod opus est, et perficiatur sacrificium. Si vero acciderit ut hæc oblata desuper effundantur in vestes sacerdotales, et quidem ante sacrificium, si pretiosiora tantum et pulchriora indumenta attigerint, tunc hæc vestimenta laventur aqua in vase sancto, ita ut nihil in illis remaneat, et aqua immittatur in locum sacrum, ut dictum est. Quod si acciderit post sacrificium effundi in commune indumentum, ex eo resecandum est quantum est necesse ut ex

A τοίνυν ἱερεὺς ἐν ᾧ τοῦτο συνέβη τὸ ἐκχυθῆναι τὰ Ἅγια, ἐξομολογείσθω προηγουμένως τῷ ἀρχιερεῖ. Καὶ ἱκανῶς κανονιζέσθω· καὶ μᾶλλον εἰ ῥαθυμία τούτου ἢ ἀπροσεξία συνέβη· καὶ τῆς θείας ὑπηρεσίας εἰργέσθω ἐπὶ καιρόν. Εἰ δ' ἀνάγκη καὶ χρεία ἱερέως ἐν τῷ τόπῳ, δι' ἐγκρατείας καὶ προσευχῆς ἢ γονυκλισιῶν ἔστω τὰ τοῦ κανόνος αὐτῷ, ἵνα μὴ τὸ σωτήριον 368 ὅλως ἐμποδισθείη ἔργον. Ἐν τῷ καιρῷ δὲ ἐκείνῳ, καθ' ὃν συνέβη τὸ γεγονὸς εἰς τὰ Ἅγια, εἰ μὲν ἐν τῷ ναῷ τῆς εἰσόδου τελουμένης ἐξεχύθη τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ καὶ ἅπαν, ἕνωσιν πάλιν ποιείτω, καὶ τὴν εὐχὴν ἐπιλεγέτω τῆς προθέσεως· καὶ οὕτω καθεξῆς ἀπὸ τῆς μεγάλης εἰσόδου τὰ τῶν εὐχῶν ἐκτελείτω. Ὁμοίως δὲ καὶ εἰ συνέβη τὸν προσενεχθέντα θεῖον ἄρτον ὑπὸ μυῶν, ἢ ἑτέρου ζώου βρωθῆναι, καὶ μὴ ἴδοι ὁ ἱερεὺς, μετὰ δὲ τὴν εἴσοδον γνῷ, προσκομίσει ἕτερον ἄρτον ἀνατεμὼν συνήθως, καὶ ἐπιλέγων τὰ προφητικὰ ῥήματα, καὶ ὅσα λέγειν καὶ ποιεῖν ἔθος· καὶ τὴν εὐχὴν τῆς προσκομιδῆς ἐπιλέγειν, εἶτα ἐπάγειν ἀπὸ τῆς μεγάλης εἰσόδου τὰ τῶν εὐχῶν, αἳ καὶ τελεστικαί εἰσι μᾶλλον. Αἱ πρότερον γὰρ ἐῤῥέθησαν ἱλασμοῦ καὶ δεήσεως οὖσαι, καὶ πρὸς τὴν ἱερουργίαν οἰκονομοῦσαι τὸν ἱερέα. Τὰ ἐκχυθέντα δὲ Ἅγια χρεὼν συναχθῆναι ὑπὸ τοῦ ἱερέως ἐν σκεύει ἁγίῳ τινὶ, καὶ ἐν ἱερῷ τόπῳ καὶ ἀσφαλεῖ ἀποτεθῆναι, ὥστε μὴ καταπατηθῆναι, ἢ ἄλλο τι τῶν μὴ δεόντων παθεῖν. Ἐξαίρετος δὲ τόπος ἔσται ἔνθα μετὰ τὸ κοινωνῆσαι ὁ ἱερεὺς ἀπονίπτεται· ὃν καὶ ὀφείλει ἠσφαλισμένον ἔχειν πάν-

B τοθεν καὶ ἁρμόδιον, καὶ προσοχὴν ἔχειν, μὴ ἐκπίπτειν ἔξωθέν τι τοῦ τόπου ἐκείνου, μήτε ἐκ τοῦ νίμματος· ἐπειδὴ ἁγιόν ἐστι, τὰ χείλη τε τὰ ἐκτῆς κοινωνίας ἡγιασμένα καὶ τὰς χεῖρας ἐκπλύνον· καὶ ὡς τὸ ἱερὸν ποτήριον ἐκεῖνος ὁ τόπος ἐστὶ καὶ τὸ νίμμα ἡγιασμένον, δι' οὗ καὶ ἰάματα, ὡς ἴσμεν, γίνεται, χριομένων ἐκ τούτου τινῶν ἀῤῥωστούντων, ἢ ἐκπινόντων· καὶ οὐδ' ἁπλῶς τοῦτο παρέχειν χρή, ἀλλ' ὥστε παραγγέλλειν προσέχειν, καὶ τὸν μὲν βουλόμενον ἐκπιεῖν εἶναι καθαρόν τε καὶ νῆστιν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν βουλόμενον ἀλείψασθαι, ὃς καὶ ὀφείλει νίπτεσθαι ὕστερον ἐν ἰδιάζοντι τόπῳ. Ἐκεῖσε τοίνυν ἔνθα ὁ ἱερεὺς μετὰ τὴν κοινωνίαν ἀπονίπτεται, ἢ ἐν ἀσφαλεστέρῳ τόπῳ εἰ ἔστι, τὰ ἐκχυ-

D θέντα Ἅγια συλλέξας εὐλαβῶς μετὰ τῆς ἐκεῖσε ὕλης καὶ τοῦ χοὸς ἀποθήσει. Εἰ δὲ μάρμαρα κατεστρωμένα εἰσὶν, ἵνα ταῦτα ἐκεῖθεν ἐξελὼν, ἐν τόπῳ ἱερῷ καὶ ἰδιάζοντι ἀποθήσῃ. Εἰ δὲ μέγιστα καὶ ἀκίνητα, ἵνα λατομήσας εἰς βάθος ἱκανῶς τὸν τόπον ἔνθα δὴ ἐξηπλώθη τὰ Ἅγια, τὰ ἐξενεχθέντα ἐκεῖσε θήσῃ, ἐν τόπῳ, ὡς ἔφημεν. Ἀλλὰ καὶ ἔνθα λελατόμηκεν, ἵνα ἐκπλύνῃ τὸν τόπον ὡς δυνατόν. Εἰ δὲ τὰ Ἅγια οὐ πάντα ἐκκέχυται, ἀλλὰ μέρος ἐναπελείφθη, ἵνα καὶ ἕτερον ἐπιβαλὼν ὅσον εἰς χρείαν, ἐκτελέσῃ τὰ τῆς ἱερουργίας. Καὶ ἐὰν τὰ Ἅγια ἐπάνω τῶν ἀμφίων τοῦ ἱερέως ἐξεχύθη, εἰ μὲν πρὸ τῆς τελειώσεως, εἰ τίμια μόνον εἰσὶ καὶ πολυτελῆ, ἵνα ἰδίως ἐν σκεύει ἐκπλύνας ἱερῷ ἱκανῶς, ὥστε μὴ ὑπολειφθῆναι ἐν τοῖς ἐνδύμασί τι, τὸ νίμμα ἐμβάλῃ ἐν τόπῳ ἱερῷ καὶ ἀσφαλεῖ, καθὼς εἴρηται.

Εἰ δὲ μετὰ τὴν τελείωσιν ἐκκέχυται, ἵνα κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην ἐκκόπτηται τὸ μέρος ἐκεῖνο τοῦ ἱεροῦ ἐνδύματος, καὶ θεῖον κάλυμμα γίνηται, ἐκπλυθὲν καὶ αὐτὸ ἐν τόπῳ ἰδιαιτάτῳ, ἔνθα καὶ ἱερὸν ποτήριον ἐκπλυθῆναι δυνατὸν, καὶ σπόγγον ῥύπου πλησθέντα καὶ σήψεως, ἢ ἱερὸν κάλυμμα. Καὶ τοῦτα γὰρ ἀποπλύνειν κατὰ καιρὸν, μόνον εὐλαβῶς καὶ ἐν ἀσφαλεῖ τόπῳ καὶ μᾶλλον καλῶς ἔχοντι καὶ ἀσφαλῶς τῷ λεγομένῳ νιπτηρίῳ, οὐ βλαβερὸν, ἀλλὰ μᾶλλον θεοφιλὲς, εἰς τιμὴν καὶ ὡραϊσμὸν τῶν τοῦ Θεοῦ ὂν ἱερῶν σκευῶν. Εὑρίσκομεν γὰρ καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ διατάξει, ὡς κάλπην εἶχέ τινα ἡ Μεγάλη ἐκκλησία, οἷον μικρὰν λεκάνην, ἐν ᾗ τὰ ἱερὰ ἀπέπλυνον ποτήρια διὰ χλιαροῦ ὕδατος.

A hoc panno fiat velum sacrum, quod pariter est lavandum in loco mundissimo : mundabitur et sacra piscina, spongia vel aliquo linteo siccabitur ut purificetur a sordibus. Hæc autem facienda sunt pro opportunitate, devote tamen et cum magna sedulitate. Optimum quidem esset si ad hoc haberetur pelvis vel nitidissimum labrum in quo honorifice et laudabiliter mundarentur vasa sacra Deo. In veteribus decretis invenimus quod Magna ecclesia habuerit amphoram vel tantum labellum minimum ad lavanda in aqua tepida vasa sacra.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΓ'.

Ὅπως χρὴ κοινωνεῖν τοὺς μὴ δυναμένους εἰς τὸν ναὸν παραγενέσθαι ἀῤῥώστους.

Ὅθεν προσεκτέον τῷ ἱερεῖ εἰς πάντα τὰ Ἅγια καὶ τὴν ἱερὰν παρακαταθήκην, τὸν προηγιασμένον, καὶ ἡνωμένον τῷ θείῳ αἵματι ζωοποιὸν καὶ πανάγιον ἄρτον, ὥστε ἐν πυξίῳ καθαρῷ καὶ ἀσφαλεῖ ἔχειν, καὶ μετὰ καθαροῦ ἠσφαλισμένον ὑφάσματος καὶ τιμίου. Αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ θειότατον σῶμα καὶ αἷμα τὸ Δεσποτικόν. Καὶ προσκυνεῖν **369** καὶ θυμιᾷν καὶ τιμᾷν χρὴ ὅλῃ προθέσει, καὶ ὑπεράνω πρὸς ἀνατολὰς τῆς θείας τραπέζης ἠωρημένον ἔχειν, καὶ ἐπιβλέπειν ἵνα μή τι συμβαίη ἀμελεία τῶν μὴ δεόντων. Καὶ ἐν τῷ μέλλειν δέ τινα κοινωνεῖν, μὴ εἰς τὸν κόλπον λαμβάνειν καὶ πορεύεσθαι, ὥς τινες νῦν καταφρονητικῶς ἢ ἀμελῶς ἢ ἀσυλλογίστως ποιοῦσιν, ἀλλ' ἑτοιμάζειν ἐν τῷ ἱερῷ ποτηρίῳ τὴν θείαν μερίδα ἐν τῇ λαβίδι κατὰ τὴν πρόθεσιν, ὡς ἔθος ἦν ἐξαρχῆς, καὶ ἡμεῖς φθάσαντες εἴδομεν, καὶ προηγουμένης λαμπάδος, τὸν ἱερέα ἐνδεδυμένον ἐπιτραχήλιον, κρατοῦντα πορεύεσθαι, καὶ οὕτω μετὰ τὸ κοινωνῆσαι τὸν ἀῤῥωστοῦντα ἐπανέρχεσθαι πάλιν. Καὶ τοῦτο ποιεῖν οὐ τοὺς κοσμικοὺς ἱερεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς μοναχοὺς ἐν ταῖς μοναστηρίοις, ἵνα καὶ τίμιον ᾖ, καὶ εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ δόξαν, καὶ ἡμῶν εἰς τὰ θεῖα εὐλάβειαν, καὶ μή τι τῶν ἀπευκταίων συμβαίη, ὡς εἴδομεν. Ἀνεπιτηδείου γὰρ ὄντος τοῦ τόπου, ἐν τῷ ἐξάγειν βούλεσθαι τοῦ πυξίου τὴν θείαν μερίδα, συμβέβηκε πολλάκις τὸ φρίκης καὶ καταδίκης ἄξιον, ὡς ἐμάθομεν, ῥιφῆναι τὰ Ἅγια. Ἀλλὰ καὶ τὸ κατέχειν ταῦτα ἐν κόλποις καὶ ὁδεύειν ἢ καθῆσθαι οὐκ εὐλαβές. Καὶ τίς χρεία τοῦτο ποιεῖν, δυναμένοις εὑρίσκειν ἐν πᾶσι ναοῖς τῶν θείων φυλαττομένων μυστηρίων ; Διόπερ εἰ δι' αἰσχροκέρδειαν ποιεῖ τις πνευματικὸς ἢ ἱερεὺς τὸ τοιοῦτον, ἁμαρτάνει, εἰ μή που κατὰ πολλὴν ὅτι καὶ μεγίστην ἀνάγκην, ἐρημίας οὔσης, καὶ μὴ δυνατοῦ ὄντος τοῦ τὴν τάξιν γενέσθαι, ἢ ἐὰν μέσον ἐθνικῶν ἐστί τις, καὶ παῤῥησιάσασθαι οὐ δύναται, μήποτέ τις καὶ ἀτιμία γένηται τοῖς Ἁγίοις· χωρὶς δὲ τοῦτο, ἀναγκαῖον τὸ μετὰ τιμῆς προπέμπειν τὰ Ἅγια. Καὶ ὅρα τὴν Ἐκκλησίαν τοῦτο ἀεὶ ποιοῦσαν ἐν ταῖς τῆς λειτουργίας εἰσόδοις, καὶ μὴ τελείων ὄντων τῶν θείων δώρων.

QUÆSTIO LXXXII.

Quomodo oporteat communicare infirmos, qui in templo præsentes adesse nequeunt.

Attendat sedulo sacerdos ipsi esse reservandum ex omnibus sacrificiis sacrum depositum ; præsanctificatum scilicet panem vivificantem et sacrosanctum, unitum vere sancto Domini sanguini, quem habeat in pyxide munda et tuto reclusa, involutaque velo mundissimo et pretioso : hic panis enim est sanctissimum corpus et sanguis Domini. Genuflectat, thurificet et adoret omni intentione, teneat elevatum ante sanctam mensam, et circumspiciat diligenter ne quid incuria sua fiat incongruenter. Cum igitur aliquis fuerit sacra communione reficiendus, sacerdos non sumat sancta sacramenta in sinu ut adeat infirmum, ut quidam irreverenter, sine cura dignitatis et absurde fecerunt, sed particulam sacram pie reponat in sancto calice cum forcipe, sicut moris est a principio, et nos prius vidimus. Sacerdos indutus stola præcedente lampade potest incedere, sicque ad infirmum sacra communione roborandum accedere. Et ita agere debent non solum sæculares sacerdotes, sed etiam monachi in monasteriis, quibus, in honorem Christi et propter eam qua sancta tractare debemus pietatem, habenda est ad hoc pretiosa supellex ; et quibus pari cura vitanda sunt abominanda ista quæ accidere vidimus : particulam sacram asservari in loco indecenti, et cum eam ex pyxide desumere volunt, sæpe fieri ut sancta ruant, ut audivimus, quod sane horrore plenum et diro judicio dignum. Sed et hæc Sancta habere in sinu incedendo vel stando omnino impium : et quæ alioquin utilitas ex hoc esse potest, cum possint sacramentum invenire in quovis templo asservatum ? Quamobrem peccat spiritualis Pater vel sacerdos qui hoc facit ; nisi forte maxima impellatur necessitate, in eremo scilicet, et non possit normam sequi præscriptam, aut si habitet in medio ethnicorum, nec possit confidenter et libere agere, metusque est ne quiddam irreverentia sacramentis inferatur, prudenter omittat præscripta : sed extra hunc casum, frequenti comitatu et cum honore multo deducenda sunt sancta ad infirmos.

Animadvertet etiam quod semper sic egerit et agendum statuat Ecclesia, cum ad sacrificium proceditur, et cum dona Dei contra normam perficiuntur.

QUÆSTIO LXXXIII.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΓ.

Si per oblivionem sacerdotis contingat unionem sacramentalem non fieri, et vacuum ille poculum obtexerit, quid faciendum?

Ἐὰν λήθῃ τοῦ ἱερέως συμβαίῃ μὴ ἕνωσιν γενέσθαι, καὶ καλύψῃ κενὸν τὸ ποτήριον, τί ποιητέον;

Si oblitus fuerit sacerdos sub utraque specie unum conficere sacrificium, et vacuum calicem cooperuerit, et huic oblivioni attenderit in introitu, statim in sacra mensa debet unitatem victimæ ex duabus speciebus procurare et preces præparationis proferre, et sic sacrificium adimplebit consummabitque. Si vero non animadverterit, et sacrificium ignorans perfecerit, et defectum cognoverit solummodo cum sumere cogitat consecratas species, debet alteram in unitatem victimæ consecrare speciem, preces præparationis proferre et omnes alias ex ordine dicere preces ab introitu solemni, et tunc solummodo cooperire quasi sigillo calicem per invocationem sancti Spiritus, et ita sumere. Ita hoc opinor ego sacerdoti agendum esse, si modo sapienter dictum senserint alii Christi pontifices, et præsertim magna synodus. Evidens interea videtur non posse consecrari completum sacrificium ad quod non accedunt preces, quod non signatur sigillo et invocatione sancti Spiritus ut in sanguinem divinum Christi transmutetur, nec ideo præsentem in altaris monstrat. Tria enim sunt ad sacrificium complendum necessaria : præparatio et oblatio elementorum, ad quæ accedunt preces sacerdotis et consecratio sigillumque Spiritus sancti.

Ἐὰν τῇ λήθῃ τοῦ ἱερέως συμβαίῃ μὴ ἕνωσιν γενέσθαι, καὶ καλύψῃ κενὸν τὸ ποτήριον, εἰ μὲν ἐν τῇ εἰσόδῳ γνῷ, εὐθὺς ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ τὴν ἕνωσιν ὀφείλει ποιῆσαι, καὶ τὴν εὐχὴν εἰπεῖν τῆς προθέσεως, καὶ οὕτω τὰ τῆς λειτουργίας τελέσαι. Εἰ δ' οὐ προσέσχε, καὶ τὰ τῆς λειτουργίας ἐκτετέλεκεν, ἐν δὲ τῷ μέλλειν μεταλαβεῖν τοῦτο ἔγνω, ὀφείλει τὴν ἕνωσιν ποιῆσαι, καὶ τὴν εὐχὴν εἰπεῖν τῆς προθέσεως, καὶ ἐξ ἀρχῆς πάλιν τὰς ἀπὸ τῆς μεγάλης εἰσόδου εὐχὰς εἰπεῖν, καὶ ἐν τῇ ἐπικλήσει τοῦ Πνεύματος, μόνον τὸ ποτήριον σφραγίσαι, καὶ τὰ ἑξῆς τελέσαι, καὶ τότε μετασχεῖν. Οὕτως ἐγὼ περὶ τούτου λογίζομαι δίκαιον εἶναι ποιῆσαι τὸν ἱερέα, εἴγε καὶ ἄλλοις δόξει τοῦτο τῶν ἀρχιερέων Χριστοῦ ἁρμόδιον, καὶ μάλιστα τῇ μεγάλῃ συνόδῳ. Ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη τετελεσμένον τὸ μὴ δεξάμενον τὰς εὐχὰς, μηδὲ διὰ τῆς σφραγίδος καὶ ἐπικλήσεως τοῦ Πνεύματος τὸ θεῖον αἷμα μεταβληθὲν, μὴ εὑρεθὲν ἐκεῖσε τότε. Τὸ γὰρ ἱερουργηθῆναι, διὰ τοῦ προκεῖσθαι καὶ τὰς εὐχὰς παρὰ τοῦ ἱερέως καὶ τὴν σφραγῖδα δέξασθαι γίνεται.

Has promptissime et synoptice secundum eam quæ in nobis est facultatem quæstionibus propositis retulimus responsiones, impares omnino minusque idoneas scientes, sed ad mensuram attingentes intelligentiæ nostræ in Christo et, ut aiebamus, meritum saltem obedientiæ et charitatis habentes. Perfectiorem sane horum et similium notitiam habes, ut verum dicam, apud temetipsum vel ex fratribus mente altiori et majori sanctitate præditis, qui et Patrum medullam subtilius scrutati sunt. A quocunque ergo eorum sciscitatus fueris, non desunt enim qui Deum diligunt, puriorem per teipsum accipies horum et subtiliorem intelligentiam. Nobis autem dederit Deus vestris sanctis precibus a passionibus expiari, pulsisque terrenis quibus mens offunditur tenebris, etiam paululum illuminari ut cogitemus ut par est de nostra salute, et tandem feliciter salvemur misericordia Christi Salvatoris nostri et veri luminis. Inveniamus ergo postremo nostram salutem precibus omnium fratrum, omnium sanctorum et sacrosanctæ semper Virginis intercessione, miseratione et amore Domini nostri Jesu Christi, unigeniti Filii Dei, cum quo Deo Patri et simul Spiritu sancto sit gloria nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Ταύτας προχείρως καὶ ἐν συνόψει κατὰ τὴν ἐνοῦσαν ἡμῖν δύναμιν πρὸς τὰς ἐρωτήσεις τὰς ἀποκρίσεις ἐποιησάμεθα, οὐχ ἱκανὰς νομίζοντες εἶναι, ἀλλὰ καθόσον ἡμεῖς ἐν Χριστῷ ἐξισχύσαμεν γνῶναι, καὶ τῆς ὑπακοῆς χάριν τε καὶ ἀγάπης, ὡς ἔφαμεν. Ἡ τελειοτέρα δὲ γνῶσις τῶν τοιούτων καὶ τῶν ὁμοίων, ἀληθῶς φημι παρὰ σοὶ, καὶ παρ' ἀδελφοῖς ὑψηλοτέροις τὸν νοῦν καὶ καθαρωτέροις, καὶ τοῖς τῶν Πατέρων λεπτότερον ἐπιβάλλουσιν· οἷς καὶ ἐντυγχάνων (οὐ γὰρ ἐπιλελοίπασιν οἱ φίλοι Θεοῦ) καθαρωτέραν εὑρήσεις ἀπὸ σαυτοῦ τε καὶ ἐκείνων καὶ λεπτοτέραν τὴν ἔννοιαν. Δῴη δὲ καὶ ἡμῖν Θεὸς ὑμετέραις θείαις εὐχαῖς τῶν τε παθῶν καθαρθῆναι, καὶ τῆς θολούσης τὸν νοῦν προσγείου ταύτης συγχύσεως, καὶ μικρὸν φωτισθῆναι, καὶ τι φροντίσαι περὶ τῆς ἡμῶν σωτηρίας, μᾶλλον δὲ σωθῆναι, ἐλέει τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν **370** Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ φωτός. Καὶ γένοιτο τούτου ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν τοῦ σωθῆναι εὐχαῖς πάντων τῶν ἀδελφῶν, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, καὶ τῆς ἀειπαρθένου καὶ παναγίας Θεοτόκου πρεσβείαις, οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ

ΠΡΟΣ ΤΙΝΑ ΤΩΝ ΕΥΛΑΒΩΝ ΜΟΝΑΧΩΝ

ΙΕΡΑΣ ΔΙΑΚΟΝΙΑΣ ΗΞΙΩΜΕΝΟΝ,

ΕΤΙ ΚΑΙ ΤΟΥ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΤΕΛΟΥΝΤΟΣ ΤΟΤΕ ΒΑΘΜΟΝ.

EJUSDEM

DE SACERDOTIO

AD PIORUM MONACHORUM QUEMDAM

SACRO DIACONI MUNERE ORNATUM

NEC NON AB EPISCOPO DEINDE EVECTUM AD GRADUM PRESBYTERI.

Ἐν Χριστῷ μοι ἀγαπητὲ καὶ γνησιώτατε ἀδελφέ. A τὴν ὀφειλὴν τῆς ἀγάπης πᾶσι κατὰ τὴν ἐντολὴν ὀφείλοντες, πολλῷ μᾶλλον ταύτην ὀφείλομεν τοῖς γνησίοις καὶ τοῖς φιλοῦσιν. Εἰ γὰρ καὶ ἀμερὴς ἡ κατὰ Θεὸν ἀγάπη καὶ ἁπλῆ, καὶ ἀποίκιλος, καὶ πᾶσιν ἴσως ὀφειλομένη κατὰ τὸν τέλειον λόγον, ἀλλ' ἡ αὐτοαγάπη καὶ αὐτοτελειότης Ἰησοῦς, ἑαυτὸν διδοὺς πᾶσιν, ὅμως κατὰ τὴν γνώμην ἑκάστου φανεροῦται τοῖς βουλομένοις, ὡς καὶ τὸ φῶς αὐγάζων ἴσως πᾶσιν ὁ ἥλιος, κατὰ τὸ θέλειν ὁρᾶν καὶ τὸ δυνατὸν τῆς ὁράσεως, καθορᾶται ἑκάστῳ. Ὅθεν καί φησιν αὐτὸς ὁ Σωτήρ· « Ἐγὼ τοὺς ἐμὲ φιλοῦντας ἀγαπῶ· » οὐχ ὅτι τινὰς μὲν φιλεῖ, τινὰς δὲ οὐ φιλεῖ, ἀλλ' ἁπλῶς πάντας ὡς αὐτοαγάπη ὤν, ἀγαπῶν τοὺς μὴ βουλομένους αὐτὸν ἀγαπᾷν καὶ μακρυνομένους αὐτοῦ, οὐ τυραννικῶς ἀναγκάζει. Καὶ γὰρ οὐκ ἀναιρεῖ τὴν προαίρεσιν, ὥσπερ καὶ τοῖς φιλοῦσιν αὐτὸν καὶ ἐγγίζειν ἐπιποθοῦσιν ἑαυτὸν ὅλον παρέχει, καὶ τὰ τῆς ἀγάπης αὐτοαγαθότης ὢν ἐπιδείκνυσι. Καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ τοῖς οἰκείοις πρὸ πάντων τὴν πρόνοιαν χορηγεῖν ἐπιτρέπει, τοὺς οἰκείους λέγων τῇ πίστει. Καὶ αὐτὸς τοίνυν εἰ καὶ τῶν ἐλαχίστων ἐλαχιστότατος τυγχάνων εἰμί, πιστὸς δ' ὅμως Χριστοῦ ἐν αὐτῷ τῇ τούτου τε ἀντιλήψει ἱερεὺς καὶ δοῦλος αὐτοῦ, κατὰ τὸ ἐνὸν ἐμοὶ, ἀνάγκην ἔχω τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ μεμνῆσθαι, καὶ τῆς τοῦ κεφαλαίου πασῶν μᾶλλον ἀγάπης· ὡς ἐφικτὸν, ἵνα κατὰ τὸν ἠγαπημένον αὐτῷ μάθητὴν, καὶ Χριστὸς αὐτὸς διὰ ταύτης μικράν τινα χώραν ἐν ἐμοὶ καὶ μονὴν ἔχων εὑρεθῇ. « Ὁ μένων γὰρ, φησὶν, ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει, καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ. » Λοιπὸν καὶ αὐτὸς ταύτην τηρεῖν ὀφεί-

In Christo dilecte mihi et fidissime frater, officium charitatis nostræ juxta mandatum omnibus debentes, multo magis illam ingenuis et diligentibus debemus. Etsi enim quæ secundum Deum est charitas indivisa, simplex et uniformis sit, et illam omnibus debeamus secundum legis perfectionem, ad instar Domini Jesu, qui est ipsa charitas et ipsa perfectio et sese pro omnibus dedit, sed tamen illis qui eum desiderant declaratur secundum intentionem cujusque. Ita et lumen in sole lucens similiter omnibus, ab unoquoque cernitur juxta voluntatem videndi et visionis potentiam. Unde et dicit ipse Salvator : « Ego diligentes me diligo [1] : » non quod aliquos quidem diligat et quosdam odio habeat ; sed cum sit charitas ipsa, omnes diligit, et eos qui eum nolunt amare et qui se avertunt ab eo non tyrannice cogit ; etenim non aufert arbitrium, sed prout diligunt illum et ad eum accedere student, se totum tradit et donat, et cum sit bonitas ipsa, amoris testimonia præbet. Et Apostolus domesticis ante omnes mandat esse providendum, domesticos vocans ejusdem fidei famulos. Ego igitur, quamvis forte minimus sim inter minimos, fidelis tamen sum Christi, in ipsa ejus susceptione et auxilio sacerdos ejus et servus, quantum in me est, necesse habeo meminisse mandatorum ejus, maxime charitatis, quæ omnium caput est, pro viribus meis, ut secundum discipulum ipsi dilectum, Christus in me ipse solus parvam inveniatur habens quamdam mansionem ; dicit enim Joannes : « Qui manet in charitate in Deo manet, et Deus in

[1] Prov. VIII, 17.

eo [a]. » Cæterum, cum ipse illam debeam servare et, secundum præceptum, omnibus ostendere, sed magis eis qui me diligunt, te habens inter conjunctissimos et mihi amicissimos, tibi et sincerissime nunc charitatem ostendere gestio. Non exhortationis formam hic sequar, sed tradam quasi memoriale verbum et notitiam brevissimam ejus quem susceperus es diaconatus, per quod tibi assistam, quasi ante te hoc ministerium ingressus, et sacerdos Christi factus et minister mysteriorum ejus, qui me infinita sua bonitate maximis et divinis dignatus est bonis.

Ecce igitur, charissime, dignus habitus es qui minister fieres Christi et diaconus ejus et socius, et interpres mysteriorum et ejus propinquus familiarisque, et communicans, et præco Evangeliorum : neque jam velis quibuscumque irretitus, sed aperte videns, neque mediante Seraphim, sacerdote scilicet, ab instrumento communicans, sed ipse inventus Seraphim, sacerdotio modo honoratus. Tu vocans ad preces, non ipse vocatus, alios impellens ut ad Deum accedant, ipse non cessans a divinis commerciis : et fidelibus prædicans, eos ad attentionem et obedientiam exhortans, et positus prope Christum, totus aliorum via et exemplar et conductor factus ad lumen. Et quid aliud eris quam Cherubim, totus inter mysteria eum transpiciens qui videt omnia? Aut Seraphim igneus fruens viventi Deo qui ignis est? aut thronus, habens in te sedentem eum qui est ubique, sacrificio et communione? aut etiam angelus quidam, utpote ejus minister et legatus? Et hæc omnia tibi non in figura aut imagine contingent; quia non figuræ cuidam et typo es ministraturus, sed ipsi vero Domino quem in cœlis circumstant custodientes spiritus. Quod enim illi faciunt in cœlis, tu hic in terris adimpleturus es. Etenim sic voluit omnium cœlestis architecta quod nempe in cœlis et in terra ministerium ageretur sacrum. Et ipse ita fecit ut videretur : et homo visus est per seipsum suam nobiscum unionem adimplens. Cum enim solus esset spiritus purus, sponte formam induit materialem, et secundum hanc formam sensibilem hominibus similis factus est; natura sua increatus et æternus, non assumpsit spirituum naturam creatam immaterialem, creaturæ se uniendum cogitans : illos autem ex nihilo producens gratia mirifica spirituales et immortales fecit eos, cuique simul pro gradu partem gloriæ suæ impertitus. Et nobis tribuit ut nostram naturam creatam assumpserit hypostatice sibi uniendam. Humanæ itaque naturæ consors effectus indivulsa et inconfusa unione, ipsam gloriosorum divinitatis attributorum in participationem vocavit : « In ipso enim, inquit Paulus, habitat plenitudo divinitatis corporaliter [b]. » Visus est igitur, et iterum videndum modo quem amore elegit se præbet : et seipsum nobis dedit, et etiamnum pro nobis se tradit

[a] I Joan. IV, 16. [b] Coloss. II, 9.

A λων, καὶ δεικνύναι πᾶσι κατὰ τὸν ὅρον, καὶ μάλιστα τοῖς φιλοῦσί σε τῶν φιλτάτων ἔχων, σοὶ καὶ γνησίως; ἐν τῷ παρόντι ταύτην ἐνδείκνυμι· οὐ παραινέσεως τύπον διενεργῶν ἐν τῷδε, ἀλλ' ὑπομνήσεως λόγον καὶ γνῶσίν τινα λεπτοτέραν ἧς ἠξίωσαι διακονίας διὰ τοῦδέ σοι παρεχόμενος, ὡς καὶ αὐτὸς πρὸ σοῦ ταύτην ὑπεισελθὼν τὴν ἱερὰν λειτουργίαν, καὶ ἱερεὺς Χριστοῦ τυγχάνων καὶ ὑπηρέτης τῶν αὐτοῦ μυστηρίων, ἄρχῃ τούτου χρηστότητι τῶν ὑπὲρ ἐμὲ μεγίστων τε καὶ θείων ἠξιωμένος.

Ἰδοὺ τοίνυν ἠξιώθης, ἀπαγητὲ, λειτουργὸς γενέσθαι Χριστοῦ, καὶ διάκονος αὐτοῦ καὶ παραστάτης εἶναι καὶ θεωρὸς τῶν μυστηρίων, καὶ ἐγγίζων, καὶ κοινωνὸς, καὶ τῶν Εὐαγγελίων κῆρυξ, καὶ οὐκ ἔτι παραπετάσμασί τισι κωλυόμενος, ἀλλ' ἁπερικαλύπτως ὁρῶν, οὐδὲ διὰ Σεραφεὶμ, ἱερέως δηλαδὴ, τῇ λαβίδι μετέχων, ἀλλ' αὐτὸς τυγχάνων ὁ Σεραφεὶμ, ἱερωσύνης **371** ἠξιωμένος. Καὶ καλῶν πρὸς προσευχὰς, οὐ καλούμενος, καὶ ἐγγίζειν ἄλλους ἐνάγων πρὸς Θεὸν, αὐτὸς ὁ κατέχων τελῶν τὰ θεῖα, καὶ προσφωνῶν τοῖς πιστοῖς, καὶ προσέχειν παρεγγυῶν, καὶ παρατιθεὶς τῷ Χριστῷ, καὶ ὅλος ἑτέρων ὢν ὁδός τε καὶ πρὸς τὸ φῶς ὁδηγός. Καὶ τί ἕτερον ἢ Χερουβεὶμ, ὁρῶν ὅλος διὰ τῶν μυστηρίων τὸν ὁρῶντα τὰ πάντα, καὶ Σεραφεὶμ πυρφόρος, τὸν ζῶντα κατέχων ἄνθρακα, καὶ θρόνος, ὡς ἀναπαυόμενον ἔχων ἐν σοὶ τὸν παντα χοῦ τῇ τελετῇ καὶ τῇ κοινωνίᾳ· καὶ ἄγγελος ὡς ὑπηρέτης αὐτοῦ καὶ λειτουργός· καὶ ταῦτα οὐκ εἰκόνι τινὶ, οὐδὲ γὰρ τύπῳ διακονῶν ὑπάρχεις, ἀλλ' αὐτῷ τῷ ὑπὸ τῶν ἀΰλων ἄνω δορυφορουμένῳ Δεσπότῃ. Καὶ ὅπερ οὗτοί γε ἄνω, αὐτὸς κάτω διατελεῖς· οὕτω γὰρ ἠθέλησεν ὁ πάντων τεχνίτης τὴν αὐτὴν λειτουργίαν ἄνω τε καὶ κάτω τελεῖσθαι· καὶ αὐτὸς οὕτως ὤφθη' πεποιηκὼς, καὶ ἄνθρωπος ὀφθεὶς, δι' ἑαυτοῦ τὴν μεθ' ἡμῶν ἕνωσιν ἐξετέλεσε. Μόνος ἄΰλος γὰρ ὢν, ὕλην ἐνεδύσατο θέλων, καὶ τοῖς κατ' αἴσθησιν ἠνώθη βροτοῖς. Καὶ ἄκτιστος τῇ φύσει τελῶν καὶ ἄναρχος, οὐ τῆς κτιστῆς ἀΰλου τῶν νόων μετείληφε φύσεως, ἑνωθῆναι τῇ κτίσει βουληθείς. Κτίσας δ' αὐτοὺς ἐκ μὴ ὄντων, κατὰ χάριν ἀΰλους καὶ ἀθανάτους τούτους εἰργάσατο· καὶ δόξης μετέχειν αὐτοῦ, δωρεὰν τούτοις ἀναλόγως ἑκάστῳ δίδωσιν. Ἡμῶν δὲ τὴν κτιστὴν προσείληφε φύσιν καὶ ὑποστατικῶς ἡμῖν ἥνωται· καὶ τῇ βροτείᾳ φύσει τῶν τῆς θεότητος μεταδίδωσιν αὐχημάτων ἐνδεδυμένος ἀχωρίστως καὶ ἀσυγχύτως αὐτήν. « Ἐν αὐτῷ γὰρ, φησὶ, κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. » Ὡράθη οὖν, καὶ πάλιν ὡς εὐδόκησε καθορᾶται. Καὶ ἑαυτὸν δέδωκεν ἡμῖν, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ταυῦν αὖθις δίδωσι. Καὶ τῶν τοιούτων ἔργων, ὦ πολλῆς ἀγαθότητος, ἡμεῖς λειτουργοί τε καὶ ὑπηρέται καὶ μύσται. Τί τούτου μεῖζον, κατὰ τὸ ἐνεργεῖν τὰ μυστήρια, ὑπὲρ ἀγγέλους τὴν ἀξίαν εἰλήφαμεν. Ὦ τῆς χρηστότητος τοῦ Δεσπότου! ὃς πάντα περιέχει, καὶ ἀπερίληπτος, ἐν τόπῳ

δι' ἡμᾶς· ὁ ἀναφὴς κατεχόμενος· ὁ ἀόρατος ἐν αἰσθήσει· ὁ νοῒ ἀκατάληπτος τοῖς θνητοῖς μετεχόμενος δι' ἡμῶν τε τῶν τῆς ταπεινῆς καὶ παρεπεπτωκυίας φύσεως, διὰ τῆς δεδομένης ἡμῖν ἱερωσύνης, ὦ τοῦ θαύματος! τοῖς μυστηρίοις γινόμενος καὶ φαινόμενος, καὶ διδόμενος, καὶ φερόμενος, καὶ χορηγούμενος, καὶ οἰκιζόμενος, καὶ ἐνδυόμενος, καὶ ὀργιζόμενος, καὶ καταλλαττόμενος, καὶ ἱλεούμενος, καὶ μεταλαμβανόμενος. Τί καινότερον τῶν τοιούτων; τί μεῖζον ἀγαθὸν πρὸς ἀνθρώπους; τίς δύναμις; ὑπερτέρα; τίς ἐξουσία μείζους πλουτοῦσα χάριτας; Ἰδοὺ ὁ χοῦς ἡμεῖς καὶ πηλός τε καὶ σκώληξ; ἐξουσίαι καὶ δυνάμεις ὁρώμεθα· μᾶλλον δὲ καὶ πλείω τούτων δυνάμενοι τῇ τῆς ἱερωσύνης δυνάμει. Καὶ πλάσται γὰρ τῆς κρείττονος πλάσεως τῷ βαπτίσματι καὶ τοῖς λοιποῖς μυστηρίοις· καὶ Θεοῦ υἱῶν πατέρες, καὶ θέσει θεῶν ἐνεργοί, καὶ ἁμαρτίας ἀναιρέται, καὶ ἐλευθερωταὶ ψυχῶν, καὶ λύται δεσμῶν αἰωνίων, καὶ παραδείσου κλειδοῦχοι, καὶ τὰ Θεοῦ δυνάμενοι· καὶ αὐτοῦ δεικνύμεθα συνεργοὶ πρὸς σωτηρίαν ἀνθρώποις.

iterum atque iterum : et hujus operis, o bonitas ineffabilis! nos sumus ministri, mystæ et sacerdotes. Quid hoc majus? hac suprema sacra mysteria celebrandi potestate, angelos ipsos dignitate vincimus. Sed o Magistri clementia! Qui omnia continet nec contineri potest, in parvo contrahitur loco pro nobis : qui palpari non potest, digitis tractatur et retinetur; invisibilis, sensibus objicitur; qui mente comprehendi non potest, mortalibus communicat in natura nostra infima et fallibili, et per sacerdotium quo dignati sumus, o prodigium! mysterlis generatur, manifestatur, datur, producitur, introducitur, in loco collocatur, induitur, ad iracundiam provocatus et reconciliatus, et misericordia motus, et communione susceptus. Quid horum magis stupendum? Quod majus in his hominibus collatum beneficium? Quæ potestas sublimior? Quæ auctoritas majores conferens gratias? Ecce nos pulvis, lutum, vermes auctoritate et virtute pleni apparemus, maxime et super omnia cum sacerdotii excellentem exercemus potestatem. Etenim sumus creatores sublimioris creationis baptismate et aliis sacramentis, et Dei Filiorum Patres, et divinorum instituti operatores, et peccati destructores, et liberatores animarum, solventes vincula æterna et paradisum reserantes, sic Dei potestatis sequestres et custodes, ejus scilicet cooperatores ad salutem hominum.

